



REVIARIUM

SENONENSE,

Auctoritate Illustrissimi & Reverendissimi in Christo Patris D.D. DIONYSII-FRANCISCI BOUTHILLIER DE CHAVIGNY, Senonensis Archiepiscopi, editum,

Ac Jussu Eminentissimi D. D. Cardinalis P*AULI* D'A*LBERT* D*E* L*UYNES*, *Archiepiscopi Vice-Comitis Senonensis, Galliarum & Germaniæ Primatis, Corbeiensis Abbatis & Comitis, Regii Ordinis Sancti-Spiritûs Commendatoris, &c. &c. &c. necnon ejusdem Ecclesiæ Decani & Capituli consensu recognitum, & typis denuo mandatum.*

PARS ÆSTIVA.



SENONIS,

apud P. HARDUINUM TARBÉ, Em. D. D. Card. Archiep. & Cleri Senonensis Typographum.

M. DCC. LXXX.



PSALTERIUM
DISPOSITUM
PER HEBDOMADAM.

PARS ÆSTIVA.

DOMINICA
AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Ante Officium Nocturnum dicitur secretò :

PAter noster, qui es in cœlis; sanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuum : fiat volúntas tua sicut in cœlo & in terra : panem nostrum quotidiánum da nobis hódie : & dimitte nobis débita nostra, sicut & nos dimíttimus debitóribus nostris : & ne nos indúcas in tentatiónem ; sed libera nos à malo. Amen. *Matt.* 6. 9. *ad* 13.

AVe, María, grátiâ plena, Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui, Jesus. *Luc.* 1. 28. 42.

Sancta María, mater Dei, ora pro nobis peccatóribus nunc, & in hora mortis nostræ. Amen.

CRedo in Deum, Patrem omnipotentem, creatórem cœli & terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum ; qui concéptus est de Spíritu-sancto, natus ex María Vírgine ; passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, & sepúltus : descéndit ad ínferos ; tértiâ die resurréxit à mórtuis : ascendit ad cœlos ; sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis : inde ventúrus est judicáre vivos & mórtuos. Credo in Spíritum-sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, vitam ætemam. Amen.

Deinde clarâ sed demissâ voce dicitur,

DOmine, lábia mea apéries ; ℟. Et os meum annuntiábit laudem tuam. *Ps.* 50. 16.

DEus, in adjutórium meũ inténde, ℟. Dómine, ad adjuvándum me festína *Ps.* 69. 2.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui-sancto; Sicut erat in princípio, & nunc, & semper, & in sécula seculórum. Amen. Allelúia.

Invitatorium, Dóminum qui fecit nos, * Veníte, adorémus. *Ps.* 94. 6. *Repetitur*, Dóminum.

PSALMUS 94.

Deus Rex & Creator; colendus: Deus judex & ultor; timendus.

VEníte, exultémus Dómino; jubilémus Deo salutári nostro: præoccupémus fáciem ejus in confessióne, & in psalmis jubilémus ei.

Invitatorium, Dóminum.

Quóniam Deus magnus Dóminus, & Rex magnus super omnes deos; quóniam non repéllet Dóminus plebem suam; quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, & altitúdines móntium ipse cónspicit.

Divisio, * Veníte.

Quóniam ipsíus est mare, & ipse fecit illud, & áridam fundavérunt manus ejus: veníte, adorémus, & procidámus ante Deum, plorémus coram Dómino qui fecit nos; quia ipse est Dóminus Deus noster: nos autem pópulus, ejus & oves páscuæ ejus.

Invitatorium, Dóminum.

Hódie si vocem ejus audiéritis, nolíte obduráre corda vestra; sicut in exacerbatióne secúndùm diem tentatiónis in deserto, ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt, & vidérunt ópera mea.

Divisio, * Veníte.

Quadraginta annis próximus fui generatióni huic; & dixi: Semper hi errant corde; ipsi verò non cognovérunt vias meas: quibus jurávi in ira mea: Si introíbunt in réquiem meam.

Invitatorium, Dóminum.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto: Sicut erat in princípio, & nunc, & semper, & in sécula seculórum. Amen.

Divisio, * Veníte.

Deinde repetitur Invitatorium, Dóminum.

Sic semper in omni Officio dicitur Invitatorium, nisi aliter notetur.

HYMNUS.

NOcte surgéntes vigilémus, hymnos
Voce concórdi Dómino canámus:
Cántibus sacris decet & quiétas
Rumpere noctes.

Lingua quod profert, pia mens revólvat;
Ut Deo grati mereámur aulam
Ingredi cœli, simul & beátis

Cœtibus addi.

SUMMA laus summo super astra Patri,

Filio compar hómini Deóque;

Nec tibi dispar, utriúsque sacri

Nexus amóris.

Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. *toni.* a. Novit Dóminus.

*Asteriscus hic * notat meliationem & pausam.*

PSALMUS I.

Justis felicitas, malis interitus.

BEátus vir qui non ábiit in consílio impiórum, & in via peccatórum non stetit, * & in cáthedra pestiléntiæ non sedit:

Sed in lege Dómini volúntas ejus, * & in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum quod plantátum est secus decúrsus aquárum, * quod fructum suum dabit in témpore suo:

Et fólium ejus non défluet; * & ómnia quæcúmque fáciet prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic; * sed tanquam pulvis quem projicit ventus à fácie terræ.

Ideo non resúrgent ímpii in judício, * neque peccatóres in concílio justórum;

Quóniam novit Dóminus viam justórum, * & iter impiórum períbit.

Glória Patri, & Fílio, * & Spirítui sancto;

Sicut erat in princípio, & nunc, & semper, * & in sécula seculórum. Amen.

Hi ℣℣. Glória & Sicut erat, *dicuntur in fine Psalmorum & Canticorum, nisi aliter notetur.*

Ant. Novit Dóminus viam justórum, & iter impiórum períbit. *v.* 7.

Ant. 2. D. Servíte Dómino.

PSALMUS 2.

Christum Deus constituit regem: iram timeant ipsi rebelles.

QUare fremuérunt gentes, * & pópuli meditáti sunt inánia?

Astitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * advérsùs Dóminum, & advérsùs Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum, * & projiciámus à nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cœlis irridébit eos; * & Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, * & in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Póstula à me, & dabo tibi gentes hereditátem tuam, * & possessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga fér-

rea, * & tanquam vas fíguli confringes eos.

Et nunc, reges, intellígite: * erudímini, qui judicátis terram.

Servíte Dño in timóre, * & exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam, * nequando irascátur Dóminus, & pereátis de via justa.

Cùm exárserit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confídunt in eo.

Ant. Servíte Dómino in timóre, & exultáte ei cum tremóre. *v.* 11.

Ant. 3. g. Exúrge.

PSALMUS 3.

Salus certa sperantium in se Dominus.

DOmine, quid multiplicáti sunt qui tríbulant me? * multi insúrgunt advérsùm me.

Multi dicunt ánimæ meæ: * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem, Dómine, suscéptor meus es, * glória mea, & exáltans caput meum.

Voce meâ ad Dóminum clamávi, * & exaudívit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, & soporátus sum; * & exurréxi, quia Dóminus suscépit me.

Non timébo míllia pópuli circumdántis me: * exúrge, Dómine: salvum me fac, Deus meus;

Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi sine causa; * dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus; * & super pópulum tuum benedíctio tua.

Ant. Exúrge, Dómine, salvum me fac Deus meus. *v.* 6.

℣. Memor fui nocte nóminis tui, Dómine, *In Choro respondetur tantùm secretò, dum protrahitur neuma,* ℟. Et custodívi legem tuam. *Ps.* 118. 55.

Post Versiculum cujuslibet Nocturni dicitur secretò, Pater noster, &c. *usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem: ℟. Sed líbera nos à malo.

Postea Lector petit benedictionem, dicens, Jube, Dómine, benè dícere.

Benedictiones habentur post Psalterium.

[*Qui privatim & solus recitat Officium, omisso* Jube, Dómine, benè dícere, *dicit benedictionem.*]

Lectiones cum Responsoriis habentur vel in Proprio de Tempore, vel in Proprio de Sanctis.

Hæc omnia observantur in singulis Nocturnis, nisi aliter notetur.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. *E.* Inténde.

PSALMUS 5.

Insurgunt hostes; oranti Deus scutum.

VErba mea áuribus pércipe, Dómine: * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis

meæ, * Rex meus & Deus meus.

Quóniam ad te orábo; * Dómine, manè exaúdies vocem meam.

Manè astábo tibi, & vidébo; * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus, * neque permanébunt injusti ante óculos tuos.

Odisti omnes qui operántur iniquitátem : * perdes omnes qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum & dolósum * abominábitur Dóminus.

Ego autem in multitúdine misericórdiæ tuæ introíbo in domum tuam; * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in justítia tua, propter inimícos meos : * dírige in conspéctu tuo viam meam;

Quóniam non est in ore eórum véritas: * cor eórum vanum est.

Sepúlcrum patens est guttur eórum, linguis suis dolosè agébant: * júdica illos, Deus.

Décidant à cogitatiónibus suis, * secundùm multitúdinem impietátum eórum expélle eos, quóniam irritavérunt te, Dómine.

Et læténtur omnes qui sperant in te: * in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum; * quóniam tu benedíces justo.

Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ * coronasti nos.

Ant. Inténde voci oratiónis meæ, Rex meus, & Deus meus. *v.* 2.

Ant. 5. a. Convértere Dómine.

PSALMUS 6.

Oratio pœnitentis, Dei misericordiam implorantis.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Miserére meî, Dómine, quóniam infírmus sum : * sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valdè : * sed tu, Dómine, úsquequò?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam: * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte, qui memor sit tuî : * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo; * lavábo per síngulas noctes lectum meum ; lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite à me, omnes qui operámini iniquitátem;* quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

niam non dereliquísti quæréntes te, Dómine.

Psállite Dómino qui hábitat in Sion; * annuntiáte inter gentes stúdia ejus;

Quóniam requírens sánguinem eórum recordátus est; * non est oblítus clamórem paúperum.

Miserére meî, Dómine: * vide humilitátem meam de inimícis meis,

Qui exáltas me de portis mortis, * ut annúntiem omnes laudatiónes tuas in portis fíliæ Sion.

Exultábo in salutári tuo: * infíxæ sunt gentes in intéritu quem fecérunt.

In láqueo isto quem abscondérunt, * comprehénsus est pes eórum.

Cognoscétur Dóminus judícia fáciens: * in opéribus mánuum suárum comprehénsus est peccátor.

Convertántur peccatóres in inférnum, * omnes gentes quæ oblivíscúntur Deum.

Quóniam non in finem oblívio erit paúperis: * patiéntia paúperum non períbit in finem.

Exúrge, Dómine; non confortétur homo: * judicéntur gentes in conspéctu tuo.

Constítue, Dómine, legislatórem super eos; * ut sciant gentes quóniam hómines sunt.

Ant. Lætábor & exultábo in te, psallam nómini tuo, Altíssime. *v.* 2.

Ant. 7. a. Dóminus regnábit.

Divisio Psalmi 9.

UT quid, Dómine, recessísti longè, * déspicis in opportunitátibus, in tribulatióne?

Dum supérbit ímpius, incénditur paúper: * comprehendúntur in consíliis quibus cógitant.

Quóniam laudátur peccátor in desidériis ánimæ suæ; * & iníquus benedícitur.

Exacerbávit Dóminũ peccátor, * secúndùm multitúdinem iræ suæ non quæret.

Non est Deus in conspéctu ejus: * inquinátæ sunt viæ illíus in omni témpore.

Auferúntur judícia tua à fácie ejus: * ómnium inimicórum suórum dominábitur.

Dixit enim in corde suo: non movébor; * à generatióne in generatiónem sine malo.

Cujus maledictióne os plenum est, & amaritúdine, & dolo: * sub lingua ejus labor & dolor.

Sedet in insídiis cum divítibus in occúltis, * ut interfíciat innocentem.

Oculi ejus in paúperem respíciunt: * insidiátur in abscóndito quasi leo in spelúnca sua;

Insidiátur ut rápiat paúperem: * rápere páuperem, dùm áttrahit eum.

In láqueo suo humiliábit eum, * inclinábit se, & ca-

m dominátus fúerit
m.
enim in corde suo :
est Deus , * avertit
uam , ne vídeat in

e , Dómine Deus ;
manus tua : * ne
ris paúperum.
r quid irritávit ím-
im ? * dixit enim
suo : Non requí-

, quóniam tu la-
dolórem consíde-
tradas eos in ma-

derelíctus est paú-
órphano tu eris ad-

re bráchium pecca-
nalígni : * quærétur
n illíus , & non in-

nus regnábit in ætér-
in séculum séculi : *
, gentes , de terra

rium paúperũ exau-
minus : * præpara-
ordis eórum audívit
.
re pupíllo & hú-
t non appónat ultrà
áre se homo super

Dóminus regnábit
um , & in séculum
. 40.
noctibus extóllite
vestras in sancta ,
enedícite Dóminum.
3.
, *secretò*. Et ne nos.

Post ultimum Responsórium dicitur Te Deum , *si dicendum sit.*

TE Deum laudámus : * te Dóminum confitémur.

Te ætérnum Patrem * omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli , * tibi cœli , & universæ potestátes ,

Tibi Chérubim & Séraphim * incessábili voce proclámant :

Sanctus,
Sanctus,
Sanctus,
Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cœli & terra * majestátis glóriæ tuæ.

Te gloriósus * Apostolórum chorus ,

Te Prophetárum * laudábilis númerus,

Te Mártyrum candidátus * laudat exércitus.

Te per orbem terrárum * sancta confitétur Ecclésia ,

Patrem * imménsæ majestátis ;

Venerándum tuum verum , * & únicum Fílium ,

Sanctum quoque * paraclétum Spíritum.

Tu Rex glóriæ , * Christe.

Tu Patris * sempitérnus es Fílius.

Tu , ad liberándum suscептúrus hóminem , * non horruísti Vírginis úterum.

Tu , devícto mortis acúleo , * aperuísti credéntibus regna cœlórum.

[illegible]

[illegible] * [illegible]

[illegible]

Ætérna fac * cum sanctis [illegible] in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, * et bénedic hereditáti tuæ;

Et rege eos, * et extólle illos usque in ætérnum.

Per singulos dies * benedícimus te,

Et laudámus nomen tuum in sǽculum, * et in sǽculum sǽculi.

Dignáre, Dómine, die isto, * sine peccáto nos custodíre.

Miserére nostri, Dómine, * miserére nostri.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, * quemádmodum sperávimus in te.

In te, Dómine, sperávi, * non confúndar in ætérnum.

℣. *Sacerdotalis.* Magnus Dóminus, & laudábilis nimis, ℟. Et magnitúdinis ejus non est finis. *Ps.* 144. 3.

[*Si Laudes non sequantur continuò, hìc dicitur,* Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo. Orémus. *Deinde Oratio propria cum integra conclusione; ac postea iterum,* Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo. ℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias; *Tum submissâ voce,* Fidé-[illegible]

[illegible]

AD LAUDES.

[illegible]

D[illegible] Dómine, ad adjuvándum me festína. ℣. [illegible]

Glória Patri. &c.

Ant. [illegible] Dóminus regnávit.

PSALMUS 92.

Quàm terribilis Deus in majestate [illegible]

DOminus regnávit, decórem indútus est; * indútus est Dóminus fortitúdinem, & præcínxit se.

Etenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc: * à sǽculo tu es.

Elevavérunt flúmina, Dómine, * elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos, * à vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris; * mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis: * domum tuam decet sanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérum.

Ant. Dóminus regnávit, decórem indútus est; indútus est Dóminus fortitúdinem. *v.* 1.

Ant. 2. *D.* Laudáte.

PSALMUS 99.

Ad cultum & laudes Dei patris & regis exhortatio.

JUbiláte Deo, omnis terra, * servíte Dómino in lætítia.

Introíte in conspéctu ejus, * in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus; ipse fecit nos, & non ipsi nos: * pópulus ejus, & oves páscuæ ejus.

Introíte portas ejus in confessióne, átria ejus in hymnis, * confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, quóniam suávis est Dóminus, * in ætérnum misericórdia ejus, & usque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Ant. Laudáte nomen ejus, quóniam suávis est Dóminus, in ætérnum misericórdia ejus. *v.* 5.

Ant. 8. *G.* Deus.

PSALMUS 62.

Justus primâ luce suspirat ad Deum, ejus auxilio lætus & securus.

DEus, Deus meus; * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea; * quàm multípliciter tibi caro mea!

In terra desérta, & ínvia, & inaquósa, sic in sancto appárui tibi, * ut vidérem virtútem tuam, & glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas; * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea, * & in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea, * & lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tuî super stratum meum, in matutínis meditábor in te; * quia fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exultábo, adhæsit ánima mea post te; * me suscépit déxtera tua.

Ipsi verò in vanum quæsiérunt ánimam meam; * introíbunt in inferióra terræ, tradentur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex verò lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui jurant in eo; * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Ant. Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo. Sitívit in te ánima mea. *v.* 1. 2.

Ant. 3. g. Benedícite.

CANTICUM *trium puerorum. Dan.* 3. 57. *ad* 88.

Omnes creaturæ ad benedicendum Deo invitantur.

BEnedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: * laudáte & superexaltáte eum in sécula.

Benedícite, Angeli Dó-

mini, Dómino: * benedícite, cœli, Dómino.

Benedícite, aquæ omnes quæ super cœlos sunt, Dómino: * benedícite, omnes virtútes Dómini, Dómino.

Benedícite, sol & luna, Dómino: * benedícite, stellæ cœli, Dómino.

Benedícite, omnis imber & ros, Dómino: * benedícite, omnes spíritus Dei, Dómino.

Benedícite, ignis & æstus, Dómino: * benedícite, frigus & æstus, Dómino.

Benedícite, rores & pruína, Dómino: * benedícite, gelu & frigus, Dómino.

Benedícite, glácies & nives, Dómino: * benedícite, noctes & dies, Dómino.

Benedícite, lux & ténebræ, Dómino: * benedícite, fúlgura & nubes, Dómino.

Benedícat terra Dóminum; * laudet & superexáltet eum in sécula.

Benedícite, montes & colles, Dómino: * benedícite, univérsa germinántia in terra, Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino: * benedícite, mária & flúmina, Dómino.

Benedícite, cete, & ómnia quæ moventur in aquis, Dómino: * benedícite, omnes vólucres cœli, Dómino.

Benedícite, omnes béstiæ & pécora, Dómino: * benedícite, fílii hóminum, Dómino.

Benedícat Israël Dóminum; * laudet & superexaltet eum in sécula.

Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino: * benedícite, servi Dómini, Dómino.

Benedícite, spíritus & ánimæ justórum, Dómino: * benedícite, sancti & húmiles corde, Dómino.

Benedícite, Anánia, Azária, Misaël, Dómino; * laudáte & superexaltáte eum in sécula.

Hîc, loco Glória Patri, *dicitur,*

Benedicámus Patrem, & Fílium * cum sancto Spíritu;

Laudémus & superexaltémus eum * in sécula seculórum. Amen.

Ant. Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: laudáte & superexaltáte eum in sécula. *Dan.* 3. 57.

Ant. 1. *a.* Laudáte Dóminum.

PSALMUS *Laudum.* 150.

Laudandus omnimodè Deus.

LAudáte Dóminum in sanctis ejus; * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum secúndùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ; * laudáte eum in psaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano

& choro : * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis beneſonántibus ; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis : * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ant. Laudáte Dóminũ in ſanctis ejus ; laudáte eum in firmaménto virtútis ejus. *v*. 1.

CAPITULUM. *Apoc.* 7. 12.

BEnedíctio, & cláritas, & ſapiéntia, & gratiárum áctio, honor, & virtus, & fortitúdo Deo noſtro in ſécula ſeculórum. Amen.

℟. Deo grátias.

Sic reſpondetur in fine omnium Capitulorum.

HYMNUS.

ECce jam præceps cadit umbra noctis,
Lúcifer terris óriens corúſcat ;
Pura nos ardor pius intus urget
Prómere vota.

CHRISTE, qui lucis vapor es ſupérnæ,
Ceſſet errórum tenebróſus horror :
In tui fac nos bonus ambuláre
Lúmine vultûs.

SUMMA laus ſummo ſuper aſtra Patri,
Filio compar hómini Deóque ;
Nec tibi diſpar, utriúſque ſacri
Nexus amóris. Amen.

℣. Prævenérunt óculi mei ad te dilúculò, ℟. Ut meditárer elóquia tua. *Pſ.* 118. 148.

Ad Benedíctus, *Antiphona habetur in Proprio.*

CANTICUM *Zachariæ.*
Luc. 1. 68. *ad* 79.

Hymnus Deo propter datum hominibus Chriſtum, lucem, miſericordiam & ſalutem.

BEnedíctus Dóminus Deus Iſraël ; * quia viſitávit, & fecit redemptiónem plebis ſuæ ;

Et eréxit cornu ſalútis nobis, * in domo David púeri ſui.

Sicut locútus eſt per os ſanctórum, * qui à ſéculo ſunt, Prophetárum ejus,

Salútem ex inimícis noſtris, * & de manu ómnium qui odérunt nos ;

Ad faciéndam miſericórdiam cum pátribus noſtris, * & memorári teſtaménti ſui ſancti :

Jusjurándum quod jurávit ad Abraham patrem noſtrum, * datúrum ſe nobis ;

Ut ſine timóre, de manu inimicórum noſtrórum liberáti, * ſerviámus illi,

In ſanctitáte & juſtítia coram ipſo * ómnibus diébus noſtris.

Et tu, puer, Prophéta Altíſſimi vocáberis ; * præibis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus ;

Ad dandam ſciéntiam ſalútis plebi ejus, * in remiſſiónem peccatórum eórum,

Per víſcera miſericórdiæ Dei noſtri, * in quibus viſitávit nos óriens ex alto,

Illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis sedent, * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Post Canticum dicitur Antiphona. Deinde, Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo. Orémus. *Tum Oratio propria cum integra conclusione; & post Orationem,* Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo. ℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Si qua occurrat commemoratio, hoc loco fit per Antiphonam, Versiculum, & Orationem; quæ sumuntur vel ex Proprio vel ex Communi, ut suis locis notatur.

Post ultimam commemorationem repetitur, Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo. ℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Post quamlibet Horam, si aliud Officium non sequatur, dicitur secretò, Fidélium ánimæ, &c. *Deinde,* Pater noster, *secretò.*

AD PRIMAM.

Pater, Ave, Credo, *secretò.*

℣. Deus, in adjutórium, *suprà.*

HYMNUS.

JAM lucis orto sídere,
Deum precémur súpplices,
Ut in diúrnis áctibus
Nos servet à nocéntibus.

LINGUAM refrænans témperet,
Ne litis horror ínsonet:
Visum fovéndo contegat,
Ne vanitátes haúriat.

SINT pura cordis íntima,
Absístat & vecórdia;
Carnis domet supérbiam
Potûs cibíque párcitas.

UT cùm dies abscésserit,
Diemque nox excéperit,
Mundi per abstinéntiam
Ipsi canámus glóriam.

PRÆSTA, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Sancto simul cum Spíritu
Regnans per omne séculum.
Amen.

Ant. 1. D. Benedíctus es, Dómine.

PSALMUS 117.

Victis hostibus & adeptâ salute, liberatori & misericordi Deo Canticum.

CONfitémini Dómino quóniam bonus, * quóniam in séculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israël quóniam bonus, * quóniam in séculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aáron, * quóniam in séculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum, * quóniam in séculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum, * & exaudivit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor, * non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor, * & ego despíciam inimícos meos.

Bonum est confídere in Dómino, * quàm confídere in hómine.

Bonum est speráre in Dómino, * quàm speráre in princípibus.

Omnes gentes circuiérunt me; * & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me; * & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, & exarsérunt sicut ignis in spinis; * & in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Impúlsus, evérsus sum ut cáderem, * & Dóminus suscépit me.

Fortitúdo mea, & laus mea Dóminus, * & factus est mihi in salútem.

Vox exultatiónis & salútis * in tabernáculis justórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me, * déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam; * & narrábo ópera Dómini.

Castígans castigávit me Dóminus, * & morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas justítiæ, ingressus in eas confitébor Dómino: * hæc porta Dómini, justi intrábunt in eam.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me, * & factus es mihi in salútem.

Lápidem quem reprobavérunt ædificántes, * hic factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud, * & est mirábile in óculis nostris.

Hæc est dies quam fecit Dóminus; * exultémus & lætémur in ea.

O Dómine, salvum me fac, ô Dómine, benè prosperáre: * benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini: * Deus Dóminus, & illúxit nobis.

Constitúite diem solémnem in condénsis, * usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitébor tibi; * Deus meus es tu, & exaltábo te.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me; * & factus es mihi in salútem.

Confitémini Dómino quóniam bonus: * quóniam in sǽculum misericórdia ejus.

PSALMUS 118.

Legis divinæ laus & amor, utilitas & sapientia.

BEáti immaculáti in via, * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui scrutántur testimónia ejus, * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandáſti * mandáta tua cuſtodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ * ad cuſtodiéndas juſtificatiónes tuas!

Tunc non confúndar, * cùm perſpéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis, * in eo quód dídici judícia juſtítiæ tuæ.

Juſtificatiónes tuas cuſtódiam; * non me derelínquas uſquequáque.

In quo córrigit adoleſcéntior viam ſuam? * in cuſtodiéndo ſermónes tuos.

In toto corde meo exquiſívi te; * ne repéllas me à mandátis tuis.

In corde meo abſcóndi elóquia tua, * ut non peccem tibi.

Benedíctus es, Dómine, * doce me juſtificatiónes tuas.

In lábiis meis * pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

In via teſtimoniórum tuórum delectátus ſum, * ſicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercébor, * & conſiderábo vias tuas.

In juſtificatiónibus tuis meditábor, * non oblivíſcar ſermónes tuos.

Diviſio Psalmi 118.

Retríbue ſervo tuo; * vivífica me, & cuſtódiam ſermónes tuos.

Revéla óculos meos, * & conſiderábo mirabília de lege tua.

Incola ego ſum in terra; * non abſcóndas à me mandáta tua.

Concupívit ánima mea deſideráre juſtificatiónes tuas * in omni témpore.

Increpaſti ſuperbos: * maledícti qui declínant à mandátis tuis.

Aufer à me oppróbrium & contémptum: * quia teſtimónia tua exquisívi.

Etenim ſedérunt príncipes, & adversùm me loquebántur; * ſervus autem tuus exercebátur in juſtificatiónibus tuis;

Nam & teſtimónia tua meditátio mea eſt, * & consílium meũ juſtificatiónes tuæ.

Adhæſit paviménto ánima mea, * vivífica me ſecúndùm verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, & exaudíſti me; * doce me juſtificatiónes tuas.

Viam juſtificatiónum tuárum ínſtrue me, * & exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tædio, * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove à me, * & de lege tua miſerére meî.

Viam veritátis elégi, * judícia tua non ſum oblítus.

Adhæſi teſtimóniis tuis, Dómine, * noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucúrri, * cùm dilatáſti cor meum.

Quando fit Officium de Dominica ut in Psalterio, & in festis SS. Trinitatis dicitur sequens

SYMBOLUM.

QUicúmque vult salvus esse, * ante ómnia opus est ut téneat cathólicam fidem,

Quam nisi quisque íntegram inviolatámque serváverit, * absque dúbio in ætérnum peribit.

Fides autem cathólica hæc est, * ut unum Deum in Trinitáte, & Trinitátem in Unitáte venerémur.

Neque confundéntes persónas, * neque substántiam separántes:

Alia est enim persóna Patris, ália Fílii, * ália Spíritûs sancti.

Sed Patris, & Fílii, & Spíritûs-sancti una est divínitas, * æquális glória, coætérna majestas.

Qualis Pater, talis Fílius, * talis Spíritus-sanctus.

Increátus Pater, increátus Fílius, * increátus Spíritus-sanctus.

Imménsus Pater, imménsus Fílius, * imménsus Spíritus-sanctus.

Ætérnus Pater, ætérnus Fílius, * ætérnus Spíritus-sanctus:

Et tamen non tres ætérni; * sed unus ætérnus.

Sicut non tres increáti, nec tres imménsi; * sed unus increátus, & unus imménsus.

Simíliter omnípotens Pater, omnípotens Fílius, * omnípotens Spíritus-sanctus:

Et tamen non tres omnipoténtes; * sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Fílius, * Deus Spíritus-sanctus:

Et tamen non tres dii; * sed unus est Deus.

Ita Dóminus Pater, Dóminus Fílius, * Dóminus Spíritus-sanctus;

Et tamen non tres Dómini; * sed unus est Dóminus.

Quia sicut singillátim unámquámque persónam, Deum ac Dóminum confitéri christiánâ veritáte compéllimur; * ita tres Deos aut Dóminos dícere cathólicâ religióne prohibémur.

Pater à nullo est factus, * nec creátus, nec génitus.

Fílius à Patre solo est; * non factus, nec creátus, sed génitus.

Spíritus-sanctus à Patre & Fílio; * non factus, nec creátus, nec génitus, sed procédens.

Unus ergo Pater, non tres Patres; unus Fílius, non tres Fílii; * unus Spíritus-sanctus, non tres Spíritus-sancti.

Et in hac Trinitáte nihil prius aut postérius, nihil majus aut minus; * sed totæ tres persónæ coætérnæ sibi sunt & coæquáles.

Ita ut per ómnia, sicut jam suprà dictum est, * & Unitas in Trinitáte, & Trínitas in Unitáte veneránda sit.

Qui vult ergo salvus esse,* ita de Trinitáte séntiat.

Sed necessárium est ad ætérnam salútem, * ut Incarnatiónem quoque Dómini nostri Jesu Christi fidéliter credat.

Est ergo fides recta, ut credámus & confiteámur, * quia Dóminus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus & homo est.

Deus est ex substántia Patris ante sécula génitus; * & homo est ex substántia matris in século natus.

Perféctus Deus, perféctus homo; * ex ánima rationáli & humána carne subsístens.

Æquális Patri secúndùm divinitátem; * minor Patre secúndùm humanitátem.

Qui licèt Deus sit & homo; * non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversióne divinitátis in carnem;* sed assumptióne humanitátis in Deum.

Unus omníno non confusióne substántiæ; * sed unitáte persónæ.

Nam sicut ánima rationális & caro unus est homo,* ita Deus & homo unus est Christus:

Qui passus est pro salúte nostra, descéndit ad inferos, * tertiâ die resurréxit à mórtuis;

Ascéndit ad cœlos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis, * inde ventúrus est judicáre vivos & mórtuos:

Ad cujus advéntum omnes hómines resúrgere habent cum corpóribus suis,* & redditúri sunt de factis própriis ratiónem;

Et qui bona egérunt, ibunt in vitam ætérnam;* qui verò mala, in ignem ætérnum.

Hæc est fides cathólica, * quam nisi quisque fidéliter firmitérque credíderit, salvus esse non póterit.

Ant. Benedíctus es, Dómine, doce me justificatiónes tuas. *Ps.* 118. 12.

CAPITULUM. I. *Tim.* I. 17.

Regi seculórum immortáli, invisíbili, soli Deo honor & glória in sécula seculórum. Amen. ℟. Deo grátias.

℟. *breve.* Christe Jesu fili Dei vivi, * Miserére nobis. *Repetitur*, Christe Jesu fili Dei vivi, miserére nobis. ℣. Qui sedes ad déxteram Patris, * Miserére nobis. Glória Patri, & Filio, & Spirítui-sancto. *Repetitur*, Christe Jesu fili Dei vivi, miserére nobis. *Matt.* 16. 16. *Tob.* 8. 10. *Hebr.* I. 3.

℣. Exúrge, Dómine, ádjuva nos, ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Ps.* 43. 27.

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. ORATIO.

[*In festis Annualibus ac per eorum Octavas, Oratio festi præmittitur Orationi*

i, & terminantur
i & eadem conclu-

iine Deus omnípo-
is, qui ad princí-
ijus diéi nos perve-
ísti, tuâ nos hódie
rtúte; ut ad nullum
nus peccátum, sed
ad tuam justítiam
am nostra procédant
, dirigántur cogita-
t ópera; Per Dómi-
ostrum Jesum Chri-
lium tuum, qui te-
vit & regnat in uni-
iritûs-sancti Deus,
iia sécula seculórum.
en.
óminus vobíscum;
t cum spíritu tuo.
nedicámus Dómino.
eo grátias.

de Hebdomadarius
nfessionem, medio-
: dicens,

fiteor Deo omnipo-
iti, beátæ Maríæ
vírgini, beáto Mi-
archángelo, beáto
Baptístæ, sanctis
s Petro & Paulo,
s Sanctis, (& vobis,
,) quia peccávi ni-
itatióne, verbo &
meâ culpâ, meâ cul-
eâ máximâ culpâ.
recor beátam Ma-
semper vírginem,
Michaélem archán-
beátum Joánnem-
m, sanctos apósto-
um & Paulum, om-

nes Sanctos, (& vos, fratres,) oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet,

Misereátur tuî omnípotens Deus, & dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam. *Hebdomadarius dicit,* Amen.

Deinde Chorus repetit Confessionem; & ubi dictum est, vobis, fratres, & vos, fratres; *dicit,* tibi, pater, & te, pater.

Factâ Confessione à Choro, Hebdomadarius dicit,

Misereátur vestrî omnípotens Deus, & dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

Qui solus recitat, semel dicit Confíteor, *ut suprà, omissis vocibus quæ clauduntur parenthesi. Deinde,* Misereátur *semel, ad quod dicit* nostrî, nostris, nos.

Indulgéntiam, absolutiónem, & remissiónem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens & miséricors Dóminus. ℟. Amen.

Ad Officium Capituli.

Primò Lector petit benedictionem, dicens, Jube, Dómine, benedícere. *Hebdomadarius benedicit:* Bonitátem, & disciplínam, & sciéntiam dóceat nos Dóminus. *Ps.* 118. 66. *Respondet Chorus,* Amen. *Tum fit lectio Canonis, qui quâlibet*

dit varius legitur, & habetur in Proprio de Tempore, vel de Sanctis, post Lectiones Officii Nocturni, vel post Laudes. In fine Canonis dicitur, Tu autem, Dómine, miserére nostri. *Chorus respondet,* Deo grátias.

[*In Capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ ad arbitrium Præcentoris, & pro opportunitate temporis, loco Canonis occurrentis, fit lectio brevis ex Concilio Aquisgranensi, quod est regula Canonicorum, eo ritu quo suprà dictum est : & expositione lectionis dicti Concilii, à Præcentore paucis verbis factâ, legitur Martyrologium.*]

[*A privatim recitantibus post lectionem Canonis, omisso Martyrologio, quod extra Chorum ad libitum legitur, dicitur,* ℣. Pretiosa, *&* Sancta Maria, *ut infrà.*]

Deinde fit lectio Martyrologii seu denuntiatio Sanctorum, in cujus fine nihil respondetur, sed Hebdomadarius statim dicit,

℣. Pretiosa in conspectu Dómini ℟. Mors Sanctórum ejus. *Ps.* 115. 5.

Et absolutè sine Dominus vobiscum, & sine Oremus,

Sancta Maria, & omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dominum ; ut nos mereámur ab eo adjuvári & salvári, qui vivit & regnat in sécula seculórum. ℟. Amen.

Hebdomadarius dicit ℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini, ℟. Qui fecit cœlum & terram. *Ps.* 123. 8.

Submissiori voce dicit, Benedícite. *Lector versus ad eum,* Dóminus : *& statim subjungit Hebdomadarius ad absolutionem Capituli,*

℣. Deus pacis aptet vos in omni bono, ut faciátis ejus voluntátem ; fáciens in vobis quod pláceat coram se per Jesum Christum, cui est glória in sécula seculórum. ℟. Amen. *Hebr.* 13. 21.

Secretò, Fidélium ánimæ, &c.

Pater noster.

AD TERTIAM.

Pater, Ave, *secretò.*

℣. Deus, in adjutórium.

HYMNUS.

Nunc sancte nobis Spíritus,
Unum Patri cum Fílio,
Dignáre promptus íngeri
Nostro refúsus péctori.

Os, lingua, mens, sensus, vigor
Confessiónem pérsonent ;
Flammescat igne caritas,
Accéndat ardor próximos.

Præsta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Sancto simul cum Spíritu
Regnans per omne séculum.
Amen.

Ant. 2. D. Véniant mihi.

Ex PSALMO 118.

LEgem pone mihi, Dómine, viam justificatiónum tuárum, * & exquíram eam semper.

Da mihi intelléctum, & scrutábor legem tuam, * & custódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam mandatórum tuórum, * quia ipsam vólui.

Inclína cor meum in testimónia tua, * & non in avarítiam.

Averte óculos meos ne vídeant vanitátem; * in via tua vivífica me.

Státue servo tuo elóquium tuum * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meũ quod suspicátus sum; * quia judícia tua jucúnda.

Ecce concupívi mandáta tua; * in æquitáte tua vivífica me.

Et véniat super me misericórdia tua, Dómine, * salutáre tuum secundùm elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum; * quia sperávi in sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequáque; * quia in judíciis tuis supersperávi.

Et custódiam legem tuam semper, * in séculum & in séculum séculi.

Et ambulábam in latitúdine; * quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar de testimóniis tuis in conspectu regum, * & non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis * quæ diléxi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua quæ diléxi, * & exercébar in justificatiónibus tuis.

Divisio PSALMI 118.

MEmor esto verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem dedísti.

Hæc me consoláta est in humilitáte mea; * quia elóquium tuum vivificávit me.

Supérbi iníquè agébant usquequáque, * à lege autem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum à século, Dómine; * & consolátus sum.

Deféctio ténuit me * pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant justificatiónes tuæ, * in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui, Dómine, * & custodívi legem tuam.

Hæc facta est mihi; * quia justificatiónes tuas exquisívi.

Pórtio mea, Dómine, * dixi custodíre legem tuam.

Deprecátus sum fáciem tuam in toto corde meo, * miserére meî secúndùm elóquium tuum.

Cogitávi vias meas, * & convérti pedes meos in testimónia tua.

Parátus sum, & non sum

turbátus, * ut custódiam mandáta tua.

Funes peccatórum circumpléxi sunt me; * & legem tuam non sum oblítus.

Mediâ nocte surgébam ad confiténdum tibi * super judícia justificatiónis tuæ.

Párticeps ego sum ómnium timéntium te, * & custodiéntium mandáta tua.

Misericórdiâ tuâ, Dómine, plena est terra; * justificatiónes tuas doce me.

Divisio Psalmi 118.

Bonitátem fecísti cum servo tuo, Dómine, * secundùm verbum tuum.

Bonitátem, & disciplínam, & sciéntiam doce me; * quia mandátis tuis crédidi.

Priúsquàm humiliárer, ego delíqui; * proptérea elóquium tuum custodívi.

Bonus es tu, * & in bonitáte tua doce me justificatiónes tuas.

Multiplicáta est super me iníquitas superbórum; * ego autem in toto corde meo scrutábor mandáta tua.

Coagulátum est sicut lac cor eórum; * ego verò legem tuam meditátus sum.

Bonum mihi quia humiliásti me, * ut discam justificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui * super míllia auri & argenti.

Manus tuæ fecérunt me, & plasmavérunt me; * da mihi intelléctum, & discam mandáta tua.

Qui timent te vidébun me, & lætabúntur; * qui in verba tua supersperávi.

Cognóvi, Dómine, qui æquitas judícia tua, * & i veritáte tua humiliásti me.

Fiat misericórdia tua t consolétur me, * secún dùm elóquium tuum serv tuo.

Véniant mihi miseratió nes tuæ, & vivam; * qui lex tua meditátio mea est.

Confundántur supérbi quia injustè iniquitátem fe cérunt in me; * ego auten exercébor in mandátis tuis

Convertántur mihi timen tes te, * & qui novérun testimónia tua.

Fiat cor meum immacu látum in justificatiónibu tuis, * ut non confundar.

Ant. Véniant mihi mi seratiónes tuæ, & vivam *v.* 77.

Capitulum. 1. *Joan.* 4. 16

Deus cáritas est: & qu manet in caritáte, i Deo manet, & Deus i eo.

℟. *breve.* Da mihi intel léctum, Dómine, * Et scru tábor legem tuam, ℟. D mihi. ℣. Et custódiam illar in toto corde meo. * E scrutábor. Glória. ℟. D mihi. *Ps.* 118. 34.

℣. Deduc me in sémi tam mandatórum tuórum ℟. Quia ipsam vólui. *Ps* 118. 35.

Oratio conveniens.

AD SEXTAM.

Pater, Ave, *secretò.*

℣. Deus, in adjutórium.

HYMNUS.

RECTOR potens, verax Deus,
Qui témperas rerum vices;
Splendóre mane pérficis,
Et ignibus merídiem.

EXTINGUE flammas lítium,
Aufer calórem nóxium,
Confer salútem córporum,
Verámque pacem córdium.

PRÆSTA, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Sancto simul cum Spíritu
Regnans per omne séculum.
Amen.

Ant. 7. d. Jurávi, & státui.

Ex PSALMO 118.

DEfécit in salutáre tuū ánima mea, * & in verbum tuum supersperávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, * dicéntes: Quando consoláberis me?

Quia factus sum sicut uter in pruína; * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Quot sunt dies servi tui?* quando fácies de persequéntibus me judícium?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes, * sed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua véritas: * iníquè persecúti sunt me, ádjuva me.

Pauló minùs consummavérunt me in terra; * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secúndùm misericórdiam tuam vivífica me,* & custódiam testimónia oris tui.

In ætérnum, Dómine, * verbum tuum pérmanet in cœlo.

In generatiónem & generatiónem véritas tua: * fundásti terram, & pérmanet.

Ordinatióne tua persevérat dies; * quóniam ómnia sérviunt tibi.

Nisi quòd lex tua meditátio mea est, * tunc fortè periíssem in humilitáte mea.

In ætérnum non oblivíscar justificatiónes tuas;*quia in ipsis vivificásti me.

Tuus sum ego, * salvum me fac, quóniam justificatiónes tuas exquisívi.

Me expectavérunt peccatóres ut pérderent me; * testimónia tua intelléxi.

Omnis consummatiónis vidi finem; * latum mandátum tuum nimis.

Divisio PSALMI 118.

QUómodo diléxi legem tuam, Dómine! * totâ die meditátio mea est.

Super inimícos meos prudéntem me fecísti mandáto tuo, * quia in ætérnum mihi est.

Super omnes docéntes me intelléxi; * quia testimónia tua meditátio mea est.

Super senes intelléxi; * quia mandáta tua quæsívi.

Ab omni via mala prohíbui pedes meos, * ut custódiam verba tua.

A judíciis tuis non declinávi; * quia tu legem posuísti mihi.

Quàm dúlcia faúcibus meis elóquia tua! * super mel ori meo.

A mandátis tuis intelléxi; * proptérea odívi omnem viã iniquitátis.

Lucérna pédibus meis verbum tuum; * & lumen sémitis tuis.

Jurávi, & statui * custodíre judícia justítiæ tuæ.

Humiliátus sum usquequáque, Dómine; * vivífica me secúndùm verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita fac, Dómine; * & judícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper, * & legem tuam non sum oblítus.

Posuérunt peccatóres láqueum mihi, * & de mandátis tuis non errávi.

Hereditáte acquisívi testimónia tua in ætérnum; * quia exultátio cordis mei sunt.

Inclinávi cor meum ad faciéndas justificatiónes tuas in ætérnum, * propter retributiónem.

Divisio PSALMI 118.

INíquos ódio hábui, * & legem tuam diléxi.

Adjútor & suscéptor meus es tu; * & in verbum tuum supersperávi.

Declináte à me, malígni, * & scrutábor mandáta Dei mei.

Súscipe me secúndùm elóquium tuum, & vivam; * & non confúndas me ab expectatióne mea.

Adjuva me, & salvus ero; * & meditábor in justificatiónibus tuis semper.

Sprevísti omnes discedéntes à judíciis tuis; * quia injústa cogitátio eórum.

Prævaricántes reputávi omnes peccatóres terræ; * ídeò diléxi testimónia tua.

Confige timóre tuo carnes meas, * à judíciis enim tuis tímui.

Feci judícium & justítiam; * non tradas me calumniántibus me.

Súscipe servum tuum in bonum; * non calumniéntur me supérbi.

Oculi mei defecérunt in salutáre tuum, * & in elóquium justítiæ tuæ.

Fac cum servo tuo secúndùm misericórdiam tuam; * & justificatiónes tuas doce me.

Servus tuus sum ego; * da mihi intelléctum, ut sciã testimónia tua.

Tempus faciéndi, Dómine: * dissipavérunt legem tuam.

Ideò diléxi mandáta tua, * super aurum & topázion.

Proptérea ad ómnia mandáta tua dirigébar; * omnem viam iníquam ódio hábui.

Ant. Jurávi, & státui custodíre

...tiæ judícia justítiæ tuæ. ... 118. 106.

CAPITULUM. 1. *Thess.* 5. 21. 22.

OMnia probáte: quod bonum est tenéte: ab omni spécie mala abstinéte vos.

℟. *breve*, Fac cum servo tuo * Secúndum misericórdiam tuam; ℟. Fac. ℣. Et justificatiónes tuas doce me. * Secúndum misericórdiam tuam. Glória. ℟. Fac. *Ps.* 118. 124.

℣. Servus tuus sum ego; da mihi intelléctum, ℟. Ut sciam testimónia tua. *Ps.* 118. 125.

Orátio conveniens.

AD NONAM.

Pater, Ave, *secretò*.

℣. Deus, in adjutórium.

HYMNUS.

RERUM Deus tenax vigor,
Immótus in te pérmanens,
Lucis diúrnæ témpora
Succéssibus detérminans,

LARGIRE lucem véspere,
Quo vita nusquã décidat,
Sed præmium mortis sacræ
Perénnis instet glória.

PRÆSTA, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne séculum.
Amen.

Ant. 8. a. Aspice in me.

Ex PSALMO 118.

MIrabília testimónia tua; * ídeo scrutáta est ea ánima mea.

Declarátio sermónum tuórum illúminat, * & intelléctum dat párvulis.

Os meum apérui, & attráxi spíritum; * quia mandáta tua desiderábam.

Aspice in me, & miserére meî * secúndum judícium diligéntium nomen tuum.

Gressus meos dírige secúndum elóquium tuum, * & non dominétur meî omnis injustítia.

Rédime me à calúmniis hóminum, * ut custódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina super servum tuum, * & doce me justificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei; * quia non custodiérunt legem tuam.

Justus es, Dómine, * & rectum judícium tuum.

Mandásti justítiam testimónia tua, * & veritátem tuam nimis.

Tabéscere me fecit zelus meus; * quia obliti sunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum veheménter, * & servus tuus diléxit illud.

Adolescéntulus sum ego & contémptus; * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Justítia tua, justítia in ætérnum; * & lex tua véritas.

Tribulátio & angústia invenérunt me; * mandáta tua meditátio mea est.

Æquitas testimónia tua in ætérnum; * intelléctum da mihi, & vivam.

Divisio PSALMI 118.

CLamávi in toto corde meo, exaúdi me, Dómine; * justificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te, salvum me fac, * ut custódiam mandáta tua.

Prævéni in maturitáte, & clamávi; * quia in verba tua supersperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo; * ut meditárer elóquia tua.

Vocem meam audi secúndùm misericórdiam tuam, Dómine; * & secúndùm judícium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt persequéntes me iniquitáti; * à lege autem tua longè facti sunt.

Propè es tu, Dómine, * & omnes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóvi de testimóniis tuis; * quia in ætérnum fundásti ea.

Vide humilitátem meam, & éripe me; * quia legem tuam non sum oblítus.

Júdica judícium meum, & rédime me; * propter elóquium tuum vivífica me.

Longè à peccatóribus salus; * quia justificatiónes tuas non exquisiérunt.

Misericórdiæ tuæ multæ, Dómine; * secúndùm judícium tuum vivífica me.

Multi qui persequúntur me, & tribulant me; * à testimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricántes, & tabescébam; * quia elóquia tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua diléxi, Dómine; * in misericórdia tua vivífica me.

Princípium verbórum tuórum véritas: * in ætérnum ómnia judícia justítiæ tuæ.

Divisio PSALMI 118.

PRíncipes persecúti sunt me gratìs, * & à verbis tuis formidávit cor meum.

Lætábor ego super elóquia tua, * sicut qui invénit spólia multa.

Iniquitátem ódio hábui, & abominátus sum; * legem autem tuam diléxi.

Sépties in die laudem dixi tibi, * super judícia justítiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam, * & non est illis scándalum.

Expectábam salutáre tuũ, Dómine; * & mandáta tua diléxi.

Custodívit ánima mea testimónia tua, * & diléxit ea veheménter.

Servávi mandáta tua & testimónia tua; * quia omnes viæ meæ in conspéctu tuo.

Appropínquet deprecátio mea in conspéctu tuo, Dómine: * juxta elóquium tuum da mihi intelléctum.

Intret postulátio mea in conspéctu tuo: * secúndùm elóquium tuum éripe me.

Eructábũt lábia mea hymnum, * cùm docúeris me justificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua mea

elóquium tuum; * quia ómnia mandáta tua æquitas.

Fiat manus tua ut salvet me; * quóniam mandáta tua elégi.

Concupívi salutáre tuum, Dómine; * & lex tua meditátio mea est.

Vivet ánima mea, & laudábit te; * & judícia tua adjuvábunt me.

Errávi sicut ovis quæ périit, * quære servum tuum, quia mandáta tua non sum oblítus.

Ant. Aspice in me, & miserére meî. *Ps.* 118. 132.

CAPITULUM. I. *Cor.* 6. 20.

EMpti estis prétio magno: glorificáte, & portáte Deum in córpore vestro.

℟. *breve*, Clamávi in toto corde meo: * Exaúdi me, Dómine; ℟. Clamávi. ℣. Justificatiónes tuas requíram. * Exaúdi me, Dómine. Glória. ℟. Clamávi. *Ps.* 118. 145.

℣. Clamávi ad te: salvum me fac, ℟. Ut custódiam mandáta tua. *Ps.* 118. 146.

Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

Pater noster. Ave, María.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 7. d. Dixit Dóminus.

PSALMUS 109.

Christi divinitas & imperium, sacerdotium & victoria.

DIxit Dóminus Dómino meo; * Sede à dextris meis,

Donec ponam inimícos tuos * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum; * Tu es Sacérdos in ætérnum secúndùm órdinem Melchísedech.

Dóminus à dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas, * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet, * proptérea exaltábit caput.

Ant. Dixit Dóminus Dómino meo; Sede à dextris meis. *v.* 1.

Ant. 4. *E.* Fidélia.

PSALMUS 110.

Canticum Deo Redemptori.

COnfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, * in concílio justórum, & congregatióne.

Magna ópera Dómini, * exquisíta in omnes voluntátes ejus.

Conféssio & magnificéntia opus ejus; * & justítia ejus manet in séculum séculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum miséricors

& miſerátor Dóminus : * eſcam dedit timéntibus ſe.

Memor erit in ſéculum teſtaménti ſui : * virtútem óperum ſuórum annuntiábit pópulo ſuo,

Ut det illis hereditátem géntium : * ópera mánuum ejus véritas & judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in ſéculum ſéculi, * facta in veritáte & æquitáte.

Redemptiónem miſit pópulo ſuo, * mandávit in ætérnum teſtaméntum ſuũ.

Sanctum & terríbile nomen ejus : * inítium ſapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in ſéculum ſéculi.

Ant. Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in ſéculum ſéculi *v.* 7.

Ant. 4. *E.* Qui timet Dóminum.

PSALMUS III.

Timenti Dominum proſperitas; gloria ſublevanti miſeros; peccatori calamitas.

BEátus vir qui timet Dóminum, * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit ſemen ejus : * generátio rectórum benedicétur.

Glória & divítiæ in domo ejus; * & juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi.

Exórtum eſt in ténebris lumen rectis, * miſéricors, & miſerátor, & juſtus.

Jucúndus homo, qui miſerétur, & cómmodat; diſpónet ſermónes ſuos in judício; * quia in ætérnum non commovébitur.

In memória ætérna erit juſtus, * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus ſperáre in Dómino, * confirmátum eſt cor ejus, non commovébitur donec deſpíciat inimícos ſuos.

Diſpérſit, dedit paupéribus; * juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi, cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, & iraſcétur; déntibus ſuis fremet, & tabéſcet : * deſidérium peccatórum períbit.

Ant. Qui timet Dóminum, in mandátis ejus volet nimis. *v.* 1.

Ant. 7. c. Sit nomen Dómini.

PSALMUS III.

Laudes Domino ſuper omnia excelſo, & humiles exaltanti.

LAudáte, púeri, Dóminum, * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum * ex hoc nunc & uſque in ſéculum.

A ſolis ortu uſque ad occáſum * laudábile nomen Dómini.

Excélſus ſuper omnes gen-

tes Dóminus, * & super cœlos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, * qui in altis hábitat, & humília réspicit in cœlo, & in terra?

Suscitans à terra ínopem, * & de stércore érigens paúperem,

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui;

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Ant. Sit nomen Dómini benedíctum ex hoc nunc & usque in séculum. *v.* 2.

Ant. 1. D *. Nos qui vívimus.

PSALMUS 113.

Dei potentia; idolorum vanitas; invocatur Dei benedictio in suos.

IN éxitu Israël de Ægypto, * domûs Jacob de pópulo bárbaro,

Facta est Judæa sanctificátio ejus, * Israël potéstas ejus.

Mare vidit, & fugit; * Jordánis convérsus est retrórsum.

Montes exultavérunt ut arietes, * & colles sicut agni óvium.

Quid est tibi, mare, quòd fugisti? * & tu, Jordánis, quia convérsus es retrórsum?

Montes, exultástis sicut arietes? * & colles, sicut agni óvium?

A fácie Dómini mota est terra, * à fácie Dei Jacob,

Qui convértit petram in stagna aquárum, * & rupem in fontes aquárum.

Non nobis, Dómine, non nobis, * sed nómini tuo da glóriam super misericórdia tua & veritáte tua;

Nequándo dicant gentes: * Ubi est Deus eórum?

Deus autem noster in cœlo; * ómnia quæcúmque vóluit, fecit.

Simulácra géntium, argéntum & aurum, * ópera mánuum hóminum:

Os habent, & non loquéntur; * óculos habent, & non vidébunt;

Aures habent, & non aúdient; * nares habent, & non odorábunt;

Manus habent, & non palpábunt; * pedes habent, & non ambulábunt; non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, * & omnes qui confídunt in eis.

Domus Israël sperávit in Dómino, * adjútor eórum & protéctor eórum est.

Domus Aáron sperávit in Dómino, * adjútor eórum & protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum speravérunt in Dómino, * adjútor eórum & protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostrî, * & benedíxit nobis.

Benedíxit dómui Israël, * benedíxit dómui Aáron.

Benedíxit ómnibus qui ti-

timent Dóminum, * pusillis cum majóribus.

Adjiciat Dóminus super vos, * super vos, & super filios vestros.

Benedícti vos à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Cœlum cœli Dómino, * terram autem dedit filiis hóminum.

Non mórtui laudábunt te, Dómine, * neque omnes qui descéndunt in inférnum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino * ex hoc nunc & usque in séculum.

Ant. Nos qui vívimus, benedícimus Dómino. *v.* 27.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 1. 3. 4.

BEnedíctus Deus, & Pater Dómini nostri Jesu Christi, Pater misericordiárum, & Deus totíus consolatiónis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra.

HYMNUS.

LUcis Creátor óptime,
Mentes subi, sensus rege;
Nobis tuæ sol grátiæ
Lucére nunquam désinat.

EN nox diúrno síderi
Succédit; ætérnus dies,
Calígo nulla quem tegit,
Erróris umbras díscute.

ABSTERGE quidquid nóxium
Letháles afflávit lues:
Interna cœlo mens nihil
Te præter unum cógitet.

DUM forte mortales gravi
Inter cadúca volvimur,
Sanctus supérnam júgiter
Suspíret ardor pátriam.

IN te salútis ánchoram
Spes fundet; ut post férvidos
Vitæ tumúltus, in tuo
Detur sinu quiéscere.

DEO Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Tibíque, sancte Spíritus,
In sempitérna sǽcula.
Amen.

℣. Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo: ℟. Elevátio mánuum meárum, sacrifícium vespertínum. *Ps.* 140. 2.

Ad Magníficat, *Antiphona ut in Proprio.*

CANTICUM *B. Mariæ Virginis. Luc.* 1. 46. *ad* 55.

Canticum Deo superbos humilianti, humiles exaltanti, & mundum liberanti.

MAgníficat * ánima mea Dóminum;

Et exultávit spíritus meus * in Deo salutári meo;

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ; * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes;

Quia fecit mihi magna qui potens est, * & sanctum nomen ejus:

Et misericórdia ejus à progénie in progénies * timéntibus eum.

ɔténtiam in bráchio
diſpérſit ſupérbos
ɪrdis ſui.
uit poténtes de ſe-
exaltávit húmiles.
ɪtes implévit bo-
& dívites dimíſit

it Iſraël púerum
recordátus miſeri-
ɪæ,
ɔcútus eſt ad patres
* Abraham, & ſé-
;, in ſécula.
e dicitur Antipho-
atio conveniens.
, ſi occurrat aliqua
oratio de Sancto,
ɔ; & ſic in ſequen-
riis.
ɔminica tertia poſt
ten ad Adventum
ns Commemoratio
omnibus Domini-
ɪndo ſit de Domi-
xtra tamen Octa-

Qui peccátum non
ɔeccáta noſtra ipſe
in córpore ſuo ſu-
ɪum; ut peccátis
juſtítiæ vivámus.
2. 22. 24.
iſit verbum ſuum,
it eos,
erípuit eos de in-
ɔus eórum. *Pſ.* 106.

ɪus. *Oratio.*
tuâ nos, quæſu-
, Dómine, pace
quos per lignum
crucis redímere di-
s; Qui vivis.

FERIA SECUNDA,
AD OFFICIUM NOCT.

Pater. Ave. Credo.

Dómine, lábia mea apé-
ries, *ſuprà*, 1.

℣. Deus, in adjutórium,
&c.

Et ſic aliis diebus.

Invitatorium, Veníte,
* Exultémus Dómino, *Pſ.*
94. 1.

Continuatur Pſalmus, Ju-
bilémus Deo ſalutári noſ-
tro, &c. *ut ſuprà*, 2.

HYMNUS.

TU, Chriſte, ſopítos vo-
cas;
Spreto cubíli súrgimus:
Sacris decet nos cánticis
Noctis quiétem rúmpere.

Te lingua primùm cónci-
nat,
Te mentis ardor ámbiat,
Te júgiter nox prædicet,
Laudet dies te júgiter.

Totos tibi nos vín-
dica,
Tibíque ſic fac vívere,
Ut áctuum ſis ómnium
Et finis & primórdium.

Deo Patri ſit glória,
Ejúſque ſoli Fílio,
Tibíque, ſancte-Spíritus,
In ſempitérna ſécula.
Amen.

In Feriis & aliis Officiis
trium Lectionum, novem
Pſalmi poſiti ad ſingulas
Ferias dicuntur pro unico
Nocturno.

[redacted]

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. *a.* Réspice.

PSALMUS 10.

Anima in Deo confidentis securitas.

IN Dómino confído: * quómodo dícitis ánimæ meæ, Transmígra in montem sicut passer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagíttas suas in pháretra, * ut sagíttent in obscúro rectos corde.

Quóniam quæ perfecísti, destruxérunt: * justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo, * Dóminus in cœlo sedes ejus:

Oculi ejus in páuperem respíciunt; * pálpebræ ejus intérrogant fílios hóminum.

Dóminus intérrogat justum, & ímpium: * qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam suam.

Pluet super peccatóres láqueos: * ignis, & sulfur, & spíritus procellárum pars cálicis eórum.

Quóniam justus Dóminus, & justítias diléxit: * æquitátem vidit vultus ejus.

PSALMUS 11.

Anima calumniis desolata, Deum protectorem invocat & sperat.

SAlvum me fac, Dómine, quóniam defécit sanctus; * quóniam diminútæ sunt veritátes à fíliis hóminum.

Vana locúti sunt unusquísque ad próximum suum; * lábia dolósa, in corde & corde locúti sunt.

Dispérdat Dóminus univérsa lábia dolósa, * & linguam magníloquam,

Qui dixérunt: Linguam nostram magnificábimus, lábia nostra à nobis sunt: * quis noster Dóminus est?

Propter misériam ínopum & gémitum páuperum, nunc exúrgam, * dicit Dóminus.

Ponam in salutári; * fiduciáliter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia casta; * argéntum igne examinátum, probátum terræ, purgátum séptuplùm.

Tu, Dómine, servábis nos: * & custódies nos à generatióne hac in ætérnum.

In circúitu ímpii ámbulant: * secúndùm altitúdinem tuam multiplicásti fílios hóminum.

PSALMUS 12.

Anima confidentis & afflictæ deprecatio.

USquequo, Dómine, oblivíscéris me in finem? * úsquequo avértis fáciem tuam à me?

Quámdiu ponam consília in ánima mea, * dolórem in corde meo per diem?

Usquequo exaltábitur inimícus meus super me? * réspice, & exáudi me, Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos, ne unquam obdórmiam in mor-

:quando dicat inimí-
.s: Præválui advér-
1.
:ríbulant me, exultá-
motus fúero; * ego
in misericórdia tua
.
ábit cor meum in sa-
io, * cantábo Dó-
ii bona tríbuit mihi,
am nómini Dómini
.
Réspice, & exaúdi
ómine Deus meus.
3.
I. NOCTURNO.
3. c. Consérva me.
ALMUS 13.
m malitia; bonis è
it & erit liberator.
insípiens in corde
): * Non est Deus.
ipti sunt, & abomi-
facti sunt in stúdiis
non est qui fáciat
, non est usque ad
.
nus de cœlo prospé-
r filios hóminum, *
it si est intélligens,
iírens Deum.
es declinavérunt, si-
itiles facti sunt: *
qui fáciat bonum,
usque ad unum.
crum patens est gut-
um; linguis suis
agébant; * vené-
pidum sub lábiis eó-
.
um os maledictióne
itúdine plenum est: *
pedes eórum ad ef-
lum sánguinem.

Contrítio & infelícitas in viis eórum, & viam pacis non cognovérunt: * non est timor Dei ante óculos eórum.

Nonne cognóscent omnes qui operántur iniquitátem, * qui dévorant plebem meam sicut escam panis?

Dóminum non invocavérunt: * illîc trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Dóminus in generatióne justa est: * consílium ínopis confudístis, quóniam Dóminus spes ejus est.

Quis dabit ex Sion salutáre Israël? * cùm avérterit Dóminus captivitátem plebis suæ, exultábit Jacob, & lætábitur Israël.

PSALMUS 14.

Quæ sit ad cœlum via?

DOmine, quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiéscet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine mácula, * & operátur justítiam:

Qui lóquitur veritátem in corde suo; * qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit próximo suo malum, * & oppróbrium non accépit advérsùs próximos suos.

Ad níhilum dedúctus est in conspéctu ejus malignus; * timéntes autem Dóminum gloríficat.

Qui jurat próximo suo, &

non décipit; * qui pecúniam ſuam non dedit ad uſúram, & múnera ſuper innocéntem non accépit.

Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum.

PSALMUS 15.

Deus hereditas juſti ; eum protegit ; à morte ſuſcitabit & in æternum beabit.

CONſérva me, Dómine, quóniam ſperávi in te:* dixi Dómino, Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis qui ſunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ ſunt infirmitátes eórum; * póſtea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de ſanguínibus; * nec memor ero nóminum eórũ per lábia mea.

Dóminus pars hereditátis meæ, & cálicis mei : * tu es qui reſtítues hereditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris;* étenim heréditas mea præclára eſt mihi.

Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum ; * ínſuper & uſque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conſpéctu meo ſemper ; * quóniam à dextris eſt mihi ne commóvear.

Propter hoc lætátum eſt cor meum, & exultávit lingua mea : * ínſuper & caro mea requiéſcet in ſpe :

Quóniam non de
ques ánimam meam
férno; * nec dabis ſa
tuum vidére corrupti

Notas mihi feciſt
vitæ; adimplébis me
tia cum vultu tuo : *
ctatiónes in déxtera t
que in finem.

Ant. Consérva me
mine, quóniam ſper
te. *Pſ.* 15. 1.

PRO III. NOCTU

Ant. 1. D. Pérfice
ſus meos.

PSALMUS 16

Juſtus in anguſtiis
poſcit & ſperat op
felicitatem.

EXaúdi, Dómine,
tiam meam : * in
deprecatiónem meam

Aúribus pércipe c
nem meam, * non in
dolóſis.

De vultu tuo jud
meum pródeat : * óc
vídeant æquitátes.

Probáſti cor meum
viſitáſti nocte : * ig
examináſti, & non
vénta in me iníquitas.

Ut non loquátur os
ópera hóminum : * p
verba labiórum tuórũ
cuſtodívi vias duras.

Pérfice greſſus m
ſémitis tuis, * ut no
veántur veſtígia mea.

Ego clamávi, qu
exaudíſti me, Deus :
clína aurem tuam mi
exaúdi verba mea.

Mirífica miſeric

mas, * qui salvos facis sperántes in te.

A resisténtibus déxteræ tuæ custódi me, * ut pupillam óculi.

Sub umbra alárum tuárum prótege me, * à fácie impiórum qui me afflixérunt.

Inimíci mei ánimam meã circumdedérunt, ád.pem suum conclusérunt: * os eórum locútum est supérbiam.

Projiciéntes me nunc circumdedérunt me: * óculos suos statuérunt declináre in terram.

Suscepérunt me sicut leo parátus ad prædam, * & sicut cátulus leónis hábitans in ábditis.

Exúrge, Dómine, prævéni eum, & supplánta eum: * éripe ánimam meam ab ímpio, frámeam tuam ab inimícis manûs tuæ.

Dómine, à paucis de terra dívide eos in vita eórum: * de abscónditis tuis adimplétus est venter eórum.

Saturáti sunt filiis: * & dimisérunt relíquias suas párvulis suis.

Ego autem in justítia apparébo conspéctui tuo: * satiábor, cùm apparúerit glória tua.

P S A L M U S 17.

Victis hostibus & adeptâ salute, triumphatori Deo, Christi Ecclesiæ & animæ Canticum.

DIligam te, Dómine, fortitúdo mea: * Dóminus firmaméntum meum, & refúgium meum, & liberátor meus.

Deus meus adjútor meus, * & sperábo in eum.

Protéctor meus, & cornu salútis meæ, * & suscéptor meus.

Laudans invocábo Dóminum; * & ab inimícis meis salvus ero.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & torréntes iniquitátis conturbavérunt me.

Dolóres inférni circumdedérunt me: * præoccupavérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocávi Dóminum, * & ad Deum meum clamávi:

Et exaudívit de templo sancto suo vocem meam; * & clamor meus in conspéctu ejus introívit in aures ejus.

Commóta est & contrémuit terra: fundaménta móntium conturbáta sunt, & commóta sunt; * quóniam irátus est eis.

Ascéndit fumus in ira ejus, & ignis à fácie ejus exársit: * carbónes succénsi sunt ab eo.

Inclinávit cœlos, & descéndit: * & calígo sub pédibus ejus.

Et ascéndit super Chérubim, & volávit: * volávit super pennas ventórum.

Et pósuit ténebras latíbulum suum, in circúitu ejus tabernáculum ejus: * tenebrósa aqua in núbibus áeris.

Præ fulgóre in conspéctu ejus nubes transiérunt, *

grando, & carbónes ignis.

Et intónuit de cœlo Dóminus, & Altíssimus dedit vocem suam: * grando, & carbónes ignis.

Et misit sagíttas suas, & dissipávit eos: * fúlgura multiplicávit, & conturbávit eos.

Et apparuérunt fontes aquárum, * & reveláta sunt fundaménta orbis terrárum,

Ab increpatióne tua, Dómine, * ab inspiratióne spíritûs iræ tuæ.

Misit de summo, & accépit me; * & assúmpsit me de aquis multis.

Erípuit me de inimícis meis fortíssimis, & ab his qui odérunt me; * quóniam confortáti sunt super me.

Prævenérunt me in die afflictiónis meæ; * & factus est Dóminus protéctor meus.

Et edúxit me in latitúdinem: * salvum me fecit, quóniam vóluit me.

Et retríbuet mihi Dóminus secúndùm justítiam meam, * & secúndùm puritátem mánuum meárum retríbuet mihi:

Quia custodívi vias Dómini, * nec ímpiè gessi à Deo meo.

Quóniam ómnia judícia ejus in conspéctu meo, * & justítias ejus non répuli à me.

Et ero immaculátus cum eo, * & obsérvábo me ab iniquitáte mea.

Et retríbuet mihi Dóminus secúndùm justítiam meam, * & secúndùm puritátem mánuum meárum in conspéctu oculórum ejus.

Cum sancto sanctus eris, * & cum viro innocénte innocens eris.

Et cum elécto eléctus eris, * & cum pervérso pervertéris.

Quóniam tu pópulum húmilem salvum fácies, * & óculos superbórum humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucérnam meam, Dómine: * Deus meus, illúmina ténebras meas.

Quóniam in te erípiar à tentatióne, * & in Deo meo transgrédiar murum.

Divisio Psalmi 17.

Deus meus, impollúta via ejus: elóquia Dómini igne examináta: * protéctor est ómnium sperántium in se.

Quóniam quis Deus præter Dóminum? * aut quis Deus præter Deum nostrum?

Deus qui præcínxit me virtúte, * & pósuit immaculátam viam meam.

Qui perfécit pedes meos tanquam cervórum; * & super excélsa státuens me:

Qui docet manus meas ad prælium: * & posuísti ut arcum æreum bráchia mea;

Et dedísti mihi protectiónem salútis tuæ, * & déxtera tua suscépit me;

ſciplína tua corréxit
ıem; * & diſciplína
me docébit.
ſti greſſus meos ſub-
* & non ſunt in-
veſtígia mea.
ıuar inimícos meos,
rehéndam illos; *
ɔnvértar, donec de-

íngam illos, nec
: ſtare; * cadent
edes meos.
ecinxíſti me virtúte
m, * & ſupplan-
ırgéntes in me ſub-

mícos meos dedíſti
rſum, * & odiéntes
erdidíſti.
ıavérunt, nec erat
os fáceret: * ad Dó-
; nec exaudívit eos.
nmínuam eos ut púl-
nte fáciem venti; *
n plateárum delébo

es me de contradi-
ıs pópuli; * conſti-
in caput géntium.
lus quem non co-
ſervívit mihi; * in
auris obedívit mihi.
aliéni mentíti ſunt
* filii aliéni invete-
t, & claudicavérunt
is ſuis.
: Dóminus, & bene-
)eus meus; * & exal-
eus ſalútis meæ.
, qui das vindíctas
& ſubdis pópulos ſub
liberátor meus de
s meis iracúndis.

Et ab inſurgéntibus in me exaltábis me; * à viro iníquo erípies me.

Proptérea confitébor tibi in natiónibus, Dómine; * & nómini tuo pſalmum dicam.

Magníficans ſalútes Regis ejus, & fáciens miſericórdiam chriſto ſuo David, * & ſémini ejus uſque in ſéculum.

Ant. Pérfice greſſus meos in ſémitis tuis, ut non moveántur veſtígia mea. *Pſ.* 16. 6.

℣. Illúmina óculos meos
℟. Ne unquam obdórmiam in morte. *Pſ.* 12. 4.

Pater, *ſecretò.* ℣. Et ne nos.

Benedictiones, ut ordinantur poſt Pſalterium.

Lectiones cum ℟℟℟. *ut in Proprio de Tempore.*

Non dicitur Te Deum *in Feriis, niſi Tempore Paſchali.*

℣. *Sacerd.* Cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi,
℟. Et pſallam nómini Dómini altíſſimi. *Pſ.* 12. 7.

AD LAUDES.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 8. c. Cœli enárrant.

PSALMUS 18.

Splendidus ſol, lex Domini pulcrior; dulces cœli, timor Dei dulcior & utilior.

CŒli enárrant glóriam Dei, * & ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum,* & nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum; * & ipse tanquam sponsus procédens de thálamo suo:

Exultávit ut gigas ad curréndam viam: * à summo cœlo egréssio ejus:

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus; * nec est qui se abscóndat à calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas: * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiâ præstans párvulis.

Justítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda: * præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in séculum séculi: * judícia Dómini vera, justificáta in semetípsa.

Desiderabília super aurum & lápidem pretiósum multùm; * & dulcióra super mel & favum.

Etenim servus tuus custódit ea; * in custodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? * ab occúltis meis munda me, & ab aliénis parce servo tuo.

Si meî non fúerint domináti, tunc immaculátus ero, * & emundábor à delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei; * & meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine, adjútor meus, * & redémptor meus.

Ant. Cœli enárrant glóriam Dei, & ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum *v.* 1.

Ant. 8. G. In nómine.

PSALMUS 19.

Votum pro Principe.

EXaúdiat te Dóminus in die tribulatiónis; * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de sancto, * & de Sion tueátur te.

Memor sit omnis sacrifícii tui, * & holocaústum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi secúndùm cor tuum, * & omne consílium tuum confírmet.

Lætábimur in salutári tuo, * & in nómine Dei nostri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas: * nunc cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus christum suum.

Exaúdiet illum de cœlo sancto suo: * in potentátibus salus déxteræ ejus.

Hi in cúrribus, & hi in equis: * nos autem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, & cecidérunt: * nos autem surréximus, & erécti sumus.

Dómine, salvum fac regem; * & exaúdi nos in die quà invocavérimus te.

Ant. In nómine Dei nostri magnificábimur. *v.* 5.

Ant. 7. a. Exaltáre, Dómine.

PSALMUS 20.

Ob victoriam de hostibus reportatam hymnus eucharisticus Deo.

DOmine, in virtúte tua lætábitur rex; * & super salutáre tuum exultábit veheménter.

Desidérium cordis ejus tribuísti ei, * & voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum.

Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis: * posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso.

Vitam pétiit à te; * & tribuísti ei longitúdinem diérum in séculum, & in séculum séculi.

Magna est glória ejus in salutári tuo: * glóriam & magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in séculum séculi: * lætificábis eum in gaúdio cum vultu tuo:

Quóniam rex sperat in Dómino, * & in misericórdia Altíssimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis: * déxtera tua invéniat omnes qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultûs tui: * Dóminus in ira sua conturbábit eos, & devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes, * & semen eórum à filiis hóminum;

Quóniam declinavérunt in te mala; * cogitavérunt consília quæ non potuérunt stabilíre.

Quóniam pones eos dorsum; * in relíquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre, Dómine, in virtúte tua: * cantábimus & psallémus virtútes tuas.

Ant Exaltáre, Dómine, in virtúte tua: cantábimus & psallémus virtútes tuas. *v.* 17.

Ant. 1. *a.* Confitémini.

CANTICUM *Isaiæ. c.* 12. 1. *ad fin.*

Celebrat anima Deum placatum, salvantem & inter homines habitantem.

COnfitébor tibi, Dómine, quóniam irátus es mihi; * convérsus est furor tuus, & consolátus es me.

Ecce Deus salvátor meus; * fiduciáliter agam, & non timébo;

Quia fortitúdo mea, & laus mea Dóminus, * & factus est mihi in salútem.

Hauriétis aquas in gaúdio de fóntibus Salvatóris; * & dicétis in die illa: Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus:

Notas fácite in pópulis adinventiónes ejus: * me-

mentóte quóniam excélsum est nomen ejus.

Cantáte Dómino, quóniam magníficè fecit; * annuntiáte hoc in univérsa terra.

Exúlta, & lauda, habitátio Sion; * quia magnus in médio tuî Sanctus Israël.

Ant. Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus. ℣. 4.

[*In Festis, loco superioris Cantici, dicitur sequens*

CANTICUM. *Eccli.* 39. 19. *ad* 25.

Omnium creatori & inspectori Deo Canticum.

COllaudáte cánticum, & benedícite Dóminum * in opéribus suis.

Date nómini ejus magnificéntiam, & confitémini illi * in voce labiórum vestrórum, & in cánticis labiórum, & cítharis,

Et sic dicétis in confessióne: * Opera Dómini univérsa bona valde.

In verbo ejus stetit aqua sicut congéries: * & in sermóne oris illíus sicut exceptória aquárum:

Quóniam in præcépto ipsíus placor fit, * & non est minorátio in salúte ipsíus.

Opera omnis carnis coram illo, * & non est quidquam abscónditum ab óculis ejus.

A século usque in séculum réspicit, * & nihil est mirábile in conspéctu ejus.]

Ant. 1. 2. Senes.

PSALMUS *Laudum* 148.

Cœlum & terram Deus creavit; hymnus sit Deo cœli & terræ.

LAudáte Dóminum de cœlis; * laudáte eum in excélsis:

Laudáte eum, omnes Angeli ejus; * laudáte eum, omnes virtútes ejus:

Laudáte eum, sol & luna; * laudáte eum, omnes stellæ & lumen:

Laudáte eum, cœli cœlórum; * & aquæ omnes quæ super cœlos sunt, laudent nomen Dómini,

Quia ipse dixit, & facta sunt; * ipse mandávit, & creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum, & in séculum séculi: * præcéptum pósuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes, & omnes abyssi;

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum, * quæ fáciunt verbum ejus;

Montes & omnes colles, * ligna fructífera, & omnes cedri;

Béstiæ, & univérsa pécora, * serpéntes & vólucres pennátæ:

Reges terræ & omnes pópuli, * príncipes, & omnes júdices terræ,

Júvenes & vírgines, senes cum junióribus laudent nomen Dómini; * quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super ter-

terram ; * & exaltá-
nu pópuli sui.
mnus ómnibus sanctis
filiis Israël, pópulo
inquánti sibi.
Senes cum junióribus
: nomen Dñi. *v.* 12.
r U L U M. *Rom.* 13.
12. 13.
x præcéssit, dies au-
m appropinquávit :
nus ergo ópera te-
um, & induámur ar-
:is ; sicut in die ho-
mbulémus.
H Y M N U S.
IDOR patérnæ glóriæ,
ucis, & fons lúminis,
rus affúlge ; tui
lumen Spíritûs.
. ANTE cujus númine,
prorsus séculum
& suî jam nil memor,
:t ætérnas domos.
s vocémus & Patrem,
s trahens ad Fílium,
velle dat pius bonum,
: potens det-éxequi.
I D A T altis méntibus
náta cástitas :
doli, plenum fide
ritáte férveat.
o Patri sit glória,
e soli Filio,
e, sancte-Spíritus,
piterna sécula.
men.
d te orábo, Dómine ;
anè exaúdies vocem
. *Ps.* 5. 3.
Benedíctus, *Ant.* 6. *F.*
íctus Dóminus Deus
. *Luc* 1. 68.
ces quando dicuntur,
& Suffragia habentur infrà ad calcem Psalterii.

AD PRIMAM.

Pater. Ave. Credo.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus, Jam lucis, *infrà ad calcem Psalterii.*

Ant. 4. E. Dómine.

PSALMUS 21.

Christi patientis dolores & ultima morientis suspiria ; inde nascentis Ecclesiæ dignitas, cibus & æternitas.

DEus, Deus meus, réspice in me, quare me dereliquísti ? * longè à salúte mea verba delictórum meórum.

Deus meus, clamábo per diem, & non exaúdies ; * & nocte, & non ad insipiéntiam mihi.

Tu autem in sancto hábitas, * laus Israël.

In te speravérunt patres nostri ; * speravérunt, & liberásti eos.

Ad te clamavérunt, & salvi facti sunt : * in te speravérunt, & non sunt confúsi.

Ego autem sum vermis, & non homo ; * oppróbrium hóminum, & abjéctio plebis.

Omnes vidéntes me, derisérunt me : * locúti sunt lábiis, & movérunt caput.

Sperávit in Dómino, erípiat eum ; * salvum fáciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es qui extraxísti me de ventre, * spes mea ab ubéribus matris meæ :

In te projéctus sum ex útero; * de ventre matris meæ Deus meus es tu;

Ne discésseris à me; * quóniam tribulátio próxima est, quóniam non est qui ádjuvet.

Circumdedérunt me vítuli multi; * tauri pingues obsedérunt me.

Aperuérunt super me os suum, * sicut leo rápiens & rúgiens.

Sicut aqua effúsus sum; * & dispérsa sunt ómnia ossa mea.

Factum est cor meum tanquam cera liquéscens * in médio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faúcibus meis: * & in púlverem mortis deduxísti me.

Quóniam circumdedérunt me canes multi: * concílium malignántium obsédit me.

Fodérunt manus meas & pedes meos; * dinumeravérunt ómnia ossa mea.

Ipsi verò consideravérunt & inspexérunt me: * divisérunt sibi vestiménta mea, & super vestem meam misérunt sortem.

Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxílium tuum à me; * ad defensiónem meam cónspice.

Erue à frámea, Deus, ánimam meam, * & de manu canis únicam meam.

Salva me ex ore leónis, * & à córnibus unicórnium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis; * in médio ecclésiæ laudábo te.

Divisio PSALMI 21.

QUi timétis Dóminum, laudáte eum; * univérsum semen Jacob, glorificáte eum.

Tímeat eum omne semen Israël; * quóniam non sprevit, neque despéxit deprecatiónem paúperis:

Nec avértit fáciem suam à me; * & cùm clamárem ad eum, exaudívit me.

Apud te laus mea in ecclésia magna: * vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.

Edent paúperes, & saturabúntur: & laudábunt Dóminum qui requírunt eum: * vivent corda eórum in séculum séculi.

Reminiscéntur & converténtur ad Dóminum * univérsi fines terræ.

Et adorábunt in conspéctu ejus * univérsæ famíliæ géntium.

Quóniam Dómini est regnum, * & ipse dominábitur géntium.

Manducavérunt, & adoravérunt omnes pingues terræ: * in conspéctu ejus cadent omnes qui descéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet; * & semen meum sérviet ipsi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventúra: * & an-

nuntiábunt cœli justítiam ejus pópulo qui nascétur, quem fecit Dóminus.

PSALMUS 22.

Deus Pastor; ovibus nil ab ipsa morte timendum.

DOminus regit me, & nihil mihi déerit; * in loco páscuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me; * ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justítiæ, * propter nomen suum.

Nam, & si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala, * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus, * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsus eos qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quàm præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Ant. Dómine, ne elongáveris auxílium tuum à me; ad defensiónem meam cónspice. *Ps.* 21. 20.

Capitulum, ℟. breve, & Preces quando dicuntur, habentur infrà ad calcem Psalterii.

AD TERTIAM.

Pater noster. Ave, María.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus, Nunc sancte, *infrà ad calcem Psalterii.*

Ant. 8. G. Delícta.

PSALMUS 23.

Deus omnium rex, justorum felicitas & magnificus triumphator.

DOmini est terra, & plenitúdo ejus; * orbis terrárum, & univérsi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum, * & super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus, & mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem à Dómino, * & misericórdiam à Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas, príncipes, vestras; & elevámini, portæ æternáles; * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis & potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes, vestras; & elevámini, portæ æternáles; * & introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? *

Dóminus virtútum ipſe eſt Rex glóriæ.

PSALMUS 24.

Orátio petentis à Deo veritatis lucem, peccatorum remiſſionem & animæ ſalutem.

AD te, Dómine, levávi ánimam meam: * Deus meus, in te confido, non erubéſcam.

Neque irrídeant me inimíci mei: * étenim univérſi qui ſúſtinent te, non confundéntur.

Confundántur omnes iníqua agéntes * ſupervácuè.

Vias tuas, Dómine, demónſtra mihi; * & ſémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, & doce me; * quia tu es Deus ſalvátor meus, & te ſuſtínui totâ die.

Reminíſcere miſeratiónum tuárum, Dómine, * & miſericordiárum tuárum, quæ à ſéculo ſunt.

Delícta juventútis meæ, * & ignorántias meas ne memíneris.

Secúndùm miſericórdiam tuam meménto meî tu, * propter bonitátem tuam, Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus: * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Díriget manſuétos in judício: * docébit mites vias ſuas.

Univérſæ viæ Dómini, miſericórdia & véritas, * requiréntibus teſtaméntum ejus & teſtimónia ejus.

Propter nomen tuum, Dómine, propitiáberis peccáto meo: * multum eſt enim.

Diviſio PSALMI 24.

QUis eſt homo qui timet Dóminum? * legem ſtátuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur; * & ſemen ejus hereditábit terram.

Firmaméntum eſt Dóminus timéntibus eum; * & teſtaméntum ipsíus, ut manifeſtétur illis.

Oculi mei ſemper ad Dóminum; * quóniam ipſe evéllet de láqueo pedes meos.

Réſpice in me, & miſerére meî; * quia únicus & pauper ſum ego.

Tribulatiónes cordis meî multiplicátæ ſunt: * de neceſſitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meam, & labórem meum; * & dimítte univérſa delícta mea.

Réſpice inimícos meos, quóniam multiplicáti ſunt; * & ódio iníquo odérunt me.

Cuſtódi ánimam meam, & érue me: * non erubéſcam, quóniam ſperávi in te.

Innocéntes & recti adhæſérunt mihi, * quia ſuſtínui te.

Líbera, Deus, Iſraël * ex ómnibus tribulatiónibus ſuis.

Ant. Delícta juventútis meæ, & ignorántias meas ne memíneris. *v.* 7.

Capitulum, ℟. breve, & Preces quando dicuntur, ut infrà ad calcem Pſalterii.

SEXTAM.

r noster. Ave, María.
)eus, in adjutórium.
ınus, Rector potens,
ıd calcem Psalterii.
1. â. Dóminus.

;ALMUS 25.

ım societatem & cul-
Dei sapiens eligit &
'rum vitat consortia.

:ca me, Dómine, quó-
m ego in innocéntia
a ingréssus sum; * &
nino sperans non in-
ɔr.
ıa me, Dómine, &
ıe: * ure renes meos,
neum.
niam misericórdia
e óculos meos est; *
plácui in veritáte tua.
sedi cum concílio
is; * & cum iníqua
bus non introíbo.
ri ecclésiam mali-
ım; * & cum ímpiis
ɟébo.
ıbo inter innocéntes
meas; * & circúmda-
áre tuum, Dómine,
ıúdiam vocem lau-
& enárrem univérsa
lia tua.
ıine, diléxi decórem
tuæ, * & locum ha-
nis glóriæ tuæ.
perdas cum ímpiis,
ánimam meam; *
ı viris sánguinum vi-
ıeam,
ıuorum mánibus ini-
:s sunt; * déxtera eó-
:pléta est munéribus.

Ego autem in innocéntia mea ingréssus sum: * rédime me, & miserére meî.

Pes meus stetit in diré-cto: * in ecclésiis benedícam te, Dómine.

PSALMUS 26.

Animæ fiducia, protegente Deo; & ejus, hoste premente, gemitus & vota.

DOminus illuminátio mea, & salus mea: * quem timébo?

Dóminus protéctor vitæ meæ: * à quo trepidábo?

Dum apprópiant super me nocéntes, * ut edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei, * ipsi infirmáti sunt, & cecidérunt.

Si consístant advérsùm me castra, * non timébit cor meum.

Si exúrgat advérsùm me prælium, * in hoc ego sperábo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ:

Ut vídeam voluptátem Dómini, * & vísitem templum ejus.

Quóniam abscóndit me in tabernáculo suo: * in die malórum protéxit me in abscóndito tabernáculi sui.

In petra exaltávit me: * & nunc exaltávit caput meũ super inimícos meos.

Circuívi, & immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis: * cantábo.

& psalmum dicam Dómino.

Divisio Psalmi 26.

Exaúdi, Dómine, vocem meam, quâ clamávi ad te : * miserére meî, & exaúdi me.

Tibi dixit cor meum, Exquisívit te fácies mea : * fáciem tuam, Dómine, requíram.

Ne avértas fáciem tuam à me ; * ne declínes in ira à servo tuo.

Adjútor meus esto, ne derelínquas me ; * neque despícias me, Deus salutáris meus.

Quóniam pater meus & mater mea dereliquérunt me ; * Dóminus autem assúmpsit me.

Legem pone mihi, Dómine, in via tua ; * & dírige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me : * quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, & mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra viventium.

Expécta Dóminum, viríliter age, & confortétur cor tuum, * & sústine Dóminum.

Ant. Dóminus illuminátio mea, & salus mea : quem timébo ? *v.* 1.

Capitulum, ℟. *breve*, & *Preces quando dicuntur*, *infrà ad calcem Psalterii.*

AD NONAM.

Pater noster. Ave, María.
℣. Deus, in adjutórium.
Hymnus, Rerum Deus, *infrà ad calcem Psalterii.*

Ant. 1. f. Dómine, Deus meus.

Psalmus. 27.

Urgente malo, Deum invocat anima protectorem & ducem.

Ad te, Dómine, clamábo ; Deus meus, ne síleas à me ; * nequando táceas à me, & assimilábor descendéntibus in lacum.

Exaúdi, Dómine, vocem deprecatiónis meæ, dum oro ad te ; * dum extóllo manus meas ad templum sanctum tuum.

Ne simul trahas me cum peccatóribus ; * & cum operántibus iniquitátem ne perdas me.

Qui loquúntur pacem cum próximo suo, * mala autem in córdibus eórum.

Da illis secúndùm ópera eórum, * & secúndùm nequítiam adinventiónum ipsórum.

Secúndùm ópera mánuum eórum tribue illis, * redde retributiónem eórum ipsis.

Quóniam non intellexérunt ópera Dñi, & in ópera mánuum ejus, * déstrues illos, & non ædificábis eos.

Benedíctus Dóminus ; * quóniam exaudívit vocem deprecatiónis meæ.

Dóminus adjútor meus, & protéctor meus : * in ipso sperávit cor meum, & adjútus sum.

Et reflóruit caro mea ; * & ex voluntáte mea confitébor ei.

Dóminus fortitúdo plebis suæ ; * & protéctor salvatiónum christi sui est.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, & bénedic hereditáti tuæ ; * & rege eos, & extolle illos usque in ætérnum.

PSALMUS 28.

Ad sacrificium & adorationem potentis Dei, filii ejus invitantur.

AFférte Dómino, filii Dei ; * afférte Dómino filios aríetum.

Afférte Dómino glóriam & honórem, afférte Dómino glóriam nómini ejus ; * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas, Deus majestátis intónuit ; * Dñus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte ; * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros ; * & confringet Dóminus cedros Líbani.

Et comminuet eas tanquam vítulum Líbani : * & diléctus quemádmodum filius unicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis : vox Dómini concutiéntis desértũ ; * & commovébit Dóminus desértum Cades.

Vox Dómini præparántis cervos, & revelábit condénsa ; * & in templo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit ; * & sedébit Dóminus rex in ætérnum.

Dóminus virtútem pópulo suo dabit ; * Dóminus benedícet pópulo suo in pace.

PSALMUS 29.

Partam sibi salutem autori Deo gratulatur anima.

EXaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me ; * nec delectásti inimícos meos super me.

Dómine Deus meus, clamávi ad te ; * & sanásti me.

Dómine, eduxísti ab inférno ánimam meam : * salvásti me à descendéntibus in lacum.

Psállite Dómino, sancti ejus ; * & confitémini memóriæ sanctitátis ejus.

Quóniam ira in indignatióne ejus ; * & vita in voluntáte ejus.

Ad vésperum demorábitur fletus, * & ad matutínum lætítia.

Ego autem dixi in abundántia mea ; * Non movébor in ætérnum.

Dómine, in voluntáte tua * præstitísti decóri meo virtútem.

Avertísti fáciem tuam à me, * & factus sum conturbátus.

Ad te, Dómine, clamábo ; * & ad Deum meum deprecábor.

Quæ utílitas in sánguine meo, * dum descéndo in corruptiónem?

Numquid confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit veritátem tuam?

Audívit Dóminus, & misértus est meî; * Dóminus factus est adjútor meus.

Convertísti planctum meũ in gaúdium mihi; * conscidísti saccum meum, & circumdedísti me lætítiâ,

Ut cantet tibi glória mea, & non compúngar: * Dómine Deus meus, in ætérnum confitébor tibi.

Ant. Dómine Deus meus; clamávi ad te, & sanásti me. *Ps.* 29. 2.

Capitulum, ℟. breve, & Preces quando dicuntur, infrà ad calcem Psalterii.

AD VESPERAS.

Pater noster. Ave, María.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 1. D. Custódiens.

PSALMUS 114.

Orantem humilem Deus liberat à morte.

DIlexi, quóniam exaúdiet Dóminus * vocem orationis meæ;

Quia inclinávit aurem suam mihi, * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni, * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine, libera ánimam meam; * misérico[rs] Dóminus, & justus, & Deu[s] noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus, * humiliátus sum & liberávit me.

Convértere, ánima mea in réquiem tuam, * qui Dóminus benefécit tibi;

Quia erípuit ánimam me[am] de morte, * óculos meos [a] lácrymis, pedes meos à lapsu

Placébo Dómino * in re[]gióne vivórum.

Ant. Custódiens párvulo[s] Dóminus, humiliátus sum & liberávit me.

Ant. 7. a. Dirupísti.

PSALMUS 115.

Sospitatori Deo vota ani[]mæ liberatæ.

CRédidi, propter quo[d] locútus sum; * ego au[]tem humiliátus sum nimis

Ego dixi in excéssu meo: Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómino pro ómnibus quæ retríbu[it] mihi?

Cálicem salutáris acci[]piam, * & nomen Dómi[ni] invocábo.

Vota mea Dómino red[]dam coram omni pópul[o] ejus: * pretiósa in conspéct[u] Dñi mors Sanctórum ejus.

O Dómine, quia ego ser[]vus tuus, * ego servus tuus & filius ancíllæ tuæ,

Dirupísti víncula mea, tibi sacrificábo hóstiam lau[]dis, & nomen Dómini in[]vocábo.

Vota mea Dómino red[]dam

lam in conspéctu omnis pópuli ejus, * in átriis domûs Dómini, in médio tuî, Jerúsalem.

Ant. Dirupísti víncula mea, tibi sacrificábo hóstiam laudis. *v.* 7.

Ant. 3. c. Véritas.

PSALMUS 116.

Deus in omnes misericors, Deum laudent omnes.

LAudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli;

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus,* & véritas Dómini manet in ætérnum.

Ant. Véritas Dómini manet in ætérnum. *v.* 2.

Ant. 8. G. Ad Dóminum.

PSALMUS 119.

Justus solatium à Deo petit adversùs obtrectatores: luget præsentis vitæ miserias.

AD Dóminum, cùm tribulárer, clamávi; * & exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam meam à lábiis iníquis, * & à lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est! habitávi cum habitántibus Cedar; * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus; * cùm loquébar illis, impugnábant me gratìs.

Ant. Ad Dóminum, cùm tribulárer, clamávi; & exaudívit me. *v.* 1.

Ant. 2. D. Auxílium.

PSALMUS 120.

E cœlo salus; inde vigil Deus suos die nocteque protegit.

LEvávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dño, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum, * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet * qui custódit Israël.

Dóminus custódit te; Dóminus protéctio tua * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te,* neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo; * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat introitum tuum, & éxitum tuum * ex hoc nunc & usque in séculum.

Ant. Auxílium meum à Dómino. *v.* 2.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 5. 8. 9.

SObrii estóte, & vigiláte; quia adversárius vester diábolus tanquam leo rúgiens círcuit, quærens quem dévoret; cui resístite fortes in fide.

HYMNUS. *Besnault.*

ILLUMINET seu sol diem,
Seu nox tenébras íngerat,
Nostris, Deus, te cánticis
Laudáre non cessábimus.

VERBO jubes, & prótinus
Quod nil fuit, fit ómnia:
Cœlum supérnè ténditur,
Ináne terram sústinet.

UTRINQUE cólligis suo
Moles aquárum límite;
Et péndulis has núbibus,
Et cóntines illas mari.

SIC tu, fidélis pérsequi,
Imples opus quod cœperas:
Hinc éxcitas nos à tuis
Cessáre nunquam láudibus.

DEO Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Tibíque, sancte-Spíritus,
In sempitérna sécula. Amen.

℣. In Deo laudábimur totâ die, ℟. Et in nómine tuo confitébimur in séculum. *Ps.* 43. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. * Magníficat ánima mea Dóminum. *Luc.* 1. 46.

Preces, si dicendæ sint, & Suffragia, habentur infrà ad calcem Psalterii.

Oratio, quando non assignatur propria, dicitur de Dominica præcedenti.

FERIA TERTIA.

AD OFFICIUM NOCT.

Invitatorium, In psalmis * Jubilémus Dño. *Ps.* 94. 2.

Psalmus, Veníte. 2.

HYMNUS. *Besnault.*

CANDOR patérni lúminis,
Lux, Christe, lucis & dies,
Noctúrna per siléntia
Nostris adésto cántibus.

NUSQUAM sopor nos óbruat;
Aufer benígno lúmine
Quam méntibus calíginem
Spargunt malígni spíritus.

DA puriores júgiter
Tollámus ad cœlum manus;
Ut, quas tibi persólvimus,
Placátus admíttas preces.

DEO Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Tibíque, sancte-Spíritus,
In sempitérna sécula. Amen.

PRO I. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Deus meus es tu.

PSALMUS 30.

Christus moriens Patrem invocat, ipsi animam suam commendat, & certus auxilii suos in adversis ad spem hortatur.

IN te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: * in justítia tua líbera me.

Inclína ad me aurem tuam, * accélera ut éruas me.

Esto mihi in Deum protectórem, & in domum refúgii, * ut salvum me fácias,

Quóniam fortitúdo mea, & refúgium meum es tu; * & propter nomen tuum dedúces me, & enútries me.

Edúces me de láqueo hoc, quem abscondérunt mihi; * quóniã tu es protéctor meus.

In manus tuas comméndo spíritum meum; * redemísti me, Dómine Deus veritátis,

Odísti observántes vanitátes * supervácuè.

Ego autem in Dómino sperávi : * exultábo, & lætábor in misericórdia tua ;

Quóniam respexísti humilitátem meam ; * salvásti de necessitátibus ánimam meam ;

Nec conclusísti me in mánibus inimíci ; * statuísti in loco spatióso pedes meos.

Miserére meî, Dómine, quóniam tríbulor : * conturbátus est in ira óculus meus, ánima mea, & venter meus ;

Quóniam defécit in dolóre vita mea, * & anni mei in gemítibus.

Infirmáta est in paupertáte virtus mea, * & ossa mea conturbáta sunt.

Super omnes inimícos meos factus sum oppróbrium, & vicínis meis valde ; * & timor notis meis ;

Qui vidébant me, * foràs fugérunt à me :

Oblivióni datus sum tanquam mórtuus à corde ; * factus sum tanquam vas pérditum :

Quóniam audívi vituperatiónem multórum commorántium in circúitu, in eo dum convenírent simul advérsùm me ; * accípere ánimam meam consiliáti sunt.

Ego autem in te sperávi, Dómine ; * dixi, Deus meus es tu : in mánibus tuis sortes meæ ;

Eripe me de manu inimicórum meórum, * & à persequéntibus me.

Illústra fáciem tuam super servum tuum, * salvum me fac in misericórdia tua.

Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te : * erubéscant ímpii, & deducántur in inférnum.

Muta fiant lábia dolósa, * quæ loquúntur advérsùs justum iniquitátem in supérbia & in abusióne.

Divisio Psalmi 30.

Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, * quam abscondísti timéntibus te!

Perfecísti eis, qui sperant in te, * in conspéctu filiórum hóminum.

Abscóndes eos in abscóndito faciéi tuæ, * à conturbatióne hóminum.

Próteges eos in tabernáculo tuo, * à contradictióne linguárum.

Benedíctus Dóminus ; * quóniam mirificávit misericórdiam suam mihi in civitáte munita.

Ego autem dixi in excéssu mentis meæ : * Projéctus sum à fácie oculórum tuórũ.

Ideo exaudísti vocem oratiónis meæ, * dum clamárem ad te.

Dilígite Dóminum, omnes sancti ejus ; * quóniam veritátem requíret Dóminus, & retríbuet abundánter faciéntibus supérbiam.

Viriliter ágite, & confortétur cor vestrum, * omnes qui sperátis in Dómino.

PSALMUS 31.

Pia adhortatio, ut quisque à peccatis se abstrahat.

BEáti quorum remíssæ sunt iniquitátes, * & quorum tecta sunt peccáta.

Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec est in spíritu ejus dolus.

Quóniam tácui, inveteravérunt ossa mea, * dum clamárem totâ die.

Quóniam die ac nocte graváta est super me manus tua : * convérsus sum in ærúmna mea, dum configitur spina.

Delíctum meum cógnitum tibi feci, * & injustítiam meam non abscóndi.

Dixi, Confitébor advérsùm me injustítiam meam Dómino : * & tu remisisti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis sanctus, * in témpore opportúno.

Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum, * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum à tribulatióne, quæ circúmdedit me : * exultátio mea, érue me à circumdántibus me.

Intelléctum tibi dabo, & ínstruam te in via hac quâ gradiéris; * firmábo super te óculos meos.

Nolíte fieri sicut equus & mulus, * quibus non est intelléctus.

In camo & fræno max las eórum constrínge, * non appróximant ad te.

Multa flagélla peccat ris; * sperántem autem Dómino misericórdia c cúmdabit.

Lætámini in Dómino, exultáte, justi; * & gl riámini, omnes recti cc de.

Ant. Deus meus es tu in mánibus tuis sortes me *Ps.* 30. 15. 16.

PRO II. NOCTURNO

Ant. 3. *a.* Beáta gens

PSALMUS 32.

Creatori omnium, inspecto cordium, & suorum pr visori munifico Deo gr tes agit anima.

EXultáte, justi, in Dómino : * rectos dec collaudátio.

Confitémini Dómino cíthara : * in psaltério d cem chordárum psállite il

Cantáte ei cánticum n vum : * bene psállite ei vociferatióne;

Quia rectum est verbu Dómini; * & ómnia ópe ejus in fide.

Díligit misericórdiam judícium : * misericórd Dómini plena est terra.

Verbo Dómini cœli fi máti sunt, * & spíritu o ejus omnis virtus eórum.

Cóngregans sicut in ut aquas maris; * ponens thesaúris abyssos.

Tímeat Dóminum omr terra : * ab eo autem con

tur omnes inhabi-
rbem;
iiam ipse dixit, &
ıt; * ipse mandávit,
a sunt.
nus díssipat consília
ı; * réprobat autem
ónes populórum,
bat consília prínci-

ílium autem Dómini
ıum manet: * cogi-
cordis ejus in gene-
m & generatiónem.
ı gens, cujus est Dó-
)eus ejus; *pópulus,
légit in hereditátem

visio PSALMI 32.
cœlo respéxit Dómi-
; * vidit omnes fi-
minum.
ræparáto habitáculo
espéxit super omnes
itant terram.
finxit singillátim cor-
ım; * qui intélligit
ópera eórum.
salvátur rex per mul-
rtútem: * & gigas
vábitur in multitúdi-
ıtis suæ.
x equus ad salútem;*
ıdántia autem virtú-
non salvábitur.
óculi Dómini super
ıtes eum, * & in eis
rant super misericór-
:.
ruat à morte ánimas
, * & alat eos in fa-

ma nostra sústinet
ıum; * quóniam ad-
jútor & protéctor noster
est;

Quia in eo lætábitur cor nostrum, * & in nómine sancto ejus sperávimus.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, * quemádmodum sperávimus in te.

PSALMUS 33.

Deus suorum lumen & tutela: impiorum eversor.

BEnedícam Dóminum in omni témpore, * semper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea; * aúdiant mansuéti, & læténtur.

Magnificáte Dóminũ mecum, * & exaltémus nomen ejus in idípsum.

Exquisívi Dóminum, & exaudívit me; * & ex ómnibus tribulatiónibus meis erípuit me.

Accédite ad eum, & illuminámini; * & fácies vestræ non confundéntur.

Iste pauper clamávit, & Dóminus exaudívit eum, * & de ómnibus tribulatiónibus ejus salvávit eum.

Immíttet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum * & erípiet eos.

Gustáte, & vidéte quóniam suávis est Dóminus: * beátus vir qui sperat in eo.

Timéte Dóminum, omnes sancti ejus; * quóniam non est inópia timéntibus eum.

Dívites eguérunt & esuriérunt; * inquiréntes autem

Dóminum non minuéntur omni bono.

Veníte, filii, audíte me: * timórem Dómini docébo vos.

Quis est homo qui vult vitam, * díligit dies vidére bonos?

Próhibe linguam tuam à malo, * & lábia tua ne loquántur dolum.

Divérte à malo, & fac bonum: * inquíre pacem, & perséquere eam.

Oculi Dómini super justos; * & aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini super faciéntes mala, * ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt justi, & Dóminus exaudívit eos; * & ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos.

Juxta est Dóminus iis qui tribuláto sunt corde; * & húmiles spíritu salvábit.

Multæ tribulatiónes justórum, * & de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Custódit Dóminus ómnia ossa eórum; * unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum péssima: * & qui odérunt justum delínquent.

Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum; * & non delínquent omnes qui sperant in eo.

Ant. Beáta gens, cujus est Dóminus Deus ejus. *Ps.* 32. 12.

PRO III. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Lingua mea.

PSALMUS 34.

Oratio postulantis opem Dei adversùs hostium dolos & odia.

JUdica, Dómine, nocéntes me; * expúgna impugnántes me.

Apprehénde arma & scutum; * & exúrge in adjutórium mihi.

Effúnde frámeam, & conclúde advérsùs eos qui persequúntur mè: * dic ánimæ meæ, Salus tua ego sum.

Confundántur & revereántur * quæréntes ánimam meam.

Avertántur retrórsùm, & confundántur * cogitántes mihi mala.

Fiant tanquam pulvis ante fáciem venti; * & Angelus Dómini coárctans eos.

Fiat via illórum ténebræ, & lúbricum; * & Angelus Dómini pérsequens eos;

Quóniam gratìs abscondérunt mihi intéritum láquei sui; * supervácuè exprobravérunt ánimam meã.

Véniat illi láqueus quem ignórat; & cáptio quam abscóndit, apprehéndat eum; * & in láqueum cadat in ipsum.

Anima autem mea exultábit in Dómino, * & delectábitur super salutári suo.

Omnia ossa mea dicent: * Dómine, quis símilis tibi?

Erípiens ínopens de manu fortiórum ejus, * egénum

erem à diripiéntibus

isio Psalmi 34.

éntes testes iníqui, * : ignorábam interrome.

buébant mihi mala nis, * sterilitátem meæ.

autem, cùm mihi essent, * induébar

iliábam in jejúnio meam, * & orátio nu meo convertétur.

i próximum, & quam nostrum, sic comm: * quasi lugens & átus, sic humiliábar.

lvérsùm me lætáti k convenérunt: * ;áta sunt super me, & ignorávi.

áti sunt, nec com- ; tentavérunt me, avérunt me subsan- ; * frenduérunt suléntibus suis.

ne, quàndo respí- * restítue ánimam malignitáte eórum, us únicam meam.

tébor tibi in ecclésia * in pópulo gravi te.

supergaúdeant mihi ersántur mihi iníqui odérunt me grannuunt óculis.

iiam mihi quidem loquebántur; * & ndia terræ loquénos cogitábant.

latavérunt super me os suum: * dixérunt, Euge, euge, vidérunt óculi nóstri.

Vidísti, Dómine, ne síleas; * Dómine, ne discédas à me.

Exúrge, & inténde judício meo; * Deus meus, & Dóminus meus in causam meam.

Júdica me secúndùm justítiam tuam, Dómine Deus meus; * & non supergaúdeant mihi.

Non dicant in córdibus suis, Euge, euge, ánimæ nostræ: * nec dicant, Devorávimus eum.

Erubéscant & revereántur simul, * qui gratulántur malis meis.

Induántur confusióne & reveréntiâ, * qui magna loquúntur super me.

Exúltent & læténtur qui volunt justítiam meam; * & dicant semper: Magnificétur Dóminus, qui volunt pacem servi ejus.

Et lingua mea meditábitur justítiam tuam, * totâ die laudem tuam.

Psalmus 35.

Impiorum malitia: justitia Dei: justorum gloria.

Dixit injústus ut delínquat in semetípso: * non est timor Dei ante óculos ejus.

Quóniam dolósè egit in conspéctu ejus, * ut inveniátur iníquitas ejus ad ódium.

Verba oris ejus iníquitas

& dolus; * nóluit intellígere, ut bene ágeret.

Iniquitátem meditátus est in cubíli suo; ástitit omni viæ non bonæ, * malítiam autem non odívit.

Dómine, in cœlo misericórdia tua, * & véritas tua usque ad nubes.

Justítia tua sicut montes Dei: * judícia tua abyssus multa.

Hómines & juménta salvábis, Dómine: * quemádmodum multiplicásti misericórdiam tuam, Deus.

Fílii autem hóminum * in tégmine alárum tuárum sperábunt.

Inebriabúntur ab ubertáte domûs tuæ, * & torrénte voluptátis tuæ potábis eos.

Quóniam apud te est fons vitæ; * & in lúmine tuo vidébimus lumen.

Præténde misericórdiam tuam sciéntibus te, * & justítiam tuam his qui recto sunt corde.

Non véniat mihi pes supérbiæ; * & manus peccatóris non móveat me.

Ibi cecidérunt qui operántur iniquitátem; * expúlsi sunt, nec potuérunt stare.

Ant. Lingua mea meditábitur justítiam tuam, totâ die laudem tuam. *Ps.* 34. 28.

℣. Meditátus sum nocte cum corde meo, ℟. Et exercitábar, & scopébam spíritum meum. *Ps.* 76. 6.

℣. *Sacerdotalis*, Magnificáte Dóminum mecum, ℟. Et exaltémus nomen ejus in idípsum. *Ps.* 33. 4.

AD LAUDES.

Ant. 8. c. Delectáre in Dómino.

PSALMUS 36.

Bonorum & malorum quàm dispar status & exitus! hinc Propheta gravis adhortatio ad virtutem.

NOli æmulári in malignántibus, * neque zeláveris faciéntes iniquitátem.

Quóniam tanquam fœnum velóciter aréscent, * & quemádmodum ólera herbárum citò décident.

Spera in Dómino, & fac bonitátem; * & inhábita terram, & pascéris in divítiis ejus.

Delectáre in Dómino; * & dabit tibi petitiónes cordis tui.

Revéla Dómino viam tuam, & spera in eo; * & ipse fáciet.

Et edúcet quasi lumen justítiam tuam, & judícium tuum tanquam merídiem: * súbditus esto Dómino, & ora eum.

Noli æmulári in eo qui prosperátur in via sua; * in hómine faciénte injustítias.

Désine ab ira, & derelínque furórem; * noli æmulári, ut malignéris:

Quóniam qui malignántur, exterminabúntur; * sustinéntes autem Dómi-

rum, ipsi hereditábunt terram.

Et adhuc pusíllum, & non erit peccátor; * & quæres locum ejus, & non invénies.

Mansuéti autem hereditábunt terram; * & delectabúntur in multitúdine pacis.

Observábit peccátor justum, * & stridébit super eum déntibus suis.

Dóminus autem irridébit eum, * quóniam próspicit quòd véniet dies ejus.

Gládium evaginavérunt peccatóres, * intendérunt arcum suum,

Ut dejíciant paúperem & ínopem, * ut trucídent rectos corde.

Gládius eórum intret in corda ipsórum, * & arcus eórum confringátur.

Ant. Delectáre in Dómino, & dabit tibi petitiónes cordis tui. *v.* 4.

Ant. 8. G. Benedicéntes ei.

Divisio Psasmi 36.

MElius est módicum justo * super divítias peccatórum multas;

Quóniam bráchia peccatórum conteréntur; * confirmat autem justos Dóminus.

Novit Dóminus dies immaculatórum, * & hereditas eórum in ætérnum erit.

Non confundéntur in témpore malo, & in diébus famis saturabúntur; * quia peccatóres períbunt.

Inimíci verò Dómini, mox ut honorificáti fúerint & exaltáti, * deficiéntes quemádmodum fumus defícient.

Mutuábitur peccátor, & non solvet: * justus autem miserétur, & tríbuet.

Quia benedicéntes ei hereditábunt terram; * maledicéntes autem ei disperíbunt.

Apud Dóminum gressus hóminis dirigéntur; * & viam ejus volet.

Cùm cecíderit, non collidétur; * quia Dóminus suppónit manum suam.

Júnior fui, étenim sénui; * & non vidi justum derelíctum, nec semen ejus quærens panem.

Totâ die miserétur, & cómmodat; * & semen illíus in benedictióne erit.

Ant. Benedicéntes ei hereditábunt terram. *v.* 22.

Ant. 6. F. Os justi.

Altera divisio Psalmi 36.

DEclína à malo, & fac bonum; * & inhábita in séculum séculi.

Quia Dóminus amat judícium, & non derelínquet sanctos suos; * in ætérnum conservabúntur.

Injusti puniéntur; * & semen impiórum períbit:

Justi autem hereditábunt terram, * & inhabitábunt in séculum séculi super eam.

Os justi meditábitur sapiéntiam, * & lingua ejus loquétur judícium.

Lex Dei ejus in corde ipsíus; * & non supplantabúntur gressus ejus.

Consíderat peccátor juſtum, * & quærit mortificáre eum:

Dóminus autem non derelínquet eum in mánibus ejus; * nec damnábit eum, cùm judicábitur illi.

Expécta Dóminum, & custôdi viam ejus; & exaltábit te, ut hereditáte cápias terram: * cùm períerint peccatóres, vidébis.

Vidi ímpium ſuperexaltátum, * & elevátum ſicut cedros Líbani:

Et transívi, & ecce non erat; * & quæsívi eum, & non eſt invéntus locus ejus.

Cuſtódi innocéntiam, & vide æquitátem; * quóniam ſunt relíquiæ hómini pacífico.

Injúſti autem diſperíbunt ſimul: * relíquiæ impiórum interíbunt:

Salus autem juſtórum à Dómino, * & protéctor eórũ in témpore tribulatiónis.

Et adjuvábit eos Dóminus, & liberábit eos; & éruet eos à peccatóribus, & ſalvábit eos; * quia ſperavérunt in eo.

Ant. Os juſti meditábitur ſapiéntiam. *v.* 30.

Ant. 7. d. Pſalmos noſtros.

CANTICUM *Ezechiæ.*
Iſ. 38. 10. *ad* 20.

Juſti, inſtante morte, timor, preces & vota.

EGo dixi: In dimídio diérum meórum vadam ad portas ínferi: * quæsívi reſíduum annórum meórum.

Dixi: Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium; * non aſpíciam hóminem ultrà, & habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta eſt, * & convolúta eſt à me, quaſi tabernáculum paſtórũ.

Præcíſa eſt velut à texénte vita mea; dum adhuc ordírer, ſuccídit me: * de manè uſque ad véſperam fínies me.

Sperábam uſque ad manè; * quaſi leo ſic contrívit ómnia oſſa mea.

De manè uſque ad véſperam fínies me: * ſicut pullus hirúndinis ſic clamábo, meditábor ut colúmba.

Attenuáti ſunt óculi mei * ſuſpiciéntes in excélſum.

Dómine, vim pátior, reſpónde pro me: * quid dicam, aut quid reſpondébit mihi, cùm ipſe fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine, ſi ſic vívitur, & in tálibus vita ſpíritûs mei, corrípies me, & vivificábis me: * ecce in pace amaritúdo mea amaríſſima.

Tu autem eruíſti ánimam meam ut non períret; * projecíſti poſt tergum tuum ómnia peccáta mea:

Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudábit te; * non expectábunt, qui deſcéndunt in lacum, veritátem tuam.

Vivens, vivens ipſe confitébitur tibi, ſicut & ego hódie: * pater filiis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine, ſalvum me fac; * & pſalmos noſtros cantábimus cunctis diébus vitæ noſtræ in domo Dómini.

Ant. Pſalmos noſtros cantábimus cunctis diébus vitæ noſtræ in domo Dómini. ℣. 20.

[*In Feſtis loco ſuperioris Cantici, dicitur ſequens*

CANTICUM. *Eccli.* 36. 1. *ad* 16.

Vota Judæorum in hoſtes; Chriſtianorum in malè ſanas cupiditates.

MIſerére noſtrî, Deus ómnium, & réſpice nos; * & oſténde nobis lucem miſeratiónum tuárum:

Et immítte timórem tuum ſuper gentes quæ non exquiſiérunt te; * ut cognóſcant quia non eſt Deus, niſi tu, & enárrent magnália tua.

Alleva manum tuam ſuper gentes aliénas, * ut vídeant poténtiam tuam.

Sicut enim in conſpéctu eórum ſanctificátus es in nobis, * ſic in conſpéctu noſtro magnificáberis in eis;

Ut cognóſcant te, ſicut & nos cognóvimus: * quóniam non eſt Deus, præter te, Dómine.

Innova ſigna, & immúta mirabília: * gloríſica manum, & bráchium dextrum.

Excita furórem, & effúnde iram; * tolle adverſárium, & afflíge inimícum.

Feſtína tempus, & meménto finis; * ut enárrent mirabília tua.

In ira flammæ devorétur qui ſalvátur; * & qui péſſimant plebem tuam, invéniant perditiónem.

Cóntere caput príncipum inimicórum, * dicéntium: Non eſt álius præter nos.

Cóngrega omnes tribus Jacob, * ut cognóſcant quia non eſt Deus, niſi tu, & enárrent magnália tua;

Et hereditábis eos, * ſicut ab inítio.

Miſerére plebi tuæ, ſuper quam invocátum eſt nomen tuum; * & Iſraël, quem coæquáſti primogénito tuo.

Miſerére civitáti ſanctificatiónis tuæ Jeruſalem, * civitáti requiéi tuæ.

Reple Sion inenarrabílibus verbis tuis, * & glóriâ tuâ pópulum tuum.]

Ant. 4. *irreg.* A. Cantáte Dómino.

PSALMUS *Laudum* 149.

Laudatur Deus, qui exaltat manſuetos in ſalutem.

CAntáte Dómino cánticum novum; * laus ejus in ecclésia ſanctórum.

Lætétur Iſraël in eo qui fecit eum, * & filii Sion exúltent in rege ſuo.

Laudent nomen ejus in choro, * in tympano, & pſaltério pſallant ei;

Quia beneplácitum eſt Dómino in pópulo ſuo, *

& exaltábit mansuétos in salútem.

Exultábunt sancti in glória; * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum; * & gládii ancípites in mánibus eórum,

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus, * increpatiónes in pópulis;

Ad alligándos reges eórum in compédibus, * & nóbiles eórum in mánicis férreis,

Ut fáciant in eis judícium conscríptum: * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Ant. Cantáte Dómino cánticum novum; laus ejus in ecclésia sanctórum. *v.* 1.

CAPITULUM. 1. *Thess.* 5. 17. 18.

SIne intermissióne oráte. In ómnibus grátias ágite: hæc est enim volúntas Dei in Christo Jesu in ómnibus vobis.

HYMNUS.

O Tu diúrno lúmine
Qui próvehi diem jubes,
Jesu, refúlge désuper
Puris amóris ígnibus.

Te lux agátur árbitro,
Quæ te recúrrit aúspice:
Soli tibi fac vívere
Nos qui tui toti sumus.

Si quando curæ distrahunt,
Nusquam malis nos implicent:
Mens réspuat terréstria,
Supérna semper áppetat.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Filio,
Tibíque, sancte-Spíritus,
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. Manè astábo tibi, Dómine, ℟. Et vidébo; quóniam non Deus volens iniquitátem tu es. *Ps.* 5. 4.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. a. Visitávit, & fecit redemptiónem plebis suæ. *Luc.* 1. 68.

AD PRIMAM.

Ant. 8. G. Dómine.

PSALMUS 37.

Peccato miser gemit, petitque opem à Deo & misericordiam.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me;

Quóniam sagíttæ tuæ infixæ sunt mihi, * & confirmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea à fácie iræ tuæ; * non est pax óssibus meis à fácie peccatórum meórum;

Quóniam iniquitátes meæ supergréssæ sunt caput meum, * & sicut onus grave graváte sunt super me.

Putruérunt & corrúptæ sunt cicatríces meæ, * à fácie insipiéntiæ meæ.

Miser factus sum & curvátus sum usque in finem: * totâ die contristátus ingrediébar:

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusiónibus, * & non est sánitas in carne mea.

Afflíctus sum & humiliátus sum nimis; * rugiébam à gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum, * & gémitus meus à te non est abscónditus.

Cor meum conturbátum est, derelíquit me virtus mea; * & lumen oculórum meórum, & ipsum non est mecum.

Divisio PSALMI 37.

AMíci mei, & próximi mei * advérsum me appropinquavérunt & stetérunt;

Et qui juxta me erant, de longè steterúnt; * & vim faciébant qui quærébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti sunt vanitátes; * & dolos totâ die meditabántur.

Ego autem tanquam surdus non audiébam, * & sicut mutus non apériens os suum:

Et factus sum sicut homo non aúdiens, * & non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te, Dómine, sperávi, * tu exaúdies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi: Nequándo supergaúdeant mihi inimíci mei; * &, dum commovéntur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagélla parátus sum, * & dolor meus in conspéctu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo, * & cogitábo pro peccáto meo:

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti sunt super me, * & multiplicáti sunt qui odérunt me iníquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi; * quóniam sequébar bonitátem.

Ne derelínquas me, Dómine Deus meus, * ne discésseris à me.

Inténde in adjutórium meum, * Dómine Deus salútis meæ.

PSALMUS 38.

Mundi vanitas, vitæ brevitas, dolorum acerbitas: patitur anima silens, & gemens poscit auxilia.

DIxi: Custódiam vias meas, * ut non delínquam in lingua mea.

Pósui ori meo custódiam, * cùm consísteret peccátor advérsùm me.

Obmútui, & humiliátus sum, & sílui à bonis: * & dolor meus renovátus est.

Concáluit cor meum intrà me, * & in meditatióne mea exardéscet ignis.

Locûtus sum in lingua mea: * Notum fac mihi, Dómine, finem meum,

Et númerum diérum meórum, quis est, * ut sciam quid desit mihi.

Ecce mensurábiles posuísti dies meos: * & substántia mea tanquam nihilum ante te.

Verúmtamen univérsa vánitas, * omnis homo vivens.

Verúmtamen in imágine pertránsit homo; * sed & frustrà conturbátur.

Thesaurízat, * & ignórat cui congregábit ea,

Et nunc, quæ est expectátio mea? nonne Dóminus? * & substántia mea apud te est.

Ab ómnibus iniquitátibus meis érue me, * oppróbrium insipiénti dedísti me.

Obmútui, & non apérui os meum, * quóniam tu fecísti.

Amove à me plagas tuas; * à fortitúdine manus tuæ ego deféci.

In increpatiónibus propter iniquitátem corripuísti hóminem, & tabéscere fecísti sicut aráneam ánimã ejus: * verúmtamen vanè conturbátur omnis homo.

Exaúdi oratiónem meam, Dómine, & deprecatiónem meam: * aúribus pércipe lácrymas meas.

Ne síleas: quóniam ádvena ego sum apud te, & peregrínus, * sicut omnes patres mei.

Remítte mihi, ut refrígerer priúsquàm ábeam; * & ámpliùs non ero.

Ant. Dómine, ante te omne desidérium meum, & gémitus meus à te non est abscónditus. *Ps.* 37. 10.

AD TERTIAM.

Ant. 8. G. Dómine.

PSALMUS 39.

Christus se victimis antiquis substituit; novam legem promulgat & moriens sibi suisque poscit opem Dei.

EXpéctans expectávi Dóminum, * & inténdit mihi;

Et exaudívit preces meas: * & edúxit me de lacu misériæ, & de luto fæcis.

Et státuit super petram pedes meos; * & diréxit gressus meos.

Et immísit in os meum cánticum novum, * carmen Deo nostro.

Vidébunt multi, & timébunt, * & sperábunt in Dómino.

Beátus vir cujus est nomen Dómini spes ejus, * & non respéxit in vanitátes, & insánias falsas.

Multa fecísti tu, Dómine Deus meus, mirabília tua: * & cogitatiónibus tuis non est qui símilis sit tibi.

Annuntiávi & locútus sum: * multiplicáti sunt super númerum.

Sacrifícium & oblatiónem noluísti; * aures autem perfecísti mihi.

Holocaústum & pro peccáto non postulásti: * tunc dixi: Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me: ut fácerem voluntátem tuam; * Deus meus,

vólui, & legem tuam in médio cordis mei.

Divisio Psalmi 39.

ANnuntiávi justítiam tuã in ecclésia magna: * ecce lábia mea non prohibébo; Dómine, tu scisti.

Justítiam tuam non abscóndi in corde meo: * veritátem tuam, & salutáre tuum dixi.

Non abscóndi misericórdiam tuam, & veritátem tuam * à concílio multo.

Tu autem, Dómine, ne longè fácias miseratiónes tuas à me: * misericórdia tua & véritas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est númerus; * comprehendérunt me iniquitátes meæ, & non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ sunt super capíllos cápitis mei, * & cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me; * Dómine, ad adjuvándum me réspice.

Confundántur & revereántur simul qui quærunt ánimam meam, * ut aúferant eam.

Convertántur retrórsùm, & revereántur, * qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusiónem suam, * qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exúltent, & læténtur super te omnes quæréntes te; * & dicant semper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt salutáre tuum.

Ego autem mendícus sum, & pauper: * Dóminus solícitus est meî.

Adjútor meus, & protéctor meus tu es: * Deus meus, ne tardáveris.

Psalmus 40.

Laus eleemosynæ & liberatoris Dei.

BEátus qui intélligit super egénum & paúperem; * in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus consérvet eum, & vivíficet eum, & beátum fáciat eum in terra, * & non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris ejus; * univérsum stratum ejus versásti in infirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine, miserére meî; * sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi; * Quando moriétur, & períbit nomen ejus?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur: * cor ejus congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foràs, * & loquebátur in idípsum.

Advérsùm me susurrábant omnes inimíci mei, * advérsùm me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constituérunt advérsùm me: * Numquid qui dormit, non adjíciet ut resúrgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo ſperávi, * qui edébat panes meos, magnificávit ſuper me ſupplantatiónem.

Tu autem, Dómine, miſerére meî, & reſúſcita me; * & retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluíſti me: * quóniam non gaudébit inimícus meus ſuper me.

Me autem propter innocéntiam ſuſcepíſti, * & confirmáſti me in conſpéctu tuo in ætérnum.

Benedíctus Dóminus Deus Iſraël à ſéculo, & uſque in ſéculum. * Fiat, fiat.

Ant. Dómine, ne longè fácias miſeratiónes tuas à me. *Pſ.* 39. 12.

AD SEXTAM.

Ant. 4. *irreg.* A. Apud me orátio.

PSALMUS 41.

Solatium juſti, ſpes melioris vitæ.

QUemádmodum deſíderat cervus ad fontes aquárum, * ita deſíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte, * dum dícitur mihi quotídie: Ubi eſt Deus tuus?

Hæc recordátus ſum, & effúdi in me ánimam meâ: * quóniam tranſibo in locum tabernáculi admirábilis, uſque ad domum Dei,

In voce exultatiónis & confeſſiónis, * ſonûs epulántis.

Quare triſtis es, ánima mea, * & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi; * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Diviſio PSALMI 41.

AD meípſum ánima mea conturbáta eſt: * proptérea memor ero tuî de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyſſus abyſſum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélſa tua, & fluctus tui * ſuper me tranſiérunt.

In die mandávit Dóminus miſericórdiam ſuam, * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ; * dicam Deo: Suſcéptor meus es.

Quare oblítus es meî? * & quare contriſtátus incédo, dum affligit me inimícus?

Dum confringúntur oſſa mea, * exprobravérunt mihi qui tribulant me inimíci mei:

Dum dicunt mihi per ſingulos dies, * Ubi eſt Deus tuus?

Quare triſtis es, ánima mea, * & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi; * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

PSALMUS 42.

Invocatio divina veritatis : in eâ ſperandum : eâ duce ad altaria accedendum.

JUdica me, Deus, * & diſcérne cauſam meam de gente non ſancta.

Ab hómine iníquo & doloſo érue me, * quia tu es Deus fortitúdo mea :

Quare me repuliſti? & quare triſtis incédo, * dum affligit me inimícus?

Emitte lucem tuam & veritátem tuam : * ipſa me deduxérunt, & adduxérunt in montem ſanctum tuum, & in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei; * ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus : * quare triſtis es, ánima mea, * & quare contúrbas me?

Spera in Deo; quóniam adhuc confitébor illi; * ſalutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ant. Apud me orátio Deo vitæ meæ; dicam Deo : Suſcéptor meus es. *Pſ.* 41. 9. 10.

AD NONAM.

Ant. 3. g. In nómine tuo.

PSALMUS 43.

Anima preſſa malis, Dei auxilia antiqua recolit, nova poſtulat & urget.

DEus, aúribus noſtris audívimus, patres noſtri annuntiavérunt nobis opus, * quod operátus es in diébus eórum, & in diébus antíquis.

Manus tua gentes diſpérdidit; & plantáſti eos : * afflixíſti pópulos, & expulíſti eos.

Nec enim in gládio ſuo poſſedérunt terram, * & bráchium eórum non ſalvávit eos :

Sed déxtera tua, & bráchium tuum, & illuminátio vultûs tui; * quóniam complacuíſti in eis.

Tu es ipſe rex meus & Deus meus, * qui mandas ſalútes Jacob.

In te inimícos noſtros ventilábimus cornu, * & in nómine tuo ſpernémus inſurgéntes in nobis.

Non enim in arcu meo ſperábo; * & gládius meus non ſalvábit me :

Salváſti enim nos de affligéntibus nos, * & odiéntes nos confudíſti.

In Deo laudábimur totâ die, * & in nómine tuo confitébimur in ſéculum.

Diviſio PSALMI 43.

NUnc autem repulíſti, & confudíſti nos; * & non egrediéris Deus in virtútibus noſtris.

Avertíſti nos retrórsùm poſt inimícos noſtros; * & qui odérunt nos diripiébant ſibi.

Dedíſti nos tanquam oves eſcárum, * & in géntibus diſpersíſti nos.

Vendidíſti pópulum tuum ſine prétio, * & non fuit

multitúdo in commutatiónibus eórum.

Posuísti nos oppróbrium vicínis nostris; * subsannatiónem & derísum his qui sunt in circúitu nostro.

Posuísti nos in similitúdinem géntibus, * commotiónem cápitis in pópulis.

Totâ die verecúndia mea contra me est, * & confúsio faciéi meæ coopéruit me,

A voce exprobrántis & obloquéntis, * à fácie inimíci & persequéntis.

Hæc ómnia venérunt super nos, nec obliti sumus te, * & iniquè non égimus in testaménto tuo:

Et non recéssit retrò cor nostrum, * & declinásti sémitas nostras à via tua:

Quóniam humiliásti nos in loco afflictiónis, * & coopéruit nos umbra mortis.

Altera divisio PSALMI 43.

SI obliti sumus nomen Dei nostri, * & si expándimus manus nostras ad deum aliénum,

Nonne Deus requiret ista? * ipse enim novit abscóndita cordis.

Quóniam propter te mortificámur totâ die, * æstimáti sumus sicut oves occisiónis.

Exúrge, quare obdórmis, Dómine? * exúrge, & ne repéllas in finem.

Quare fáciem tuam avértis? * oblivísceris inópiæ nostræ, & tribulatiónis nostræ?

Quóniam humiliáta est in púlvere ánima nostra, * conglutinátus est in terra venter noster.

Exúrge, Dómine, ádjuva nos, * & rédime nos propter nomen tuum.

Ant. In nómine tuo spernémus insurgéntes in nobis. *Ps.* 43. 6.

AD VESPERAS.

Ant. 3. c. In domum.

PSALMUS 121.

Ecclesia petit à Deo gentis & templi prosperitatem.

LÆtátus sum in his quæ dicta sunt mihi; * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri * in átriis tuis, Jerúsalem;

Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idípsum:

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini, testimónium Israël, * ad confiténdum nómini Dómini:

Quia illic sedérunt sedes in judício, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem; * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua, * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, & próximos meos, * loquébar pacem de te.

pter domum Dómini
ɔstri, * quæsívi bona

. In domum Dómini
. v. 1.
. 7. a. Oculi nostri.
ALMUS 122.
salus : ad ipsum ani-
tribulata confugit.
te levávi óculos
ieos, * qui hábitas in

:, sicut óculi servó-
in mánibus dominó-
órum;
: óculi ancíllæ in má-
dóminæ suæ, * ita
iostri ad Dóminum
ɔostrum, donec mi-
r nostrî.
:rére nostrî, Dómi-
serére nostrî; * quia
ı repléti sumus des-
ıe;
t multùm repléta est
ɔostra; *oppróbrium
ıntibus, & despéctio
is.
Oculi nostri ad Dó-
Deum nostrum, do-
sereátur nostri. v. 3.
1. â. Adjutórium
n.
ALMUS 123.
beratori gratias agit
anima.
quia Dóminus erat
nobis, dicat nunc
* Nisi quia Dóminus
nobis,
ı exúrgerent hómines
, * fortè vivos de-
nt nos.
ıirascerétur furor eó-

rum in nos, * fórsitan aqua absorbuísset nos.

Torréntem pertransívit ánima nostra, * fórsitan pertransísset ánima nostra aquam intolerábilem.

Benedíctus Dóminus, * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

Anima nostra, sicut passer, erépta est * de láqueo venántium;

Láqueus contrítus est, * & nos liberáti sumus.

Adjutórium nostrum in nómine Dómini, * qui fecit cœlum & terram.

Ant. Adjutórium nostrum in nómine Dómini. v. 8.

Ant. 8. c. Bénefac.

PSALMUS 124.

Fidelium Deus ipse custos &
iniqui perituri.

QUi confídunt in Dómino, sicut mons Sion; * non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Jerúsalem.

Montes in circúitu ejus, * & Dóminus in circúitu pópuli sui ex hoc nunc & usque in sǽculum:

Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum super sortem justórum, * ut non exténdant justi ad iniquitátem manus suas.

Bénefac, Dómine, * bonis, & rectis corde.

Declinántes autem in obligatiónes addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem: * pax super Israël.

Ant. Bénefac, Dómine, bonis, & rectis corde. v. 4.

Ant. 6. F. Convérte.

PSALMUS 125.

Post labores, merces : post dolores, solatia.

IN converténdo Dóminus captivitátem Sion, * facti sumus sicut consoláti.

Tunc replétum est gaúdio os nostrum, * & lingua nostra exultatióne :

Tunc dicent inter gentes : * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobíscum ; * facti sumus lætántes.

Convérte, Dómine, captivitátem nostram, * sicut torrens in austro.

Qui séminant in lácrymis, * in exultatióne metent.

Eúntes ibant, & flebant, * mitténtes sémina sua ;

Veniéntes autem vénient cum exultatióne, * portántes manípulos suos.

Ant. Convérte, Dómine, captivitátem nostram. v. 5.

CAPITULUM. 2 *Petr.* 1. 10.

SAtágite, ut per bona ópera certam vestram vocatiónem, & electiónem faciátis : hæc enim faciéntes, non peccábitis aliquándo.

HYMNUS. *Besnault.*

DEus, jubes : ab árida
Aquæ recédunt ; nec mora,
Unum ferúntur in locum,
Et nomen impónis mari.

SUIS decóra flóribus
Appáruit tellus ferax ;
Et quas opes condit sinu,
Fecúnda mater prótulit.

MENS ecce ceu tellus iners,
Mendáxque fundus, áruit ;
Infúnde rorem grátiæ,
Et úberes fructus dabit.

DEO Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Tibíque, sancte-Spíritus,
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. Vésperè, & manè, & merídie narrabo, & annuntiábo ; ℟. Et exaúdiet Dóminus vocem meam. *Ps.* 54. 18.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. a. Exultávit spíritus meus in Deo salutári meo. *Luc.* 1. 47.

FERIA QUARTA.

AD OFFICIUM NOCT.

Invitatorium, Deus magnus Dóminus : * Veníte, adorémus. *Ps.* 94. 6.

Psalmus, Venite, 2.

HYMNUS.

QUAM grande nobis, ô Deus,
Cœlo volúmen éxplicas!
Quàm te disértis úndique
Cœlum canit concéntibus!

QUOT astra nobis éxhibet,
Tot óribus te prædicat :
Cœlo magístro nos quoque
Te júgiter laudábimus.

DUM rúmpimus noctis moras,
Tibíque, Christe, psállimus ;
Ne quid canámus díssonum,
Tu quod sit aptum súggere.

ſancta turbet ótia
núltus ſéculi ;
us nobis labor
cáro laúdibus.
Patri ſit glória ,
ſoli Fílio ,
, ſancte-Spíritus,
›itérna ſécula.
Amen.

I. NOCTURNO.

6. F. Pópuli.

ALMUS 44.

nuptiale : Chriſti Eccleſia dotes.

ctávit cor meum ver-
m bonum: *dico ego
era mea Regi.
ua mea cálamus
* velóciter ſcribén-

óſus formâ præ filiis
um , diffúſa eſt grátia
s tuis : * proptérea
it te Deus in ætér-

ngere gládio tuo ſu-
ıur tuum , * Poten-
,
: tuâ , & pulcritúdine
ıténde , próſperè pro-

gna propter veritá-
: manſuetúdinem , &
m ; * & dedúcet te
liter déxtera tua.
ttæ tuæ acútæ ,*pópu-
te cadent , in corda
›rum regis.
s tua , Deus , in ſécu-
uli : * virga directió-
rga regni tui.
íſti juſtítiam , & odí-
uitátem : * proptérea

unxit te , Deus , Deus tuus óleo lætítiæ præ conſórtibus tuis.

Myrrha , & gutta , & cáſia à veſtiméntis tuis , à dómibus ebúrneis : * ex quibus delectavérunt te filiæ regum in honóre tuo.

Aſtitit regína à dextris tuis in veſtítu deauráto , * circúmdata varietáte.

Audi , filia , & vide , & inclína aurem tuam ; * & oblivíſcere pópulum tuum , & domum patris tui :

Et concupíſcet rex decórem tuum ; * quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus , & adorábunt eum.

Et filiæ Tyri in munéribus : * vultum tuum deprecabúntur omnes divites plebis.

Omnis glória ejus filiæ regis ab intus ; * in fimbriis aúreis circumamícta varietátibus.

Adducéntur regi vírgines poſt eam : * próximæ ejus afferéntur tibi ;

Afferéntur in lætítia & exultatióne , * adducéntur in templum regis.

Pro pátribus tuis nati ſunt tibi filii : * conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne & generatiónem.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum , * & in ſéculum ſéculi.

PSALMUS 45.

[illegible]

DEus noster refugium & virtus : * adjutor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus, dum turbábitur terra : * & transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt & turbátæ sunt aquæ eórum : * conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei : * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus; non commovébitur : * adjuvábit eam Deus manè dilúculo.

Conturbátæ sunt gentes, & inclináta sunt regna : * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum : * suscéptor noster Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia super terram : * aúferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confrínget arma, * & scuta combúret igni.

» Vacáte, & vidéte quó-
» niam ego sum Deus; *
» exaltábor in géntibus, &
» exaltábor in terra. »

Dóminus virtútum nobíscum : * suscéptor noster Deus Jacob.

PSALMUS 46.

Deus omnis terræ Dominus, ipsi plaudunt omnes gentes.

OMnes gentes, plaúdite mánibus; * jubiláte Deo in voce exultatiónis.

Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis; * Rex magnus super omnem terrã.

Subjécit pópulos nobis, * & gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hereditátem suam, * spéciem Jacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in júbilo, * & Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psállite : * psállite Regi nostro, psállite.

Quóniam rex omnis terræ Deus; * psállite sapiénter.

Regnábit Deus super gentes : * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham; * quóniam dii fortes terræ veheménter eleváti sunt.

Ant. Pópuli confitebúntur tibi in ætérnum, & in séculum séculi. *Ps.* 44. 18.

PRO II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Invoca me.

PSALMUS 47.

Felix urbs, quam Deus incolit & regit!

MAgnus Dóminus, & laudábilis nimis * in civitáte Dei nostri, in monte sancto ejus.

átur exultatióne uni-
:rræ mons Sion, láte-
lónis, *cívitas Regis

in dómibus ejus co-
ur, * cùm suscípiet

ñiam ecce reges terræ
;áti sunt, * conve-
in unum.
ridéntes sic admiráti
c conturbáti sunt,
ti sunt.
ıor apprehéndit
ibi dolóres ut pa-
s.
píritu veheménti *
s naves Tharsis.
audívimus, sic vídi-
civitáte Dómini vir-
in civitáte Dei no-
Deus fundávit eam
ıum.
pimus, Deus, mise-
m tuam * in médio
ui.
ıdùm nomen tuum,
ic & laus tua in fines
* justítiâ plena est
tua.
ur mons Sion, &
: filiæ Judæ *propter
tua, Dómine.
ımdate Sion, & com-
ini eam; * narráte in
; ejus.
e corda vestra in
ejus, & distribúite
ejus, * ut enarrétis
énie áltera;
ıiam hic est Deus,
ster in ætérnum, &
um séculi: * ipse re-
in sécula.

PSALMUS 48.

Nil opes contra mortem; sed virtus mortem vincit.

AUdíte hæc, omnes gentes, * áuribus percípite, omnes qui habitátis orbem,

Quique terrígenæ, & filii hóminum, * simul in unum dives & pauper.

Os meum loquétur sapiéntiam, * & meditátio cordis mei prudéntiam.

Inclinábo in parábolam aurem meam, * apériam in psaltério propositiónem meam.

Cur timébo in die mala? * iníquitas calcánei mei circúmdabit me.

Qui confídunt in virtúte sua, * & in multitúdine divitiárum suárum gloriántur.

Frater non rédimit, rédimet homo? * non dabit Deo placatiónem suam,

Et prétium redemptiónis ánimæ suæ: * & laborábit in ætérnum, & vivet adhuc in finem.

Non vidébit intéritum, cùm víderit sapiéntes moriéntes: * simul insípiens & stultus períbunt.

Et relínquent aliénis divítias suas, * & sepúlcra eórum domus illórum in ætérnum,

Tabernácula eórum in progénie & progénie: * vocavérunt nómina sua in terris suis.

Et homo, cùm in honóre esset, non intelléxit; * comparátus est juméntis insipién-

tibus, & símilis factus est illis.

Hæc via illórum scándalum ipsis: * & póstea in ore suo complacébunt.

Sicut oves in inférno pósiti sunt: * mors depáscet eos.

Et dominabúntur eórum justi in matutíno: * & auxílium eórum veteráscet in inférno à glória eórum.

Verúmtamen Deus rédimet ánimam meam de manu ínferi, * cùm accéperit me.

Ne timúeris, cùm dives factus fúerit homo, * & cùm multiplicáta fúerit glória domûs ejus.

Quóniam, cùm interíerit, non sumet ómnia, * neque descéndet cum eo glória ejus:

Quia ánima ejus in vita ipsíus benedicétur; * confitébitur tibi, cùm benefécerís ei.

Introíbit usque in progénies patrum suórum; * & usque in ætérnum non vidébit lumen.

Homo, cùm in honóre esset, non intelléxit: * comparátus est juméntis insipiéntibus, & símilis factus est illis.

PSALMUS 49.

Surgant sacerdotes ad judicium; væ qui Deum verbis celebrant & operibus contemnunt!

DEus deórum Dóminus locútus est, * & vocávit terram à solis ortu usque ad occásum.

Ex Sion spécies decóris ejus. * Deus maniféstè véniet: Deus noster, & non silébit.

Ignis in conspéctu ejus exardéscet, * & in circúitu ejus tempéstas válida.

Advocábit cœlum desúrsùm, & terram, * discérnere pópulum suum.

Congregáte illi sanctos ejus, * qui órdinant testaméntum ejus super sacrifícia.

Et annuntiábunt cœli justítiam ejus, * quóniam Deus judex est.

Audi, pópulus meus, & loquar; Israël, & testificábor tibi: * Deus Deus tuus ego sum.

Non in sacrifíciis tuis árguam te, * holocaústa autem tua in conspéctu meo sunt semper.

Non accípiam de domo tua vítulos, * neque de grégibus tuis hircos;

Quóniam meæ sunt omnes feræ silvárum, * juménta in móntibus, & boves.

Cognóvi ómnia volatília cœli; * & pulcritúdo agri mecum est.

Si esúriero, non dicam tibi; * meus est enim orbis terræ, & plenitúdo ejus.

Numquid manducábo carnes taurórum, * aut sánguinem hircórum potábo?

Immola Deo sacrifícium laudis, * & redde Altíssimo vota tua.

Et ínvoca me in die tribulatiónis: *

: : * éruam te, &
ibis me.
ri autem dixit
Quare tu enárras
neas, & assúmis
um meum per os

ò odísti disciplí-
: projecísti sermó-
etrórsum.
as furem, currébas
* & cum adúlteris
tuam ponébas.
n abundávit malí-
lingua tua concin-
os.
advérsùs fratrem
iebáris, & advér-
matris tuæ poné-
alum : * hæc fe-
icui.
ásti iníquè quòd
milis : * árguam
iam contra fáciem

ite hæc, qui obli-
Deum; * nequán-
:, & non sit qui

ium laudis honori-
: * & illìc iter, quo
illi salutáre Dei.
ivoca me in die tri-
s : éruam te, & ho-
is me. Ps. 49. 16.
. NOCTURNO.
. a. Os meum.
A L M U S 50.
pænitentis amara
, & supplex oratio.
ére meì, Deus, * se-
dùm magnam mi-
am tuam;
úndùm multitúdi-
s Æstiva.

nem miserationum tuárum * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea, * & à peccáto meo munda me:

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco, * & peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci, * ut justificéris in sermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta & occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, & mundábor: * lavábis me, & super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gaúdium & lætítiam; * & exultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus; * & spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua; * & Spíritum sanctum tuum ne aúferas à me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui; * & spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas; * & ímpii ad te convertentur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis

meæ; * & exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries; * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísses sacrificium, dedíssem útique; * holocaústis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus; * cor contrítum & humiliátum, Deus, non despícies.

Benígnè fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiæ, oblatiónes & holocaústa: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

P S A L M U S 51.

Frustrà confidunt in divitiis & linguâ maledici: destruet illos Dominus, & prævalebunt justi.

QUid gloriáris in malítia, * qui potens es in iniquitáte?

Totâ die injustítiam cogitávit lingua tua: * sicut novácula acúta fecísti dolum.

Dilexísti malítiam super benignitátem, * iniquitátem magis quàm loqui æquitátem.

Dilexísti ómnia verba præcipitatiónis, * lingua dolósa.

Proptérea Deus déstruet te in finem, * evéllet te, & emigrábit te de tabernáculo tuo, & radícem tuam de terra vivéntium.

Vidébunt justi, & timébunt; & super eum ridébunt, & dicent: * Ecce homo, qui non pósuit Deum adjutórem suum,

Sed sperávit in multitúdine divitiárum suárum; * & præváluit in vanitáte sua.

Ego autem sicut olíva fructífera in domo Dei: * sperávi in misericórdia Dei in ætérnum, & in séculum séculi.

Confitébor tibi in séculum, quia fecísti; * & expectábo nomen tuum, quóniam bonum est in conspéctu sanctórum tuórum.

P S A L M U S 52.

Deum esse negat impius: instat timor & ultor.

DIxit insípiens in corde suo: * Non est Deus.

Corrúpti sunt, & abominábiles facti sunt in iniquitátibus: * non est qui fáciat bonum.

Deus de cœlo prospéxit super fílios hóminum, * ut vídeat si est intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, simul inútiles facti sunt; * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Nonne scient omnes qui operántur iniquitátem, * qui dévorant plebem meam ut cibum panis?

Deum non invocavérũt: * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Deus dissipávit ossa eórum qui homínibus placent: * confúsi sunt,

quóniam Deus sprevit eos.

Quis dabit ex Sion salutáre Israël? * cùm convérterit Deus captivitátem plebis suæ, exultábit Jacob, & lætábitur Israël.

Ant. Os meum annuntiábit laudem tuam. *Ps.* 50. 17.

℣. In die clamávi & nocte coram te. ℟. Intret in conspéctu tuo orátio mea. *Ps.* 87. 1. 2.

℣. *Sacerdotalis*, Dóminus excélsus, terríbilis; ℟. Rex magnus super omnem terram. *Ps.* 46. 2.

AD LAUDES.

Ant. 6. F. Confitébor.

PSALMUS 53.

Orat justus & sperat adversùs hostes auxilium Dei.

DEus, in nómine tuo salvum me fac, * & in virtúte tua júdica me.

Deus, exaúdi oratiónem meam, * aúribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt advérsùm me, & fortes quæsiérunt ánimam meam, * & non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me, * & Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimícis meis, * & in veritáte tua dispérde illos.

Voluntáriè sacrificábo tibi; * & confitébor nómini tuo, Dómine, quóniam bonum est.

Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me; * & super inimícos meos despéxit óculus meus.

Ant. Confitébor nómini tuo, Dómine, quóniam bonum est. ℣. 8.

Ant. 1. *a.* Ad Deum clamávi.

PSALMUS 54.

Justus, premente timore, morte & amicis proditoribus, meliorem amicum Deum invocat & sperat.

EXaúdi, Deus, oratiónem meam, & ne despéxeris deprecatiónem meam: * inténde mihi, & exaúdi me.

Contristátus sum in exercitatióne mea, * & conturbátus sum à voce inimíci, & à tribulatióne peccatóris.

Quóniam declinavérunt in me iniquitátes; * & in ira moléсti erant mihi.

Cor meum conturbátum est in me, * & formído mortis cécidit super me.

Timor & tremor venérunt super me; * & contexérunt me ténebræ.

Et dixi: Quis dabit mihi pennas sicut colúmbæ? * & volábo, & requiéscam.

Ecce elongávi fúgiens, * & mansi in solitúdine.

Expectábam eum qui salvum me fecit à pusillanimitáte spíritûs, * & tempestáte.

Præcípita, Dómine, dívide linguas eórum; * quó-

niam vidi iniquitátem, & contradictiónem in civitáte.

Die ac nocte circúmdabit eam super muros ejus iníquitas; * & labor in médio ejus, & injustítia;

Et non defécit de platéis ejus * usúra, & dolus.

Quóniam si inimícus meus maledixísset mihi, * sustinuíssem útique;

Et si is qui óderat me, super me magna locútus fuísset, * abscondíssem me fórsitan ab eo.

Tu verò, homo unánimis, * dux meus, & notus meus.

Qui simul mecum dulces capiébas cibos; * in domo Dei ambulávimus cum consénsu.

Véniat mors super illos, * & descéndant in inférnum vivéntes:

Quóniam nequítiæ in habitáculis eórum, * in médio eórum.

Ego autem ad Deum clamávi; * & Dóminus salvábit me.

Ant. Ad Deum clamávi; & Dóminus salvábit me. *v.* 17.

Ant. 8. G. Jacta.

Divisio Psalmi 54.

Véspere, & manè, & merídie narrábo, & annuntiábo; * & exáudiet vocem meam.

Rédimet in pace ánimam meam ab his qui appropínquant mihi; * quóniam inter multos erant mecum.

Exáudiet Deus, & humiliábit illos, * qui est ante sécula.

Non enim est illis commutátio, & non timuérunt Deum: * exténdit manum suam in retribuéndo.

Contaminavérunt testaméntum ejus, divísi sunt ab ira vultûs ejus, * & appropinquávit cor illíus.

Mollíti sunt sermónes ejus super óleum, * & ipsi sunt jácula.

Jacta super Dóminum curam tuam, & ipse te enútriet: * non dabit in ætérnum fluctuatiónem justo.

Tu verò Deus dedúces eos * in púteum intéritûs.

Viri sánguinum, & dolósi non dimidiábunt dies suos: * ego autem sperábo in te, Dómine.

Ant. Jacta super Dóminum curam tuam, & ipse te enútriet. *v.* 23.

Ant. 8. G. Non est sanctus.

Canticum *Annæ*, 1. *Reg.* 2. 1. *ad* 10.

Vita & prosperitatis arbitro potenti & sancto Deo Canticum.

Exultávit cor meum in Dómino, * & exaltátum est cornu meum in Deo meo.

Dilatátum est os meum super inimícos meos; * quia lætáta sum in salutári tuo.

Non est sanctus, ut est Dóminus; neque enim est álius extra te; * & non est fortis sicut Deus noster.

Nolíte multiplicáre loqui sublímia, * gloriántes.

Recédant vétera de ore vestro; quia Deus sciéntiárum Dóminus est, * & ipsi præparántur cogitatiónes.

Arcus fórtium superátus est; * & infirmi accíncti sunt róbore.

Repléti priùs, pro pánibus se locavérunt; * & famélici saturáti sunt,

Donec stérilis péperit plúrimos; * & quæ multos habébat fílios, infirmáta est.

Dóminus mortíficat, & vivíficat, * dedúcit ad ínferos, & redúcit.

Dóminus paúperem facit, & ditat; * humíliat & súblevat.

Súscitat de púlvere egénum, * & de stércore élevat paúperem,

Ut sédeat cum princípibus, * & sóliũ glóriæ téneat.

Dómini enim sunt cárdines terræ, * & pósuit super eos orbem.

Pedes sanctórum suórum servábit, & ímpii in ténebris conticéscent; * quia non in fortitúdine sua roborábitur vir.

Dóminum formidábunt adversárii ejus, * & super ipsos in cœlis tonábit.

Dóminus judicábit fines terræ, * & dabit impérium regi suo, & sublimábit cornu christi sui.

Ant. Nón est sánctus, ut est Dóminus; neque enim est álius extra te. *v.* 3.

[*In Festis, loco superioris Cantici, dicitur sequens* CANTICUM. *Tob.* 13. 1. *ad* 10.

Adeptâ libertate cantat Ecclesia Deum salvantem: & hostibus, si resipiscant, spondet misericordem.

MAgnus es, Dómine, in ætérnum, * & in ómnia sǽcula regnum tuum:

Quóniam tu flagéllas, & salvas: dedúcis ad ínferos, & redúcis: * & non est qui effúgiat manum tuam.

Confitémini Dómino, fílii Israël, * & in conspéctu géntium laudáte eum:

Quóniam ídeo dispérsit vos inter gentes, quæ ignórant eum, * ut vos enarrétis mirabília ejus,

Et faciátis scire eos: * quia non est álius Deus omnípotens præter eum.

Ipse castigávit nos propter iniquitátes nostras: * & ipse salvábit nos propter misericórdiam suam.

Aspícite ergo quæ fecit nobíscum, & cum timóre & tremóre confitémini illi: * Regémque seculórum exaltáte in opéribus vestris.

Ego autem in terra captivitátis meæ confitébor illi; * quóniam osténdit majestátem suam in gentem peccatrícem.

Convertímini ítaque, peccatóres, & fácite justítiam coram Deo, * credéntes quòd fáciat vobíscum misericórdiam suam.

Ego autem, & ánima mea, * in eo lætábimur.

Benedícite Dóminum, omnes elécti ejus: * ágite dies lætítiæ, & confitémini illi.]

Ant. 7. a. Laudáte eum.

PSALMUS *Laudum* 150.

Laudandus omnimodè Deus.

LAudáte Dóminum in sanctis ejus; * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus; * laudáte eum secúndùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ; * laudáte eum in psaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro; * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus, laudáte eũ in cymbalis jubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Ant. Laudáte eum in virtútibus ejus. *v.* 2.

CAPITULUM. *Gal.* 6. 9. 10.

BOnum faciéntes, non deficiámus: témpore enim suo metémus non deficiéntes. Ergo dum tempus habémus, operémur bonum ad omnes, máximè autem ad doméſticos fidei.

HYMNUS. *Besnault.*

AURORA lucem próvehit,
Cedant tenébræ lúmini:
Lucis novæ dilúculum
Nos ad precándum cónvocat.

SUPREMA, Chriſte, cláritas,
Beáta spes mortálium,
Fac luce totâ córdibus
Se prodat alma véritas.

Te mens anhélans ámbiat,
Credens colat, sperans amet;
Et juncta cœli cœtibus,
Laudáre nunquam désinat.

DEO Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Tibíque, sancte-Spíritus,
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. Exultábo manè misericórdiam tuam; ℟. Quia factus es suscéptor meus. *Ps.* 58. 17. 19.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. a. Eréxit cornu salútis nobis, in domo David púeri sui. *Luc.* 1. 69.

AD PRIMAM.

Ant. 3. g. Clamábo.

PSALMUS 55.

Anima afflicta Deum amicum invocat, & despicit hominem hostem.

MIserére meî, Deus, quóniam conculcávit me homo: * totâ die impúgnans tribulávit me.

Conculcavérunt me inimíci mei totâ die; * quóniam multi bellántes advérsùm me.

Ab altitúdine diéi timébo: * ego verò in te sperabo.

In Deo laudábo sermónes meos, in Deo sperávi: *

mébo quid fáciat mihi

:â die verba mea exe-
ıtur ; * advérsùm me
; cogitatiónes eórum
lum.
abitábunt, & abscón-
* ipsi calcáneum meum
vábunt.
ıt sustinuérunt ánimam
:, pro níhilo salvos-fá-
los : * in ira pópulos
.nges.
ıs, vitam meam an-
ivi tibi ; * posuísti lá-
ıs meas in conspéctu
sicut & in promissióne

nc converténtur ini-
mei retrórsùm : * in
ımque die invocávero
:ce cognóvi quóniam
meus es.
)eo laudábo verbum,
mino laudábo sermó-
* in Deo sperávi, non
o quid fáciat mihi ho-

me sunt, Deus, vota
quæ reddam, * lauda-
; tibi.
ıóniam eripuísti áni-
meam de morte, &
meos de lapsu ; * ut
ım coram Deo in lú-
viv éntium.

P s a l m u s 56.

*s in extremis Altissi-
:m fidenter invocat.*

Isërére meî, Deus, mi-
serére meî ; * quó-
in te confídit ánima
;

Et in umbra alárum tuá-
rum sperábo * donec trán-
seat iníquitas.

Clamábo ad Deum altíssi-
mum, * Deum qui benefé-
cit mihi.

Misit de cœlo, & liberá-
vit me ; * dedit in oppró-
brium conculcántes me.

Misit Deus misericórdiam
suam, & veritátem suam, *
& erípuit ánimam meam de
médio catulórum leónum ;
dormívi conturbátus.

Fílii hóminum, dentes eó-
rum arma & sagíttæ ; * &
lingua eórum gládius acú-
tus.

Exaltáre super cœlos,
Deus ; * & in omnem ter-
ram glória tua.

Láqueum paravérunt pé-
dibus meis, * & incurvavé-
runt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem
meam fóveam, * & inci-
dérunt in eam.

Parátum cor meum, Deus,
parátum cor meum ; *
cantábo, & psalmum di-
cam.

Exúrge, glória mea,
exúrge, psaltérium & cíthа-
ra ; * exúrgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópu-
lis, Dómine, * & psalmum
dicam tibi in géntibus.

Quóniam magnificáta est
usque ad cœlos misericór-
dia tua, * & usque ad nubes
véritas tua.

Exaltáre super cœlos,
Deus ; * & super omnem
terram glória tua.

PSALMUS 57.

Gravis in malos objurgatio & prædictio instantis illorum miseriæ.

SI verè útique justítiam loquímini,* recta judicáte, filii hóminum.

Etenim in corde iniquitátes operámini in terra, * injustítias manus vestræ concínnant.

Alienáti sunt peccatóres à vulva, erravérunt ab útero; * locúti sunt falsa.

Furor illis secúndùm similitúdinem serpéntis; * sicut áspidis surdæ, & obturántis aures suas;

Quæ non exaúdiet vocem incantántium, * & venéfici incantántis sapiénter.

Deus cónteret dentes eórum in ore ipsórum; * molas leónum confrínget Dóminus.

Ad níhilum devénient tanquam aqua decúrrens: * inténdit arcum suum, donec infirméntur.

Sicut cera quæ fluit, auferéntur: * supercécidit ignis, & non vidérunt solem.

Priúsquàm intellígerent spinæ vestræ rhamnum, * sicut vivéntes, sic in ira absórbet eos.

Lætábitur justus, cùm víderit vindíctam; * manus uas lavábit in sánguine peccatóris.

Et dicet homo, Si útique est fructus justo, * útique est Deus júdicans eos in terra.

Ant. Clamábo ad Deum altíssimum, Deum qui benefécit mihi. *Ps.* 56. 3.

AD TERTIAM.

Ant. 8. G. Deus meus.

PSALMUS 58.

Orat justus hostibus, non mortem quæ destruit, sed ignominiam quæ instruit; sibi verò salutem & Deo gloriam.

ERipe me de inimícis meis, Deus meus, * & ab insurgéntibus in me líbera me.

Eripe me de operántibus iniquitátem, * & de viris sánguinum salva me.

Quia ecce cepérunt ánimam meam, * irruérunt in me fortes.

Neque iníquitas mea, neque peccátum meum, Dómine: * sine iniquitáte cucúrri, & diréxi.

Exúrge in occúrsum meũ, & vide: * & tu, Dómine Deus virtútum, Deus Israël,

Inténde ad visitándas omnes gentes; * non misereáris ómnibus qui operántur iniquitátem.

Converténtur ad véspe-ram, & famem patiéntur ut canes, * & circuíbunt civitátem.

Ecce loquéntur in ore suo, & gládius in lábiis eórum; * quóniam quis audívit?

Et tu, Dómine, deridébis eos: * ad níhilum dedúces omnes gentes.

Divisio Psalmi 58.

Fortitúdinem meam ad te custódiam, quia Deus suscéptor meus es: * Deus meus, misericórdia ejus prævéniet me.

Deus osténdet mihi super inimícos meos, ne occídas eos: * nequándo obliviscántur pópuli mei.

Dispérge illos in virtúte tua, * & depóne eos, protéctor meus, Dómine.

Delíctum oris eórum, sermónem labiórum ipsórum;* & comprehendántur in supérbia sua;

Et de execratióne & mendácio annuntiabúntur in consummatióne, * in ira consummatiónis, & non erunt.

Et scient, quia Deus dominábitur Jacob, * & fínium terræ.

Converténtur ad vésperam, & famem patiéntur ut canes, * & circuíbunt civitátem.

Ipsi dispergéntur ad manducándum; * si verò non fúerint saturáti, & murmurábunt.

Ego autem cantábo fortitúdinem tuam, * & exultábo manè misericórdiam tuam;

Quia factus es suscéptor meus & refúgium meum * in die tribulatiónis meæ.

Adjútor meus, tibi psallam, quia Deus suscéptor meus es, * Deus meus misericórdia mea.

Psalmus 59.

Ecclesia afflicta flebilis querimonia, & invocatio divini auxilii.

Deus, repulísti nos, & destruxísti nos: * irátus es, & misértus es nobis.

Commovísti terram, & conturbásti eam: * sana contritiónes ejus, quia commóta est.

Ostendísti pópulo tuo dura; * potásti nos vino compunctiónis.

Dedísti metuéntibus te significatiónem; * ut fúgiant à fácie arcûs,

Ut liberéntur dilécti tui: * salvum fac déxterâ tuâ, & exaúdi me.

Deus locútus est in sancto suo; * Lætábor & partíbor Síchimam, & convállem tabernaculórum metíbor.

Meus est Gálaad, & meus est Manásses, * & Ephraïm fortitúdo cápitis mei;

Juda rex meus, * Moab olla spei meæ.

In Idumæam exténdam calceaméntum meum, * mihi alienígenæ súbditi sunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me usque in Idumæam?

Nonne tu Deus qui repulísti nos; * & non egrediéris Deus in virtútibus nostris?

Da nobis auxílium de tribulatióne, * quia vana salus hóminis.

In Deo faciémus virtútem, * & ipse ad níhilum dedúcet tribulántes nos.

Ant. Deus meus, misericórdia ejus prævéniet me. *Ps.* 58. 11.

AD SEXTAM.

Ant. 3. *g.* Prótegar.

PSALMUS 60.

Justus ab inimicis liberatus: Christi regnum æternum.

EXaúdi, Deus, deprecatiónem meam: * inténde oratióni meæ.

A finibus terræ ad te clamávi, dum anxiarétur cor meum, * in petra exaltásti me.

Deduxísti me, quia factus es spes mea, * turris fortitúdinis à fácie inimíci.

Inhabitábo in tabernáculo tuo in sécula, * prótegar in velaménto alárum tuárum.

Quóniam tu, Deus meus, exaudísti oratiónem meam, * dedísti hereditátem timéntibus nomen tuum.

Dies super dies regis adjícies, * annos ejus usque in diem generatiónis & generatiónis.

Pérmanet in ætérnum in conspéctu Dei: * misericórdiam & veritátem ejus quis requíret?

Sic psalmum dicam nómini tuo in séculum séculi, * ut reddam vota mea de die in diem.

PSALMUS 61.

Tutus quem Deus protegit: impiis malitia & divitiæ; Deo misericordia & potestas.

NOnne Deo subjécta erit ánima mea? * ab ipso enim salutáre meum.

Nam & ipse Deus meus, & salutáris meus, suscéptor meus; * non movébor ámplius.

Quoúsque irrúitis in hóminem? * interfícitis univérsi vos, tanquam paríeti inclináto, & macériæ depúlsæ?

Verúmtamen prétium meũ cogitavérunt repéllere, cucúrri in siti: * ore suo benedicébant, & corde suo maledicébant.

Verúmtamen Deo subjécta esto, ánima mea; * quóniam ab ipso patiéntia mea.

Quia ipse Deus meus, & salvátor meus, * adjútor meus, non emigrábo.

In Deo salutáre meum, & glória mea; * Deus auxílii mei, & spes mea in Deo est.

Speráte in eo, omnis congregátio pópuli, effúndite coram illo corda vestra: * Deus adjútor noster in ætérnum.

Verúmtamen vani filii hóminum, mendáces filii hóminum in statéris, * ut decípiant ipsi de vanitáte in idípsum.

Nolíte speráre in iniqui-

tate, & rapínas nolíte concupíscere: * divítiæ si áffluant, nolíte cor appónere.

Semel locútus est Deus, duo hæc audívi; quia potéstas Dei est, & tibi, Dómine, misericórdia; * quia tu reddes unicuíque juxta ópera sua.

PSALMUS 63.

Oratio urgente calumnia: infirmabitur malitia, justus lætabitur, & exaltabitur veritas.

EXaúdi, Deus, oratiónem meam, cùm déprecor: * à timóre inimíci éripe ánimam meam.

Protexísti me à convéntu malignántium, * à multitúdine operántium iniquitátem.

Quia exacuérunt ut gládium linguas suas; * intendérunt arcum, rem amáram, ut sagíttent in occúltis immaculátum.

Súbitò sagittábunt eum, & non timébunt: * firmavérunt sibi sermónem nequam.

Narravérunt ut abscónderent láqueos: * dixérunt: Quis vidébit eos?

Scrutáti sunt iniquitátes; * defecérunt scrutántes scrutínio.

Accédet homo ad cor altum; * & exaltábitur Deus.

Sagíttæ parvulórum factæ sunt plagæ eórum; * & infirmátæ sunt contra eos linguæ eórum.

Conturbáti sunt omnes qui vidébant eos, * & timuit omnis homo.

Et annuntiavérunt ópera Dei, * & facta ejus intellexérunt.

Lætábitur justus in Dómino, & sperábit in eo: * & laudabúntur omnes recti corde.

Ant. Prótegar in velaménto alárum tuárum, Dómine. *Ps.* 60. 4.

AD NONAM.

Ant. 4. E. Omnis terra.

PSALMUS 64.

Suspirat ad patriam felicem exul anima.

TE decet hymnus, Deus, in Sion; * & tibi reddétur votum in Jerúsalem.

Exaúdi oratiónem meã; * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos; * & impietátibus nostris tu propitiáberis.

Beátus quem elegísti, & assumpsísti; * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domûs tuæ: * sanctum est templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exaúdi nos, Deus salutáris noster, * spes ómnium fínium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtúte tua, accínctus poténtiâ: * qui contúrbas pro-

fúndum maris, sonum flúctuum ejus.

Turbabúntur gentes, & timébunt qui hábitant términos à signis tuis: * éxitus matutíni & vésperæ delectábis.

Visitásti terram, & inebriásti eam; * multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis: * parásti cibum illórum, quóniam ita est præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus; * in stillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ; * & campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscent speciósa desérti, * & exultatióne colles accingéntur.

Indúti sunt aríetes óvium, & valles abundábunt fruménto: * clamábunt, étenim hymnum dicent.

PSALMUS 65.

Justus periculis ereptus celebrat servatorem Deum.

JUbiláte Deo, omnis terra, psalmum dícite nómini ejus, * date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo: Quam terribília sunt ópera tua, Dómine! * in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, & psallat tibi, * psalmum dicat nómini tuo.

Veníte, & vidéte ópera Dei: * terríbilis in consíliis super fílios hóminum.

Qui convértit mare in áridam; in flúmine pertransíbunt pede: * ibi lætábimur in ipso.

Qui dominátur in virtúte sua in ætérnum; óculi ejus super gentes respíciunt: * qui exásperant, non exaltęntur in semetípsis.

Benedícite, gentes, Deum nostrum, * & audítam fácite vocem laudis ejus;

Qui pósuit ánimam meam ad vitam, * & non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probásti nos, Deus; * igne nos examinásti, sicut examinátur argéntum.

Induxísti nos in láqueum, posuísti tribulatiónes in dorso nostro, * imposuísti hómines super cápita nostra.

Transívimus per ignem & aquam, * & eduxísti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocaústis; * reddam tibi vota mea, quæ distinxérunt labia mea:

Et locútum est os meum * in tribulatióne mea.

Holocaústa medulláta ófferam tibi cum incénso aríetum, * ófferam tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, & narrábo, omnes qui timétis Deum, * quanta fecit ánimæ meæ.

ſum ore meo clamá-
exaltávi ſub lingua

itátem ſi aſpéxi in
eo, * non exaúdiet
is.
rca exaudívit Deus,*
lit voci deprecatió-
.
íctus Deus, * qui
vit oratiónem meã,
ricórdiam ſuam à

ALMUS 66.
ima ut Deus ab om-
cognoſcatur & lau-

miſereátur noſtrî,
enedícat nobis : *
t vultum ſuum ſu-
, & miſereátur no-

gnoſcámus in terra
am, * in ómnibus
; ſalutáre tuum.
teántur tibi pópuli,
confiteántur tibi pó-
nes.
itur & exúltent gen-
uóniam júdicas pó-
æquitáte, & gentes
dírigis.
teántur tibi pópuli,
onfiteántur tibi pó-
ines : * terra dedit
ſuum.
ícat nos Deus, Deus
enedícat nos Deus:*
ant eum omnes fines

Omnis terra adó-
& pſallat tibi, pſal-
cat nómini tuo. *Pſ.*

AD VESPERAS.

Ant. 7. a. Niſi Dóminus.

PSALMUS 126.

Vani labores, quibus non favet Deus.

NIſi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, * fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſúrgere:* ſúrgite, poſtquàm ſedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cùm déderit dilectis ſuis ſomnum, * ecce heréditas Dómini, filii; merces, fructus ventris.

Sicut ſagíttæ in manu poténtis, * ita filii excuſſórum.

Beátus vir qui implévit deſidérium ſuum ex ipſis; * non confundétur, cum loquétur inimícis ſuis in porta.

Ant. Niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam. ℣. 2.

Ant. 2. D. Beáti omnes.

PSALMUS 127.

Cuncta proſpera timentibus Dominum.

BEáti omnes qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis, * beátus es, & benè tibi erit.

Uxor tua ſicut vitis abún-

dans, * in latéribus domûs tuæ.

Fílii tui sicut novéllæ olivárum, * in circúitu mensæ tuæ:

Ecce sic benedicétur homo * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion; * & vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiórum tuórum; * pacem super Israël.

Ant. Beáti omnes qui timent Dóminum. *v.* 1.

Ant. 8. c. Confundántur.

PSALMUS 128.

Christi, justorum & Ecclesiæ prælia: infortunia peccatorum.

SÆpè expugnavérunt me à juventúte mea, * dicat nunc Israël,

Sæpè expugnavérunt me à juventúte mea, * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabricavérunt peccatóres, * prolongavérunt iniquitátem suam.

Dóminus justus concídit cervíces peccatórum: * confundántur & convertántur retrórsùm omnes qui odérunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectórum, * quod, priúsquàm evellátur, exáruit;

De quo non implévit manum suam qui metit, * & sinum suum qui manípulos cólligit:

Et non dixérunt qui prætéribant: Benedíctio Dómini super vos, * benedíximu vobis in nómine Dómini.

Ant. Confundántur & convertántur retrórsùm om nes qui odérunt Sion. *v.* 5.

Ant. 2. *D.* Sperávit.

PSALMUS 129.

Oratio pœnitentis à De misericordiam implorantis & sperantis.

DE profúndis clamávi a te, Dómine; * Dómine, exáudi vocem meam

Fiant aures tuæ intendén tes * in vocem deprecatió nis meæ.

Si iniquitátes observáve ris, Dómine, * Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiáti est: * & propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus; * sperávit áni ma mea in Dómino.

A custódia matutína us que ad noctem * speret Is raël in Dómino;

Quia apud Dóminum mi sericórdia, * & copiós apud eum redémptio:

Et ipse rédimet Israël * e ómnibus iniquitátibus ejus

Ant Sperávit ánima me in Dómino *v.* 5.

Ant. 1. *a.* Speret.

PSALMUS 130.

Timeat superbus, humili s spes.

DOmine, non est exaltá tum cor meum, * ne que eláti sunt óculi mei;

Neque ambulávi in ma

gnis, * neque in mirabílibus super me.

Si non humíliter sentiébam, * sed exaltávi ánimam meam.

Sicut ablactátus est super matre sua, * ita retribútio in ánima mea.

Speret Israël in Dómino * ex hoc nunc & usque in séculum.

Ant. Speret Israël in Dómino. v. 5.

CAPITULUM. 2. *Thess.* 3. 5.

DOminus dírigat corda vestra in caritáte Dei, & patiéntia Christi.

HYMNUS. *Besnault.*

O Quam poténti déxterâ
Orbes poli, quos cóndidit,
Deus tuétur & movet,
Mirus labóris ártifex!

EFFUSA cœlo sídera,
Autóris ad nutum sui
Statis agúntur cúrsibus,
Menses & annos dírigunt.

HÆC qui creávit lúmina,
Quàm lucet ille spléndidus!
Qui tanta dona cóntulit,
Quàm dignus ille díligi!

DEO Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Tibíque, sancte-Spíritus,
In sempitérna sécula. Amen.

℣. A custódia matutína usque ad noctem speret Israël in Dómino; ℟. Quia apud Dóminum misericórdia. *Ps.* 129. 6. 7.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. * Misericórdia ejus à progénie in progénies timéntibus eum. *Luc.* 1. 50.

FERIA QUINTA.

AD OFFICIUM NOCT.

Invitatorium, Non repéllet Dóminus plebem suam: * Veníte, adorémus. *Ps.* 94. 6.

Psalmus, Veníte, 2.

HYMNUS. *Besnault.*

DUM noctis umbræ cóntegunt
Rerum colóres ómnium,
Nos ante te prostérnimur,
Qui cuncta solus pérspicis.

TU prima vota súscipe,
Et noctis in siléntio
Te prosequámur aúspice
Quæ te juvánte cœpimus.

AUFER procul piácula,
Sordésque mentis áblue,
Largíre, Christe, grátiam
Quæ munda servet péctora.

DEO Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Tibíque, sancte-Spíritus,
In sempitérna sécula.
Amen.

PRO I. NOCTURNO.

Ant. 3. c. Date glóriam Deo.

PSALMUS 67.

Carmen triumphale Christo victori; ab ipso postulat anima fortitudinem & pacem.

EXúrgat Deus, & dissipéntur inimíci ejus; * & fúgiant qui odérunt eum, à fácie ejus:

Sicut déficit fumus, defíciant: * sicut fluit cera à fácie ignis, sic péreant peccatóres à fácie Dei.

Et justi epuléntur, & exúltent in conspéctu Dei, * & delectæntur in lætitia.

Cantáte Deo, psalmum dícite nómini ejus: * iter fácite ei qui ascéndit super occásum, Dóminus nomen illi.

Exultáte in conspéctu ejus; * turbabúntur à fácie ejus, patris orphanórum, & júdicis viduárum.

Deus in loco sancto suo; * Deus, qui inhabitáre facit unius moris in domo.

Qui edúcit vinctos in fortitúdine, * símiliter eos qui exásperant, qui hábitant in sepúlcris.

Deus, cùm egrederéris in conspéctu pópuli tui, * cùm pertransíres in desérto,

Terra mota est, étenim cœli distillavérunt à fácie Dei Sinaï, * à fácie Dei Israël.

Plúviam voluntáriam segregábis, Deus, hereditáti tuæ; * & infirmáta est, tu verò perfecísti eam.

Animália tua habitábunt in ea; * parásti in dulcédine tua paúperi, Deus.

Dóminus dabit verbum evangelizántibus * virtúte multâ.

Rex virtútum diléсti, dilécti; * & speciéi domûs dividere spólia.

Si dormiátis inter médios cleros, * pennæ colúmbæ deargentátæ, & posterióra dorsi ejus in pallóre auri:

Dum discérnit cœléstis reges super eam, * nive dealbabúntur in Selmon.

Divisio Psalmi 67.

Mons Dei, mons pinguis; * mons coagulátus, mons pinguis:

Ut quid suspicámini montes coagulátos? * mons in quo beneplácitum est Deo habitáre in eo, étenim Dóminus habitábit in finem.

Currus Dei decem míllibus múltiplex, míllia lætántium: * Dóminus in eis in Sina, in sancto.

Ascendísti in altum, cepísti captivitátem; * accepísti dona in homínibus.

Etenim non credéntes * inhabitáre Dóminum Deum.

Benedíctus Dóminus die quotídie: * prósperum iter fáciet nobis Deus salutárium nostrórum.

Deus noster, Deus salvos faciéndi; * & Dómini Dómini éxitus mortis.

Verúmtamen Deus confrínget cápita inimicórum suórum; * vérticem capílli perambulántium in delíctis suis.

Dixit Dóminus: Ex Basan convértam, * convértam in profúndum maris;

Ut intingátur pes tuus in sánguine, * lingua canum tuórum ex inimícis ab ipso.

Vidérunt ingréssus tuos, Deus, * ingréssus Dei mei, Regis mei qui est in sancto.

Prævenérunt príncipes conjúncti psalléntibus, * in médio juvenculárum tympanistriárum.

Altera divisio Psalmi 67.

IN ecclésiis benedícite Deo, * Dómino de fóntibus Isráël.

Ibi Bénjamin adolescéntulus * in mentis excéssu.

Príncipes Juda duces eórum; * príncipes Zábulon, príncipes Néphthali.

Manda, Deus, virtúti tuæ; * confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

A templo tuo in Jerúsalem, * tibi ófferent reges múnera.

Increpa feras arúndinis, congregátio taurórum in vaccis populórum, * ut exclúdant eos qui probáti sunt argénto.

Díssipa gentes quæ bella volunt. * Vénient legáti ex Ægypto, Æthiópia prævéniet manus ejus Deo.

Regna terræ, cantáte Deo, * psállite Dómino, psállite Deo.

Qui ascéndit super cœlum cœli ad Orientem, * ecce dabit voci suæ vocem virtútis.

Date glóriam Deo; * super Isráël magnificéntia ejus, & virtus ejus in núbibus.

Mirábilis Deus in sanctis suis, Deus Isráël ipse dabit virtútem & fortitúdinem plebi suæ: * benedíctus Deus.

Ant. Date glóriam Deo; super Isráël magnificéntia ejus. *v.* 35.

PRO II. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Quærite Deum.

Psalmus 68.

Orantis justi agonia, dolores & opprobria. Salutem à Deo vocat & sperat.

SAlvum me fac, Deus, * quóniã intravérunt aquæ usque ad ánimam meam.

Infixus sum in limo profúndi, * & non est substántia.

Veni in altitúdinem maris, * & tempéstas demérsit me.

Laborávi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ; * defecérunt óculi mei, dum spero in Deum meum.

Multiplicáti sunt super capíllos cápitis mei, * qui odérunt me gratis.

Confortáti sunt qui persecúti sunt me inimíci mei injústè; * quæ non rápui, tunc exolvébam.

Deus, tu scis insipiéntiam meam, * & delícta mea à te non sunt abscóndita.

Non erubéscant in me qui expéctant te, Dómine, * Dómine virtútum.

Non confundántur super me, * qui quærunt te, Deus Isráël.

Quóniam propter te sustínui oppróbrium, * opéruit confúsio fáciem meam.

Extráneus factus sum frátribus meis, * & peregrínus fíliis matris meæ.

Quóniam zelus domûs tuæ comédit me, * & oppróbria exprobrántium tibi cecidérunt ſuper me.

Et opérui in jejúnio ánimam meam, * & factum eſt in oppróbrium mihi.

Et póſui veſtiméntum meum cilícium, * & factus ſum illis in parábolam.

Advérsùm me loquebántur qui ſedébant in porta, * & in me pſallébant qui bibébant vinum.

Ego verò oratiónem meam ad te, Dómine: * tempus beneplácitì, Deus.

In multitúdine miſericórdiæ tuæ exaúdi me, * in veritáte ſalútis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infigar: * líbera me ab iis qui odérunt me, & de profúndis aquárum.

Non me demérgat tempéſtas aquæ, neque abſórbeat me profúndum, * neque úrgeat ſuper me púteus os ſuum.

Diviſio Psalmi 68.

EXaúdi me, Dómine, quóniam benígna eſt miſericórdia tua; * ſecúndùm multitúdinem miſeratiónum tuárum réſpice in me.

Et ne avértas fáciem tuam à púero tuo; * quóniam tríbulor, velóciter exaúdi me.

Inténde ánimæ meæ, & líbera eam; * propter inimícos meos éripe me.

Tu ſcis impropérium meũ, & confuſiónem meam, * & reveréntiam meam.

In conſpéctu tuo ſunt omnes qui tríbulant me: * impropérium expectávit cor meum, & miſériam.

Et ſuſtínui qui ſimul contriſtarétur, & non fuit; * & qui conſolarétur, & non invéni.

Et dedérunt in eſcam meam fel, * & in ſiti mea potavérunt me acéto.

Fiat menſa eórum coram ipſis in láqueum, * & in retributiónes, & in ſcándalum.

Obſcuréntur óculi eórum ne vídeant, * & dorſum eórum ſemper incúrva.

Effúnde ſuper eos iram tuam, * & furor iræ tuæ comprehéndat eos.

Fiat habitátio eórum deſérta, * & in tabernáculis eórum non ſit qui inhábitet.

Quóniam quem tu percuſſiſti, perſecúti ſunt; * & ſuper dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

Appóne iniquitátem ſuper iniquitátem eórum; * & non intrent in juſtítiam tuam.

Deleántur de libro vivéntium, * & cum juſtis non ſcribántur.

Altera diviſio Psalmi 68.

EGo ſum pauper & dolens: * ſalus tua, Deus, ſuſcépit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico, * & magnificábo eum in laude.

ébit Deo ſuper ví-
véllum, * córnua
:em & úngulas.
t páuperes, & læ-
quærite Deum, &
na veſtra :
ım exaudívit páu-
ıinus, * & vinctos
deſpéxit.
t illum cœli & ter-
re, & ómnia rep-
:.
ım Deus ſalvam fá-
* & ædificabúntur
uda.
ıbitábunt ibi, * &
: acquírent eam.
en ſervórum ejus
eam; * & qui dí-
men ejus, habitá-
a.
uærite Deum, &
na veſtra. *v.* 33.
. NOCTURNO.
. *a.* Dómine.
L M U S 69.
*nplorantis opem à
in adverſis.*
, in adjutórium
n inténde, * Dó-
l adjuvándum me

ndántur, & reve-
* qui quærunt áni-
am.
ntur retrórsùm &
ıt, * qui volunt
la.
ntur ſtatim erubeſ-
* qui dicunt mihi:
uge.
nt & lætentur in te
ri quærunt te; * &
mper: Magnificé-
tur Dóminus, qui díligunt
ſalutáre tuum.

Ego verò egénus & pauper ſum: * Deus, ádjuva me.

Adjútor meus, & liberátor meus es tu; * Dómine, ne moréris.

P S A L M U S 70.

Auxilium Dei poſtulat Eccleſia adversùs impios: ipſo felix naſcens, ipſo felix erit jam adulta.

IN te, Dómine, ſperávi, non confúndar in ætérnum: * in juſtítia tua líbera me, & éripe me.

Inclína ad me aurem tuam, * & ſalva me.

Eſto mihi in Deum protectórem, & in locum munítum; * ut ſalvum me fácias,

Quóniam firmaméntum meum, * & refúgium meum es tu.

Deus meus, éripe me de manu peccatóris, * & de manu contra legem agéntis, & iníqui;

Quóniam tu es patiéntia mea, Dómine, * Dómine, ſpes mea à juventúte mea.

In te confirmátus ſum ex útero, de ventre matris meæ tu es protéctor meus; * in te cantátio mea ſemper.

Tanquam prodígium factus ſum multis, * & tu adjútor fortis.

Repleátur os meum laude, * ut cantem glóriam tuam, totâ die magnitúdinem tuam.

Ne projícias me in témpore senectútis; * cùm defécerit virtus mea, ne derelínquas me.

Quia dixérunt inimíci mei mihi; * & qui custodiébant ánimam meam, consílium fecérunt in unum,

Dicéntes: Deus derelíquit eum, persequímini, & comprehéndite eum; * quia non est qui erípiat.

Deus, ne elongéris à me;* Deus meus, in auxílium meum réspice.

Confundántur & defíciant detrahéntes ánimæ meæ; * operiántur confusióne & pudóre, qui quærunt mala mihi.

Ego autem semper sperábo; * & adjíciam super omnem laudem tuam.

Os meum annuntiábit justítiam tuam, * totâ die salutáre tuum.

Quóniam non cognóvi litteratúram, introíbo in poténtias Dómini: * Dómine, memorábor justítiæ tuæ sólius.

Deus, docuísti me à juventúte mea; * & usque nunc pronuntiábo mirabília tua.

Et usque in senéctam & sénium, * Deus, ne derelínquas me.

Donec annúntiem bráchium tuum * generatióni omni quæ ventúra est,

Poténtiam tuam, & justítiam tuam, Deus, usque in altíssima, quæ fecísti magnália: * Deus, quis símilis tibi?

Quantas ostendísti mihi tribulatiónes multas & malas, * & convérsus, vivificásti me, & de abyssis terræ íterùm reduxísti me.

Multiplicásti magnificéntiam tuam, * & convérsus consolátus es me.

Nam & ego confitébor tibi in vasis psalmi veritátem tuam, Deus; * psallam tibi in cíthara, sanctus Israël.

Exultábunt lábia mea cùm cantávero tibi; * & ánima mea quam redemísti.

Sed & lingua mea totâ die meditábitur justítiam tuâ, * cùm confúsi & reveríti fúerint qui quærunt mala mihi.

PSALMUS 71.

Christi regnum, regnum in omnes & in æternum, regnum caritatis & pacis, justitiæ & ubertatis.

DEus, judícium tuum regi da, * & justítiam tuam filio regis,

Judicáre pópulum tuum in justítia, * & páuperes tuos in judício.

Suscípiant montes pacem pópulo, * & colles justítiam.

Judicábit páuperes pópuli, & salvos fáciet filios páuperum, * & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum sole, & ante lunam, * in generatióne & generatiónem.

ndet ſicut plúvia in
* & ſicut ſtillicídia
. ſuper terram.
ır in diébus ejus ju-
abundántia pacis,*
.ferátur luna.
minábitur à mari
mare,* & à flúmi-
:ad términos orbis
.
ı illo prócident Æ-
* & inimíci ejus
ngent.
Tharſis, & ínſulæ
ófferent ; * reges
, & Saba dona ad-

rábunt eum omnes
æ ; * omnes gen-
nt ei :
iberábit paúperem
:, * & paúperem
rat adjútor.
paúperi & ínopi,*
s paúperum ſalvas

ris & iniquitáte ré-
imas eórum ; * &
ile nomen eórum
o.
et, & dábitur ei de
biæ, & adorábunt
emper ; * totâ die
nt ei.
t firmaméntum in
ſummis móntium,
ollétur ſuper Líba-
ctus ejus, * & floré-
ivitáte ſicut fœnum

omen ejus benedí-
ſécula ; * ante ſo-
nanet nomen ejus.
nedicéntur in ipſo

omnes tribus terræ ; * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus Iſraël, * qui facit mirabília ſolus.

Et benedíctum nomen majeſtátis ejus in ætérnum; & replébitur majeſtáte ejus omnis terra. * Fiat, fiat.

Ant. Dómine, memorábor juſtítiæ tuæ ſolius. *Pſ.* 70. 17.

℣. Bonum eſt confitéri Dómino, & pſállere nómini tuo, Altíſſime; ℟. Ad annuntiándum manè miſericórdiam tuam, & veritátem tuam per noctem. *Pſ.* 91. 1. 2.

℣. *Sacerdotalis*, Laudábo nomen Dei cum cántico, ℟. Et magnificábo eum in laude. *Pſ.* 68. 35.

AD LAUDES.

Ant. 1. *a.* Quàm bonus.

PSALMUS 72.

Hic impii videntur felices, & probi miſeri; inſtant noviſſima, abſolventque Deum.

Quàm bonus Iſraël Deus, * his qui recto ſunt corde!

Mei autem penè moti ſunt pedes, * penè effúſi ſunt greſſus mei :

Quia zelávi ſuper iníquos, * pacem peccatórum videns :

Quia non eſt reſpéctus morti eórum, * & firmaméntum in plaga eórum :

In labóre hóminum non sunt, * & cum homínibus non flagellabúntur.

Ideo ténuit eos supérbia; *opérti sunt iniquitáte, & impietáte suâ:

Pródiit quasi ex ádipe iníquitas eórum; * transiérunt in affféctum cordis:

Cogitavérunt & locúti sunt nequítiam, * iniquitátem in excélso locúti sunt:

Posuérunt in cœlum os suum, * & lingua eórum transívit in terra.

Ideo convertétur pópulus meus hìc, * & dies pleni inveniéntur in eis.

Ant. Quàm bonus Israël Deus, his qui recto sunt corde! *v.* 1.

Ant. 2. D. Labor est ante me.

Divisio Psalmi 72.

Et dixérunt: Quómodo scit Deus, * & si est sciéntia in Excélso?

Ecce ipsi peccatóres, & abundántes in século * obtinuérunt divítias.

Et dixi: Ergo sine causa justificávi cor meum, * & lavi inter innocéntes manus meas:

Et fui flagellátus totâ die, * & castigátio mea in matutínis.

Si dicébam: Narrábo sic; * ecce natiónem filiórum tuórum reprobávi.

Existimábam ut cognóscerem hoc; * labor est ante me,

Donec intrem in sanctuárium Dei, * & intélligam in novíssimis eórum.

Verúmtamen propter dolos posuísti eis; * dejecísti eos, dùm allevaréntur.

Quómodo facti sunt in desolatiónem! * súbitò defecérunt, periérunt propter iniquitátem suam.

Velut sómnium surgéntium, * Dómine, in civitáte tua imáginem ipsórum ad níhilum rédiges.

Ant. Labor est ante me, donec intrem in sanctuárium Dei. *v.* 16. 17.

Ant. 6. F. Deus.

Altera divisio Psalmi 72.

Quia inflammátum est cor meum, & renes mei commutáti sunt; * & ego ad níhilum redáctus sum, & nescívi.

Ut juméntum factus sum apud te; * & ego semper tecum.

Tenuísti manum déxteram meam, & in voluntáte tua deduxísti me, * & cum glória suscepísti me.

Quid enim mihi est in cœlo? * & à te quid vólui super terram?

Defécit caro mea, & cor meum; * Deus cordis mei, & pars mea Deus in ætérnum.

Quia ecce, qui elóngant se à te, períbunt; * perdidísti omnes qui fornicántur abs te.

Mihi autem adhærére Deo bonum est, * pónere in Dómino Deo spem meam;

Ut annúntiem omnes præ-

s tuas * in portis
1.
)eus cordis mei, &
. Deus in ætérnum.

. a. Quis símilis tuî.
:ICUM *Moysi.*
!. 15. 2. *ad* 20.
hostibus demer-
rrates agit libera-
)eo.
émus Dómino, glo-
è enim magnificá-
, * equum & as-
n dejécit in mare.
ıdo mea, & laus mea
s, * & factus est
salútem.
'eus meus, & glori-
ım; * Deus patris
exaltábo eum.
ınus quasi vir pu-
omnípotens nomen
:urrus Pharaónis, &
m ejus projécit in

i príncipes ejus sub-
ınt in mari rubro,
operuérunt eos; *
lérunt in profúndum
pis.
:ra tua, Dómine,
icáta est in fortitúdi-
xtera tua, Dómine,
it inimícum; * & in
dine glóriæ tuæ de-
i adversários tuos.
sti iram tuam quæ
vit eos sicut stípu-
& in spíritu furóris
ıgregátæ sunt aquæ.
t unda fluens; * con-
e sunt abyssi in mé-
ıri.

Dixit inimícus: Pérse-
quar & comprehéndam, *
dívidam spólia, implébitur
ánima mea.
Evaginábo gládium meũ, *
interfíciet eos manus mea.
Flavit spíritus tuus, &
opéruit eos mare; * sub-
mérsi sunt quasi plumbum
in aquis veheméntibus.
Quis símilis tuî in fórti-
bus, Dómine? * quis símilis
tuî, magníficus in sancti-
táte, terríbilis, atque laudá-
bilis, fáciens mirabília?
Extendísti manum tuam, *
& devorávit eos terra.
Dux fuísti in misericórdia
tua * pópulo quem rede-
místi;
Et portásti eum in forti-
túdine tua, * ad habitáculum
sanctum tuum.
Ascendérunt pópuli, &
iráti sunt; * dolóres obti-
nuérunt habitatóres Philí-
sthiim.
Tunc conturbáti sunt
príncipes Edom, robústos
Moab obtínuit tremor; *
obriguérunt omnes habita-
tóres Chánaan.
Irruat super eos formído
& pavor, * in magnitúdine
bráchii tui:
Fiant immóbiles quasi la-
pis, donec pertránseat po-
pulus tuus, Dómine; *
donec pertránseat pópulus
tuus iste, quem possedísti.
Introdúces eos, & plan-
tábis in monte hereditátis
tuæ, * firmíssimo habitáculo
tuo, quod operátus es; Dñe:

Sanctuárium tuum, Dómine, * quod firmavérunt manus tuæ.

Dóminus regnábit * in ætérnum & ultrà.

Ingréssus est enim eques Phárao cum cúrribus & equítibus ejus in mare; * & redúxit super eos Dóminus aquas maris:

Filii autem Israël ambulavérunt per siccum * in médio ejus.

Ant. Quis símilis tuî in fórtibus, Dómine? quis símilis tuî? *v.* 11.

[*In Festis, loco superioris Cantici, dicitur sequens*

CANTICUM.

1. *Par.* 29. 10. *ad* 13.

Tibi, Deus, potestas & imperium; tibi gloria sit, laus & amor omnium.

BEnedictus es, Dómine Deus Israël patris nostri, * ab ætérno in ætérnum.

Tua est, Dómine, magnificéntia, * & poténtia, & glória, atque victória; & tibi laus.

Cuncta enim quæ in cœlo sunt, * & in terra, tua sunt:

Tuum, Dómine, regnum, * & tu es super omnes príncipes.

Tuæ divitiæ, & tua est glória: * tu dominaris ómnium,

In manu tua virtus & poténtia: * in manu tua magnitúdo, & impérium ómnium.

Nunc igitur, Deus noster, confitémur tibi, * & mus nomen tuum tum.]

Ant. 4. *irreg.* c. E tum est.

PSALMUS *Laudum*

Ad laudandum Deu nes creaturæ invita

LAudáte Dómin cœlis; * laudát in excélsis:

Laudáte eum, omn geli ejus; * laudáte omnes virtútes ejus:

Laudáte eum, sol & l laudáte eum, omnes & lumen:

Laudáte eum, cœli rum; * & aquæ omn super cœlos sunt, l nomen Dómini,

Quia ipse dixit, * & sunt; * ipse mandáv creáta sunt.

Státuit ea in ætérn in séculum séculi: céptum pósuit, & no teribit.

Laudáte Dóminum ra, * dracónes, & abyssi;

Ignis, grando, ni cies, spíritus procell quæ faciunt verbum

Montes & omnes c ligna fructífera, & cedri;

Béstiæ & univérsa ra, * serpéntes & vó pennatæ;

Reges terræ & omn puli, * príncipes, & nes júdices terræ,

Júvenes & vírgine

ióribus laudent
nini ; * quia
ſt nomen ejus

ejus ſuper cœ-
m ; * & exaltá-
›puli ſui.
›mnibus ſanctis
Iſraël, pópulo
ınti ſibi.
ltátum eſt no-
ılius. Confeſſio
elum & terram.

L U M. I. *Cor.*
13. 14.
ſtate in fide,
ágite, & con-
›mnia veſtra in
t.
M N U S.
novum mundo
1
prænúntiat:
› verum jubar
os illúminet.
decúrrat dies,
›eccet, ne ma-

mens cógitet,
on probet Deus.
›R è cœlis adeſt,
:et, qui déſuper
ıa péctoris,
ræſens áſpicit.
r incáſſum reus
e crímina:
hic eſt árbiter,
› fallit júdicem.
:ri ſit glória,
i Fílio,
ınɛte-Spíritus,
na ſécula.
n.
Eſtiva.

℣. In matutínis meditábor in te; ℟. Quia fuiſti adjútor meus. *Pſ.* 62. 7.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. a. Sine timóre de manu inimicórum noſtrórum liberáti ſerviámus illi. *Luc.* 1. 74.

AD PRIMAM.

Ant. 8. a. Quóniam.

PSALMUS 73.

Gentis & Templi calamitas: Deus rex & creator vocatur in auxilium ſuorum.

UT quid, Deus, repuliſti in finem; * irátus eſt furor tuus ſuper oves páſcuæ tuæ?

Memor eſto congregatiónis tuæ, * quam poſſediſti ab inítio.

Redemíſti virgam hereditátis tuæ: * mons Sion, in quo habitáſti in eo.

Leva manus tuas in ſupérbias eórum in finem: * quanta malignátus eſt inimícus in ſancto!

Et gloriáti ſunt qui odérunt te, * in médio ſolemnitátis tuæ.

Poſuérunt ſigna ſua, ſigna, & non cognovérunt, * ſicut in éxitu ſuper ſummum.

Quaſi in ſilva lignórum ſecúribus excidérunt jánuas ejus in idípſum; * in ſecúri & áſcia dejecérunt eam.

Incendérunt igni ſanctuárium tuum; * in terra pol-

luérunt tabernáculum nóminis tui.

Dixérunt in corde suo cognátio eórum simul: * Quiéscere faciámus omnes dies festos Dei à terra.

Signa nostra non vídimus; jam non est prophéta; * & nos non cognóscet ámpliùs.

Divisio Psalmi 73.

USquequo, Deus, improperábit inimícus? * irrítat adversárius nomen tuũ in finem?

Ut quid avértis manum tuam, & déxteram tuam, * de médio sinu tuo in finem?

Deus autem rex noster ante sécula, * operátus est salútem in médio terræ.

Tu confirmásti in virtúte tua mare; * contribulásti cápita dracónum in aquis.

Tu confregísti cápita dracónis, * dedísti eum escam pópulis Æthíopum.

Tu dirupísti fontes & torréntes; * tu siccásti flúvios Ethan.

Tuus est dies, & tua est nox; * tu fabricátus es auróram & solem.

Tu fecísti omnes términos terræ; * æstátem & ver, tu plasmásti ea.

Memor esto hujus, inimícus improperávit Dómino; * & pópulus insípiens incitávit nomen tuum.

Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi, * & ánimas páuperum tuórum ne oblivíscáris in finem.

Réspice in testaméntum tuum; * quia repléti sunt, qui obscuráti sunt terræ, dómibus iniquitátum.

Ne avertátur húmilis factus confúsus: * pauper & inops laudábunt nomen tuum.

Exúrge, Deus, júdica causam tuam: * memor esto improperiórum tuórum, eórum quæ ab insipiénte sunt totâ die.

Ne oblivíscáris voces inimicórum tuórum: * supérbia eórum qui te odérunt ascéndit semper.

Psalmus 74.

Deus judex, frustrà se extollunt iniqui; ipsis instat ultima miseria.

COnfitébimur tibi, Deus, confitébimur, & invocábimus nomen tuum, * narrábimus mirabília tua.

Cùm accépero tempus, * ego justítias judicábo.

Liquefácta est terra, & omnes qui hábitant in ea; * ego confirmávi colúmnas ejus.

Dixi iníquis: Nolíte iníquè ágere; * & delinquéntibus: Nolíte exaltáre cornu.

Nolíte extóllere in altum cornu vestrum, * nolíte loqui advérsùs Deum iniquitátem;

Quia neque ab Oriénte, neque ab Occidénte, neque à desértis móntibus, * quóniam Deus judex est.

Hunc humíliat, * & hunc ...áltat :
Quia calix in manu Dó...ini vini meri plenus mix...; * & inclinávit ex hoc ...hoc ;
Verúmtamen fæx ejus non ...t exinaníta ; * bibent om...s peccatóres terræ.
Ego autem annuntiábo ...séculum ; * cantábo Deo ...cob :
Et ómnia córnua peccató...m confríngam, * & exal...búntur córnua justi.
Ant. Quóniam Deus ju...x est, hunc humíliat, & ...unc exáltat. *v.* 7.

AD TERTIAM.

Ant. 8. *G.* Cogitávi.

PSALMUS 75.

...egum impiorum debellatori Deo carmen eucharisticum.

NOtus in Judæa Deus; * in Israël magnum nomen ejus :
Et factus est in pace locus ...us, * & habitátio ejus in ...ion.
Ibi confrégit poténtias ár...um, * scutum, gládium, ...t bellum.
Illúminans tu mirabíliter ...móntibus ætérnis : * tur...áti sunt omnes insipiéntes ...orde.
Dormiérūt somnū suum, * ...t nihil invenérunt omnes ...iri divitiárum in mánibus ...is.
Ab increpatióne tua, Deus Jacob, * dormitavérunt qui ascendérunt equos.
Tu terríbilis es, & quis resístet tibi? * ex tunc ira tua.
De cœlo audítum fecísti judícium ; * terra trémuit, & quiévit,
Cùm exúrgeret in judícium Deus, * ut salvos fáceret omnes mansuétos terræ.
Quóniam cogitátio hóminis confitébitur tibi ; * & relíquiæ cogitatiónis diem festum agent tibi.
Vovéte, & réddite Dómino Deo vestro, * omnes qui in circúitu ejus affértis múnera,
Terríbili, & ei qui aufert spíritum príncipum, * terríbili apud reges terræ.

PSALMUS 76.

Anima desolata favores antiquos Dei recolens meliora sperat.

VOce meâ ad Dóminum clamávi, * voce meâ ad Deum, & inténdit mihi.
In die tribulatiónis meæ Deum exquisívi, mánibus meis nocte contra eum ; * & non sum decéptus.
Rénuit consolári ánima mea ; * memor fui Dei, & delectátus sum, & exercitátus sum, & defécit spíritus meus.
Anticipavérunt vigílias óculi mei ; * turbátus sum, & non sum locútus.
Cogitávi dies antíquos, * & annos ætérnos in mente hábui.

Et meditátus sum nocte cum corde meo, * & exercitábar, & scopébam spíritum meum.

Numquid in ætérnum projíciet Deus, * aut non appónet ut complacítior sit adhuc?

Aut in finem misericórdiam suam abscíndet, * à generatióne in generatiónem?

Aut oblivíscétur miseréri Deus? * aut continébit in ira sua misericórdias suas?

Et dixi: Nunc cœpi: * hæc mutátio déxteræ Excélsi.

Divisio PSALMI 76.

MEmor fui óperum Dómini; * quia memor ero ab inítio mirabílium tuórum,

Et meditábor in ómnibus opéribus tuis, * & in adinventiónibus tuis exercébor.

Deus, in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? * tu es Deus qui facis mirabília.

Notam fecísti in pópulis virtútem tuam; * redemísti in bráchio tuo pópulum tuum, fílios Jacob, & Joseph.

Vidérunt te aquæ, Deus, vidérunt te aquæ, & timuérunt, * & turbátæ sunt abyssi.

Multitúdo sónitûs aquárum; * vocem dedérunt nubes.

Etenim sagíttæ tuæ tránseunt; * vox tonítrui tui in rota;

Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ; * commóta est, & contrémuit terra.

In mari via tua, & sémitæ tuæ in aquis multis, * & vestígia tua non cognoscéntur.

Deduxísti, sicut oves, pópulum tuum * in manu Móysi & Aáron.

Ant. Cogitávi dies antíquos, & annos ætérnos in mente hábui. *v.* 5.

AD SEXTAM.

Ant. 7. *d.* Ipse est.

PSALMUS 77.

Quanta Dei in Judæos beneficia! quanta Judæorum in Deum delicta! quanta, ulciscente Deo, peccantium excidia!

ATténdite, pópule meus, legem meam, * inclináte aurem vestram in verba oris mei.

Apériam in parábolis os meum, * loquar propositiónes ab inítio.

Quanta audívimus, & cognóvimus ea, * & patres nostri narravérunt nobis.

Non sunt occultáta à fíliis eórum * in generatióne áltera,

Narrántes laudes Dómini, & virtútes ejus, * & mirabília ejus quæ fecit.

Et suscitávit testimónium in Jacob, * & legem pósuit in Israël.

Quanta mandávit pátribus nostris, nota fácere ea

, * ut cognóſcat
áltera.
ui naſcéntur , &
, * & narrábunt
,
iant in Deo ſpem
non obliviſcántur
Dei , * & mandáta
írant.
it ſicut patres eó-
generátio prava &
is ;
tio quæ non diréxit
, * & non eſt crédi-
Deo ſpíritus ejus.
viſio PSALMI 77.
phrem intendéntes
tténtes arcum , *
unt in die belli.
uſtodiérunt teſta-
Dei , * & in lege
érunt ambuláre :
íti ſunt benefactó-
, * & mirabílium
oſténdit eis.
pátribus eórum fe-
ília in terra Ægyp-
ampo Táneos.
ipit mare , & per-
, * & ſtátuit aquas
itre.
lúxit eos in nube
totâ nocte in illu-
e ignis.
ipit petram in eré-
adaquávit eos ve-
yſſo multa.
xit aquam de pe-
dedúxit tanquam
iquas.
ſuérunt adhuc pec-
* in iram excita-
Excélſum in ina-

Et tentavérunt Deum in córdibus ſuis, * ut péterent eſcas animábus ſuis.

Et malè locúti ſunt de Deo ; * dixérunt : Numquid póterit Deus paráre menſam in deſérto ?

Quóniam percúſſit petram, & fluxérunt aquæ, * & torréntes inundavérunt.

Numquid & panem póterit dare, * aut paráre menſam pópulo ſuo ?

Ideo audívit Dóminus, & dístulit ; * & ignis accénſus eſt in Jacob, & ira aſcéndit in Iſraël :

Quia non credidérunt in Deo , * nec ſperavérunt in ſalutári ejus.

Et mandávit núbibus déſuper, * & jánuas cœli apéruit ,

Et pluit illis manna ad manducándum, * & panem cœli dedit eis :

Panem Angelórum manducávit homo ; * cibária miſit eis in abundántia.

Secunda diviſio PSALMI 77.

TRánſtulit Auſtrum de cœlo , * & indúxit in virtúte ſua Africum :

Et pluit ſuper eos ſicut púlverem carnes, * & ſicut arénam maris volatília pennáta ;

Et cecidérunt in médio caſtrórum eórum , * circa tabernácula eórum :

Et manducavérunt, & ſaturáti ſunt nimis , & deſidérium eórum áttulit eis ; *

non ſunt fraudáti à deſidério ſuo.

Adhuc eſcæ eórum erant in ore ipſórum, * & ira Dei aſcéndit ſuper eos:

Et occídit pingues eórum, * & eléctos Iſraël impedívit.

In ómnibus his peccavérunt adhuc; * & non crediderúnt in mirabílibus ejus.

Et defecérunt in vanitáte dies eórum, * & anni eórum cum feſtinatióne.

Cùm occíderet eos, quærébant eum, & revertebántur, * & dilúculo veniébant ad eum.

Et rememoráti ſunt quia Deus adjútor eſt eórum, * & Deus excélſus redémptor eórum eſt.

Et dilexérunt eum in ore ſuo, * & linguâ ſuâ mentíti ſunt ei:

Cor autem eórum non erat rectum cum eo, * nec fidéles hábiti ſunt in teſtaménto ejus.

Ipſe autem eſt miſéricors, & propítius fiet peccátis eórum, * & non diſpérdet eos.

Et abundávit ut avérteret iram ſuam, * & non accéndit omnem iram ſuam:

Et recordátus eſt quia caro ſunt, * ſpíritus vadens; & non rédiens.

Ant. Ipſe eſt miſéricors, & propítius fiet peccátis. *℣.* 38.

AD NONAM.

Ant. 3. c. Dedúxit.

Tertia diviſio PSALMI 77.

QUóties exacerbavérunt eum in deſérto, * in iram concitavérunt eum in inaquóſo?

Et convérſi ſunt, & tentavérunt Deum, * & ſanctum Iſraël exacerbavérunt.

Non ſunt recordáti manûs ejus * die quâ redémit eos de manu tribulántis.

Sicut póſuit in Ægypto ſigna ſua, * & prodígia ſua in campo Táneos.

Et convértit in ſánguinem flúmina eórum, * & imbres eórum ne bíberent.

Miſit in eos cœnomyïam, & comédit eos; * & ranam, & diſpérdidit eos.

Et dedit ærúgini fructus eórum, * & labóres eórum locúſtæ.

Et occídit in grándine víneas eórum, * & moros eórum in pruína.

Et trádidit grándini juménta eórum, * & poſſeſſiónem eórum igni.

Miſit in eos iram indignatiónis ſuæ, indignatiónem, & iram, & tribulatiónem; * immiſſiónes per ángelos malos.

Viam fecit ſémitæ iræ ſuæ, non pepércit à morte animábus eórum; * & juménta eórum in morte conclúſit.

Et percúſſit omne primo-

génitum in terra Ægypti, * primítias omnis labóris eórum in tabernáculis Cham.

Quarta divisio PSALMI 77.

ET ábstulit sicut oves pópulum suum, * & perdúxit eos tanquam gregem in desérto.

Et dedúxit eos in spe, & non timuérunt; * & inimícos eórum opéruit mare.

Et indúxit eos in montem sanctificatiónis suæ, * montem quem acquisívit déxtera ejus.

Et ejécit à fácie eórum gentes, * & sorte divísit eis terram in funículo distributiónis;

Et habitáre fecit in tabernáculis eórum * tribus Israël.

Et tentavérunt, & exacerbavérunt Deum excélsum, * & testimónia ejus non custodiérunt.

Et avertérunt se, & non servavérunt pactum quemádmodum patres eórum: * convérsi sunt in arcum pravum.

In iram concitavérunt eum in cóllibus suis, * & in sculptílibus suis ad æmulatiónem eum provocavérunt.

Audívit Deus, & sprevit; * & ad níhilum redégit valdè Israël.

Et répulit tabernáculum Silo; * tabernáculum suum, ubi habitávit in homínibus.

Et trádidit in captivitátem virtútem eórum, * & pulcritúdinem eórum in manus inimíci.

Et conclúsit in gládio pópulum suum, * & hereditátem suam sprevit.

Júvenes eórum comédit ignis; * & vírgines eórum non sunt lamentátæ.

Sacerdótes eórum in gládio cecidérunt; * & víduæ eórum non plorabántur.

Ultima divisio PSALMI 77.

ET excitátus est tanquam dórmiens Dóminus, * tanquam potens crapulátus à vino:

Et percússit inimícos suos in posterióra, * oppróbrium sempitérnum dedit illis.

Et répulit tabernáculum Joseph, * & tribum Ephraïm non elégit:

Sed elégit tribum Juda, * montem Sion quem diléxit.

Et ædificávit sicut unicórnium sanctifícium suum in terra, * quam fundávit in sécula.

Et elégit David servum suum, * & sústulit eum de grégibus óvium:

De post fœtántes accépit eum * páscere Jacob servum suum, & Israël hereditátem suam.

Et pavit eos in innocéntia cordis sui, * & in intelléctibus mánuum suárum dedúxit eos.

Ant. Dedúxit eos in spe, & non timuérunt. *Ps.* 77. 53.

AD VESPERAS.

Ant. 1. f. Sacerdótes tui.

PSALMUS 131.

Orat Propheta pro Rege, imperio, sacerdotio, & gente; singulis Deus prospera spondet, si legem servent.

MEménto, Dómine, David, * & omnis mansuetúdinis ejus.

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob:

Si introíero in tabernáculum domûs meæ; * si ascéndero in lectum strati mei;

Si dédero somnum óculis meis, * & pálpebris meis dormitatiónem;

Et réquiem tempóribus meis, * donec invéniam locùm Dómino, tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eâm in Ephráta; * invénimus eam in campis silvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus, * adorábimus in loco, ubi stetérunt pedes ejus.

Surge, Dómine, in réquiem tuam, * tu & arca sanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induántur justítiam, * & sancti tui exúltent.

Propter David servum tuum * non avértas fáciem Christi tui.

Jurávit Dóminus David veritátem, & non frustrábitur eam; * De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodíerint filii tui testaméntum meum, * & testimónia mea hæc quæ docébo eos;

Et filii eórum usque in séculum * sedébunt super sedem tuam;

Quóniam elégit Dóminus Sion, * elégit eam in habitatiónem sibi.

Hæc réquies mea in séculum séculi; * hìc habitábo, quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam; * paúperes ejus saturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam salutári; * & sancti ejus exultatióne exultábunt.

Illuc prodúcam cornù David, * parávi lucérnam Christo meo.

Inimícos ejus índuam confusióne; * super ipsum autem efflorébit sanctificátio mea.

Ant. Sacerdótes tui induántur justítiam. *v.* 9.

Ant. 1. *a.* Quàm bonum.

PSALMUS 132.

Caritatis mutuæ felicitas.

ECce quàm bonum, & quàm jucúndum, * habitáre fratres in unum!

Sicut unguéntum in cápite, quod descéndit in barbam, barbam Aáron; * quod descéndit in oram vestiménti ejus,

Sicut ros Hermon, * qui descéndit in montem Sion:

Quóniam illìc mandávit Dóminus benedictiónem, * & vitam usque in séculum.

Ant. Quàm bonum, & quàm jucúndum habitáre fratres in unum! *v.* 1.

Ant. 3. *g.* Omnia.

PSALMUS 134.

Miniſtros ſuos invitat Eccleſia ad laudes Dei. Idola vana, Deus autem bonus & omnipotens.

LAudáte nomen Dómini, * laudáte, ſervi, Dóminum,

Qui ſtatis in domo Dómini, * in átriis domûs Dei noſtri.

Laudáte Dóminum, quia bonus Dñus; * pſállite nómini ejus, quóniam ſuáve:

Quóniam Jacob elégit ſibi Dóminus, * Iſraël in poſſeſſiónem ſibi:

Quia ego cognóvi quòd magnus eſt Dñus, * & Deus noſter præ ómnibus diis.

Omnia quæcúmque vóluit, Dóminus fecit * in cœlo, in terra, in mari, & in ómnibus abyſſis.

Edúcens nubes ab extrémo terræ, * fúlgura in plúviam fecit;

Qui prodúcit ventos de theſáuris ſuis; * qui percúſſit primogénita Ægypti ab hómine uſque ad pecus;

Et miſit ſigna & prodígia in médio tui, Ægypte; * in Pharaónem, & in omnes ſervos ejus.

Qui percúſſit gentes multas, * & occídit reges fortes,

Sehon regem Amorrhæórum, & Og regem Baſan, * & ómnia regna Chánaan;

Et dedit terram eórum hereditátem, * hereditátem Iſraël pópulo ſuo.

Dómine, nomen tuum in ætérnum; * Dómine, memoriále tuum in generatiónem & generatiónem;

Quia judicábit Dóminus pópulum ſuum, * & in ſervis ſuis deprecábitur.

Simulácra géntium argéntum & aurum, * ópera mánuum hóminum:

Os habent, & non loquéntur; * óculos habent, & non vidébunt;

Aures habent, & non aúdient; * neque enim eſt ſpíritus in ore ipſórum.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, * & omnes qui confídunt in eis.

Domus Iſraël, benedícite Dómino: * domus Aáron, benedícite Dómino.

Domus Levi, benedícite Dómino; * qui timétis Dóminum, benedícite Dómino.

Benedíctus Dóminus ex Sion, * qui hábitat in Jeruſalem.

Ant. Omnia quæcúmque vóluit, Dóminus fecit. *v.* 6.

Ant 2. D. In humilitáte noſtra.

PSALMUS 135.

Creatori, victori & miſericordi Deo Canticum.

COnfitémini Dómino quóniam bonus, * quóniam in ætérnum miſericórdia ejus.

tes quæ te non novérunt, * & in regna quæ nomen tuum non invocavérunt:

Quia comedérunt Jacob,* & locum ejus desolavérunt.

Ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum, citò antícipent nos misericórdiæ tuæ; *quia paúperes facti sumus nimis.

Adjuva nos, Deus salutáris noster, & propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos, * & propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum;

Ne fortè dicant in géntibus, * Ubi est Deus eórum?

Et innotéscat in natiónibus coram óculis nostris * últio sánguinis servórum tuórum, qui effúsus est.

Intróeat in conspéctu tuo gémitus compeditórum: * secúndùm magnitúdinem bráchii tui pósside fílios mortificatórum.

Et redde vicínis nostris séptuplum in sinu eórum; * impropérium ipsórum, quod exprobravérunt tibi, Dómine.

Nos autem pópulus tuus, & oves páscuæ tuæ, * confitébimur tibi in séculum.

In generatiónem & generatiónem * annuntiábimus laudem tuam.

PSALMUS 79.

Ecclesia contrita invocat Deum olim propitium.

QUi regis Israël, inténde, * qui dedúcis velut ovem Joseph:

Qui sedes super Chérubim, * manifestáre coram Ephraïm, Bénjamin, & Manásse.

Excita poténtiam tuam, & veni, * ut salvos fácias nos.

Deus, convérte nos; * & osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Dómine Deus virtútum, * quoúsque irascéris super oratiónem servi tui?

Cibábis nos pane lacrymárum, * & potum dabis nobis in lácrymis in mensúra?

Posuísti nos in contradictiónem vicínis nostris, * & inimíci nostri subsannavérunt nos.

Deus virtútum, convérte nos; * & osténde fáciem tuã, & salvi érimus.

Divisio PSALMI 79.

VIneam de Ægypto transtulísti: * ejecísti gentes, & plantásti eam.

Dux itíneris fuísti in conspéctu ejus; * plantásti radíces ejus, & implévit terram.

Opéruit montes umbra ejus, * & arbústa ejus cedros Dei.

Exténdit pálmites suos usque ad mare, * & usque ad flumen propágines ejus.

Ut quid destruxísti macériam ejus, * & vindémiant eam omnes qui prætergrediúntur viam?

Exterminávit eam aper de

ilva, * & singuláris ferus depástus est eam.

Deus virtútum, convértere; * réspice de cœlo, & vide, & vísita víneam istam,

Et pérfice eam quam plantávit déxtera tua: * & super filium hóminis quem confirmásti tibi:

Incénsa igni, & suffóssa; * ab increpatióne vultûs tui períbunt.

Fiat manus tua super virum déxteræ tuæ, * & super filium hóminis quem confirmásti tibi.

Et non discédimus à te: * vivificábis nos, & nomen tuum invocábimus.

Dómine Deus virtútum, convérte nos; * & osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Ant. In generatiónem & generatiónem annuntiábimus laudem tuam. *Ps.* 78. 13.

PRO II. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Exultáte.

PSALMUS 80.

Festa piè celebranda; hinc Dei favor.

EXultáte Deo adjutóri nostro, * jubiláte Deo Jacob.

Súmite psalmum, & date tympanum, * psaltérium jucúndum cum cíthara.

Buccináte in Neoménia tubâ, * in insígni die solemnitátis vestræ:

Quia præcéptum in Israël est, * & judícium Deo Jacob.

Testimónium in Joseph pósuit illud, cùm exíret de terra Ægypti: * linguam quam non nóverat, audívit.

Divértit ab onéribus dorsum ejus, * manus ejus in cóphino serviérunt.

Divisio PSALMI 80.

IN tribulatióne invocásti me, & liberávi te; * exaudívi te in abscóndito tempestátis: probávi te apud aquam contradictiónis.

Audi, pópulus meus, & contestábor te: * Israël, si audíeris me, non erit in te deus recens, neque adorábis deum aliénum.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terra Ægypti; * diláta os tuum, & implébo illud.

Et non audívit pópulus meus vocem meam; * & Israël non inténdit mihi.

Et dimísi eos secúndùm desidéria cordis eórũ, * ibunt in adinventiónibus suis.

Si pópulus meus audísset me, * Israël si in viis meis ambulásset,

Pro níhilo fórsitan inimícos eórum humiliássem, * & super tribulántes eos misíssem manum meam.

Inimíci Dómini mentíti sunt ei; * & erit tempus eórum in sécula.

Et cibávit eos ex ádipe fruménti; * & de petra, melle saturávit eos.

PSALMUS 81.

Dii terræ pauperem premunt; morientur: eorum judex potentior cœlorum Deus.

DEus ſtetit in ſynagóga deórum; * in médio autem deos dijúdicat.

Uſquequo judicátis iniquitátem; * & fácies peccatórum ſúmitis?

Judicáte egéno, & pupíllo; * húmilem, & paúperem juſtificáte.

Erípite paúperem, * & egénum de manu peccatóris liberáte.

Neſciérunt, neque intellexérunt, in ténebris ámbulant: * movebúntur ómnia fundaménta terræ.

Ego dixi: Dii eſtis, * & filii Excélſi omnes.

Vos autem ſicut hómines moriémini, * & ſicut unus de princípibus cadétis.

Surge, Deus, júdica terram; * quóniam tu hereditábis in ómnibus géntibus.

Ant. Exultáte Deo adjutóri noſtro. *Pſ.* 80. 2.

PRO III. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Dómine.

PSALMUS 82.

Oratio in hoſtes Dei; ipſis Propheta precatur ignominiam ut quærant veritatem.

DEus, quis símilis erit tibi? * ne táceas, neque compeſcáris, Deus:

Quóniam ecce inimíci tui ſonuérunt; * & qui odérunt te, extulérunt caput.

Super pópulum tuum malignavérunt consílium, * & cogitavérunt advérſùs ſanctos tuos.

Dixérunt: Veníte, & diſperdámus eos de gente; * & non memorétur nomen Iſraël ultrà.

Quóniam cogitavérunt unanímiter ſimul, * advérſùm te teſtaméntum diſpoſuérunt, tabernácula Idumæórum, & Iſmaëlítæ,

Moab, & Agaréni, Gebal, & Ammon, & Amalec; * alienígenæ cum habitántibus Tyrum.

Etenim Aſſur venit cum illis; * facti ſunt in adjutórium filiis Lot.

Fac illis ſicut Mádian, & Síſaræ; * ſicut Jabin in torrénte Ciſſon:

Diſperiérunt in Endor; * facti ſunt ut ſtercus terræ.

Pone príncipes eórum, ſicut Oreb, * & Zeb, & Zébee, & Sálmana;

Omnes príncipes eórum, qui dixérunt: * Hereditáte poſſideámus ſanctuáriũ Dei.

Deus meus, pone illos ut rotam, * & ſicut ſtípulam ante fáciem venti;

Sicut ignis qui combúrit ſilvam, * & ſicut flamma combúrens montes,

Ita perſequéris illos in tempeſtáte tua, * & in ira tua turbábis eos.

Imple fácies eórum ignomíniâ, * & quærent nomen tuum, Dómine.

Erubéſcant, & conturbén-

tur in séculum séculi, * & confundántur, & péreant.

Et cognóscant quia nomen tibi, Dóminus; * tu solus altíssimus in omni terra.

PSALMUS 83.

Suspirat justus ad æternas Dei domos tabernaculis peccatorum meliores.

QUam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum! * concupíscit, & déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum, & caro mea * exultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum, * & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua, Dómine virtútum, * Rex meus, & Deus meus!

Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine; * in sécula seculórum laudábunt te.

Beátus vir cujus est auxílium abs te! * ascensiónes in corde suo dispósuit in valle lacrymárum, in loco quem pósuit.

Etenim benedictiónem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem; * vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum, exaúdi oratiónem meam, * aúribus pércipe, Deus Jacob.

Protéctor noster, áspice, Deus; * & réspice in fáciem Christi tui:

Quia mélior est dies una in átriis tuis * super míllia.

Elégi abjéctus esse in domo Dei mei, * magis quàm habitáre in tabernáculis peccatórum;

Quia misericórdiam & veritátem díligit Deus, * grátiam & glóriam dabit Dóminus:

Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia: * Dómine virtútum, beátus homo qui sperat in te!

PSALMUS 84.

Solutâ captivitate, Deo grates agit anima: oriuntur misericordia & justitia, pax & veritas.

BEnedixísti, Dómine, terram tuam, * avertísti captivitátem Jacob.

Remisísti iniquitátem plebis tuæ, * operuísti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam; * avertísti ab ira indignatiónis tuæ.

Convérte nos, Deus salutáris noster, * & avérte iram tuam à nobis.

Numquid in ætérnum irascéris nobis? * aut exténdes iram tuam à generatióne in generatiónem?

Deus, tu convérsus vivificábis nos, * & plebs tua lætábitur in te.

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, * & salutáre tuum da nobis.

Aúdiam quid loquátur in me Dóminus Deus, * quóniam loquétur pacem in plebem suam,

Et super sanctos suos, * & in eos qui convertúntur ad cor.

Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsíus, * ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia & véritas obviavérunt sibi, * justítia & pax osculátæ sunt.

Véritas de terra orta est,* & justítia de cœlo prospéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem, * & terra nostra dabit fructum suum:

Justítia ante eum ambulábit, * & ponet in via gressus suos.

Ant. Dómine virtútum, beátus homo qui sperat in te! *Ps.* 83. 13.

℣. In die mandávit Dóminus misericórdiam suam, ℟. Et nocte cánticum ejus. *Ps.* 41. 9.

℣. *Sacerdotalis*, Cognóscant quia nomen tibi Dóminus, ℟. Tu solus altíssimus in omni terra. *Ps.* 82. 19.

AD LAUDES.

Ant. 6. F. Tu, Dómine.

PSALMUS 85.

Adversùs potentium minas, postulat anima Dei vires.

INclina, Dómine, aurem tuam, & exaúdi me; * quóniam inops & pauper sum ego:

Custódi ánimam meam: quóniam sanctus sum; * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.

Miserére meî, Dómine, quóniam ad te clamávi totâ die; * lætífica ánimam servi tui, quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi:

Quóniam tu, Dómine, suávis & mitis, * & multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Aúribus pércipe, Dómine, oratiónem meam, * & inténde voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te, * quia exaudísti me.

Non est símilis tuî in diis, Dómine; * & non est secúndùm ópera tua.

Omnes gentes quascúmque fecísti, vénient, & adorábunt coram te, Dómine, * & glorificábunt nomen tuum;

Quóniam magnus es tu, & fáciens mirabília; * tu es Deus solus.

Ant. Tu, Dómine, suávis & mitis, & multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te. *v.* 5.

Ant. 7. c. Glorificábo.

Divisio PSALMI 85.

DEduc me, Dómine, in via tua, & ingrédiar in veritáte tua: * lætétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine Deus meus, in toto corde meo, * & glorificábo nomen tuum in ætérnum:

Quia misericórdia tua magna est super me, * & erui-

ıam meam ex inférno
:i.
; , iníqui inſurrèxé-
per me, & ſynagóga
um quæſiérunt áni-
.eam; * & non propo-
: te in conſpéctu ſuo.
:, Dómine, Deus mi-
& miſéricors, * pá-
& mul:æ miſericór-
verax.
ıice in me, & miſe-
eî ; * da impérium
úero tuo, & ſalvum
ım ancíllæ tuæ.
mecum ſignum in bo-
ut vídeant qui odé-
e, & confundántur: *
m tu, Dómine, adju-
e, & conſolátus es me.
·. Glorificábo nomen
n ætérnum. *v.* 12.
·. 4. E. Meditátus

ALMUS 142.
ım Dei reverens ani-
ıfflicta petit ejus ſpi-
n qui regat, & miſe-
rdiam quæ ſalvet.
nine, exaúdi orátió-
m meam, aúribus pér-
bſecratiónem meam
táte tua, * exaúdi me
juſtítia;
on intres in judícium
:rvo tuo, * quia non
ábitur in conſpéctu
ınis vivens;
a perſecútus eſt ini-
ánimam meam, *
ávit in terra vitam
;
locávit me in obſcúris
nórtuos ſǽculi, * &
anxiátus eſt ſuper me ſpíri-
tus meus, in me turbátum
eſt cor meum.

Memor fui diérum anti-
quórum, meditátus ſum in
ómnibus opéribus tuis, *
in factis mánuum tuárum
meditábar.

Expándi manus meas ad
te; * ánima mea ſicut terra
ſine aqua tibi.

Velóciter exaúdi me, Dó-
mine, * defécit ſpíritus
meus.

Non avértas fáciem tuam
à me, * & símilis eró
deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè
miſericórdiam tuam; * quia
in te ſperávi.

Notam fac mihi viam in
qua ámbulem; * quia ad te
levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis,
Dómine, ad te confúgi: *
doce me fácere voluntá-
tem tuam, quia Deus meus
es tu.

Spíritus tuus bonus dedú-
cet me in terram rectam: *
propter nomen tuum, Dó-
mine, vivificábis me in
æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne
ánimam meam, * & in mi-
ſericórdia tua diſpérdes ini-
mícos meos;

Et perdes omnes qui trí-
bulant ánimam meam, *
quóniam ego ſervus tuus
ſum.

Ant. Meditátus ſum in
ómnibus opéribus tu's. *v.* 5.

Ant. 7. a. Opéruit cœlos.

CANTICUM *Habacuc. c. 3. 1. ad fin.*

Venientis Dei in auxilium suorum majestas; gentium, solis & abyssi terror: justus verò in Deo Jesu suo exultans.

DOmine, audívi auditiónem tuam, * & tímui.

Dómine, opus tuum * in médio annórum vivífica illud.

In médio annórum notum fácies: * cum irátus fúeris, misericórdiæ recordáberis.

Deus ab Austro véniet, * & Sanctus de monte Pharan.

Opéruit cælos glória ejus; * & laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus ut lux erit, * córnua in mánibus ejus,

Ibi abscóndita est fortitúdo ejus: * ante fáciem ejus ibit mors;

Et egrediétur diábolus ante pedes ejus: * stetit, & mensus est terram.

Aspexit, & dissolvit gentes * & contriti sunt montes sæculi.

Incurvati sunt colles mundi, * ab itineribus æternitatis ejus.

Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, * turbabuntur pelles terræ Madian.

Numquid in flumínibus irátus es, Dómine? * aut in flumínibus furor tuus? vel in mari indignátio tua?

Qui ascendes super equos tuos, * & quadrigæ tuæ [illegible]

Súscitans suscitábis arcum tuum, * juraménta tríbubus, quæ locútus es.

Flúvios scindes terræ, vidérunt te, & doluérunt montes; * gurges aquárum tránsiit.

Dedit abyssus vocem suam: * altitúdo manus suas levávit.

Sol & luna stetérunt in habitáculo suo, * in luce sagittárum tuárum ibunt, in splendóre fulgurántis hastæ tuæ.

In frémitu conculcábis terram, * & in furóre obstupefácies gentes.

Egréssus es in salútem pópuli tui, * in salútem cum christo tuo.

Percussísti caput de domo ímpii; * denudásti fundaméntum ejus usque ad collum.

Maledixísti sceptris ejus, cápiti bellatórum ejus, * veniéntibus ut turbo ad dispergéndum me.

Exultátio eórum, * sicut ejus qui dévorat páuperem in abscóndito.

Viam fecísti in mari equis tuis, * in luto aquárum multárum.

Audívi & conturbátus est venter meus: * a voce contremuérunt lábia mea.

Ingrediátur putrédo in óssibus meis, * & subter me scáteat.

Ut requiéscam in die tribulatiónis: * ut ascéndam ad pópulum [illegible] nostrum.

Ficus enim non florébit ; * & non erit germen in víneis.

Mentiétur opus olívæ ; * & arva non áfferent cibum.

Abſcindétur de ovíli pecus ; * & non erit arméntum in præſépibus.

Ego autem in Dómino gaudébo, * & exultábo in Deo Jeſu meo.

Deus Dóminus fortitúdo mea ; * & ponet pedes meos quaſi cervórum ;

Et ſuper excélſa mea dedúcet me victor * in pſalmis canéntem.

Ant. Opéruit cœlos glória ejus ; & laudis ejus plena eſt terra. *v.* 3.

[*In Feſtis, loco ſuperioris Cantici, dicitur ſequens*

CANTICUM *Iſaiæ.*

c. 26. 1. *ad* 9.

Superbos tandem pes egeni conculcat ; pacifica genti veritatis atria panduntur.

URbs fortitúdinis noſtræ Sion, * ſalvátor ponétur in ea murus & antemurále.

Aperíte portas, * & ingrediátur gens juſta, cuſtódiens veritátem.

Vetus error ábiit : ſervábis pacem ; * pacem, quia in te ſperávimus.

Speráſtis in Dómino in ſéculis ætérnis, * in Dómino Deo forti in perpétuum.

Quia incurvábit habitántes in excélſo, * civitátem ſublímem humiliábit.

Humiliábit eam uſque ad terram, * détrahet eam uſque ad púlverem.

Conculcábit eam pes, * pedes paúperis, greſſus egenórum.

Sémita juſti recta eſt, * rectus callis juſti ad ambulándum.

Et in ſémita judiciórum tuórum, Dómine ; ſuſtinúimus te : * nomen tuum & memoriále tuum in deſidério ánimæ.

Anima mea deſiderávit te in nocte ; * ſed & ſpíritu meo in præcórdiis meis de manè vigilábo ad te.

Cùm féceris judícia tua in terra, * juſtítiam diſcent habitatóres orbis.

Miſereámur ímpio, & non diſcet juſtítiam : * in terra ſanctórum iníqua geſſit, & non vidébit glóriam Dómini.

Dómine, exaltétur manus tua, * & non vídeant ;

Vídeant, & confundántur zelántes pópuli : * & ignis hoſtes tuos dévoret.

Dómine, dabis pacem nobis : * ómnia enim ópera noſtra operátus es nobis.]

Ant. 5. a. Laudent nomen ejus.

PSALMUS *Laudum* 149.

Sanctorum remuneratori magnifico Deo Canticum.

CAntáte Dómino cánticum novum ; * laus ejus in ecclésia ſanctórum.

Lætétur Iſraël in eo qui

[redacted]

fecit eum, * & filii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro, * in tympano, & psaltério psallant ei;

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo, * & exaltábit mansuétos in salútem.

Exultábunt sancti in glória, * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum; * & gládii ancípites in mánibus eórum,

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus, * increpatiónes in pópulis;

Ad alligándos reges eórum in compédibus, * & nóbiles eórum in mánicis férreis,

Ut fáciant in eis judícium conscríptum: * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Ant. Laudent nomen ejus in choro, in tympano, & psaltério psallant ei. *v.* 3.

Capitulum. *Rom.* 14. 19.

Quæ pacis sunt, sectémur; & quæ ædificatiónis sunt, in ínvicem custodiámus.

Hymnus. *Besnault.*

Celsi Tonántis Unice,
Castǽque proles Vírginis,
[illegible] stat salus mortálium,
[illegible] ces, illábere.
[illegible] manè primo débitas
[illegible] tibi rependere,
[illegible] per inténtos tuis
[illegible] e, Christe, laudibus.

Sincera radíces agat
In corde símplici fides,
Immóta spes congaúdeat,
His major adsit cáritas.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Tibíque, sancte-Spíritus,
In sempitérna sǽcula.
Amen.

℣. Audítam fac mihi manè misericórdiam tuam; ℟. Quia in te sperávi. *Ps.* 142. 8.

Ad Benedictus, *Ant.* 1. *D.* Serviámus in sanctitáte, & justítia coram Dómino, ómnibus diébus nostris. *Luc.* 1. 74. 75.

AD PRIMAM.

Ant. 4. *E.* Inclina.

Psalmus 86.

Civitatis Dei gloria, robur & felicitas.

Fundaménta ejus in móntibus sanctis: * díligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

Gloriósa dicta sunt de te, * cívitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylónis * sciéntium me.

Ecce alienígenæ, & Tyrus & pópulus Æthiópum; * fuérunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo & homo natus est in ea, * & ipse fundávit eam Altíssimus?

Dóminus narrábit in scriptúris populórum & príncipum; * horum qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium: * ómnium habitátio est in te.

PSALMUS 87.

Oratio pereuntis, adversùs iram, misericordiam implorantis à Deo.

DOmine Deus salútis meæ, * in die clamávi & nocte coram te.

Intret in conspéctu tuo orátio mea, * inclína aurem tuam ad precem meam:

Quia repléta est malis ánima mea, * & vita mea inférno appropinquávit.

Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum, * factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber,

Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, quorum non es memor ámpliùs; * & ipsi de manu tua repúlsi sunt.

Posuérunt me in lacu inferióri, * in tenebrósis, & in umbra mortis.

Super me confirmátus est furor tuus, * & omnes fluctus tuos induxísti super me.

Longè fecísti notos meos à me, * posuérunt me abominatiónem sibi.

Tráditus sum, & non egrediébar; * óculi mei languérunt præ inópia.

Divisio PSALMI 87.

CLamávi ad te, Dómine, totâ die; * expándi ad te manus meas.

Numquid mórtuis fácies mirabília, * aut médici suscitábunt, & confitebúntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, * & veritátem tuam in perditióne?

Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua, * & justítia tua in terra obliviónis?

Et ego ad te, Dómine, clamávi, * & manè orátio mea prævéniet te.

Ut quid, Dómine, repéllis orātiónem meam, * avértis fáciem tuam à me?

Pauper sum ego, & in labóribus à juventúte mea, * exaltátus autem humiliátus sum, & conturbátus.

In me transiérunt iræ tuæ, * & terróres tui conturbavérunt me:

Circumdedérunt me sicut aqua totâ die, * circumdedérunt me simul.

Elongásti à me amícum, & próximum, * & notos meos à miséria.

Ant. Inclína aurem tuam ad precem meam. *Ps.* 87. 3.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Misericórdias Dómini.

PSALMUS 88.

Potenti & misericordi Deo Canticum: promissiones Davidi facta: stirpis ejus infortunia: invocatur liberator.

MIsericórdias Dómini * in ætérnum cantábo.

In generatiónem & gene-

ratiónem * annuntiábo veritátem tuam in ore meo;

Quóniam dixísti : In ætérnum misericórdia ædificábitur in cœlis, * præparábitur véritas tua in eis :

Dispósui testaméntum eléctis meis; * jurávi David servo meo, Usque in ætérnum præparábo semen tuum;

Et ædificábo in generatiónem & generatiónem * sedem tuam.

Confitebúntur cœli mirabília tua, Dómine; * étenim veritátem tuam in ecclésia sanctórum.

Quóniam quis in núbibus æquábitur Dómino, * símilis erit Deo in fíliis Dei?

Deus, qui glorificátur in concílio sanctórum, * magnus & terríbilis super omnes qui in circúitu ejus sunt.

Dómine Deus virtútum, quis símilis tibi? * potens es, Dómine, & véritas tua in circúitu tuo.

Tu domináris potestáti maris, * motum autem flúctuum ejus tu mítigas :

Tu humiliásti sicut vulnerátum, supérbum; * in bráchio virtútis tuæ dispersísti inimícos tuos :

Tui sunt cœli, & tua est terra; orbem terræ, & plenitúdinem ejus tu fundásti; * aquilónem & mare tu creásti :

Thabor & Hermon in nómine tuo exultábunt: * tuum bráchium cum poténtia.

Firmétur manus tua, & exaltétur déxtera tua; * justítia & judícium præparátio sedis tuæ.

Misericórdia & véritas * præcédent fáciem tuam :

Beátus pópulus qui scit jubilatiónem; * Dómine, in lúmine vultûs tui ambulábunt,

Et in nómine tuo exultábunt totâ die; * & in justítia tua exaltabúntur :

Quóniam glória virtútis eórum tu es; * & in beneplácito tuo exaltábitur cornu nostrum :

Quia Dómini est assúmptio nostra, * & sancti Israël regis nostri.

Divisio PSALMI 88.

TUnc locútus es in visióne sanctis tuis, & dixísti : * Pósui adjutórium in poténte, & exaltávi eléctum de plebe mea.

Invéni David servum meum, * óleo sancto meo unxi eum :

Manus enim mea auxiliábitur ei, * & bráchium meum confortábit eum :

Nihil profíciet inimícus in eo, * & fílius iniquitátis non appónet nocére ei.

Et concídam à fácie ipsíus inimícos ejus, * & odiéntes eum in fugam convértam.

Et véritas mea, & misericórdia mea cum ipso; * & in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum

ẋ in fluminibus déx-
us.
nvocábit me : Pater
tu, * Deus meus, &
›r ſalútis meæ :
› primogénitum po-
ım, * excélſum præ
terræ,
érnum ſervábo illi
›rdiam meam, * &
ıtum meum fidéle

nam in ſéculum ſé-
en ejus, * & thro-
ıs ſicut dies cœli.
em derelíquerint fí-
egem meam, * & in
meis non ambulá-

ítias meas profaná-
* & mandáta mea
todíerint;
bo in virga iniqui-
ːum, * & in verbé-
ːccáta córum :
ːcórdiam autem meã
›érgam ab eo, * ne-
ːbo in veritáte mea :
e profanábo teſta-
meum, * & quæ
nt de lábiis meis,
ːam írrita.
. jurávi in ſancto
David méntiar, *
|us in ætérnum ma-

ronus ejus ſicut ſol
›éctu meo, & ſicut
féčta in ætérnum : *
in cœlo fidélis.
livíſio PSALMI 88.
erò repulíſti, & deſ-
íſti, * diſtulíſti
ı tuum.

Evertíſti teſtaméntum ſer-
vi tui, * profanáſti in terra
ſanctuárium ejus :
Deſtruxíſti omnes ſepes
ejus, * poſuíſti firmamén-
tum ejus formídinem :
Diripuérunt eum omnes
tranſeúntes viam ; * factus
eſt oppróbrium vicínis ſuis :
Exaltáſti déxteram depri-
méntium eum, * lætificáſti
omnes inimícos ejus :
Avertíſti adjutórium glá-
dii ejus, * & non es auxi-
liátus ei in bello :
Deſtruxíſti eum ab emun-
datióne, * & ſedem ejus in
terram colliſíſti :
Minoráſti dies témporis
ejus, * perfudíſti eum con-
fuſióne.
Uſquequo, Dómine, avér-
tis in finem, * exardéſcet
ſicut ignis ira tua ?
Memoráre quæ mea ſub-
ſtántia : * numquid enim
vanè conſtituíſti omnes fi-
lios hóminum ?
Quis eſt homo qui vivet,
& non vidébit mortem ; *
éruet ánimam ſuam de ma-
nu ínferi ?
Ubi ſunt miſericórdiæ tuæ
antíquæ, Dómine, * ſicut
juráſti David in veritáte
tua ?
Memor eſto, Dómine, op-
próbrii ſervórum tuórum, *
quod contínui in ſinu meo,
multárum géntium ;
Quod exprobravérunt iní-
míci tui, Dómine, * quod
exprobravérunt commuta-
tiónem chriſti tui.

Benedíctus Dóminus in ætérnum. * Fiat, fiat.

Ant. Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo. *v.* 2.

AD SEXTAM.

Ant. 7 *d.* Quàm magnificáta sunt.

PSALMUS 89.

Fugax hominum vita: iræ Dei potestas: gratiæ splendòr invocatur.

DOmine, refúgium factus es nobis * à generatióne in generatiónem.

Priúsquàm montes fierent, aut formarétur terra & orbis, * à século & usque in séculum tu es Deus.

Ne avértas hóminem in humilitátem; * & dixísti: Convertímini, filii hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos, * tanquam dies hestérna quæ prætériit, & custódia in nocte.

Quæ pro níhilo habéntur, * eórum anni erunt.

Manè sicut herba tránseat, manè flóreat, & tránseat; * véspere décidat, indúret, & aréscat.

Quía defécimus in ira tua, * & in furóre tuo turbáti sumus.

Posuísti iniquitátes nostras in conspéctu tuo, * séculum nostrum in illuminatióne vultûs tui.

Quóniam omnes dies nostri defecérunt, * & in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut aránea meditabúntur: * dies annórum nostrórum, in ipsis septuagínta anni:

Si autem in potentátibus, octogínta anni; * & ámpliùs eórum, labor & dolor:

Quóniam supervénit mansuetúdo, * & corripiémur.

Quis novit potestátem iræ tuæ, * & præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Divisio PSALMI 89.

DExteram tuam sic notam fac, * & erudítos corde in sapiéntia.

Convértere, Dómine, úsquequo? * & deprecábilis esto super servos tuos.

Repléti sumus manè misericórdiâ tuâ; * & exultávimus, & delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Lætáti sumus pro diébus quibus nos humiliásti, * annis quibus vídimus mala.

Réspice in servos tuos, & in ópera tua; * & dírige filios eórum.

Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, * & ópera mánuum nostrárum dírige super nos, & opus mánuum nostrárum dírige.

PSALMUS 91.

In operibus suis magnificus Deus, justus in judiciis, in omnibus laudandus.

BOnum est confitéri Dómino, * & psállere nómini tuo, Altíssime;

Ad annuntiándum manè misericórdiam

:diam tuam, * &
ı tuam per noctem,
chórdo psaltério, *
ico in cíthara:
lelectásti me, Dó-
factúra tua, * &
us mánuum tuárum
.
magnificáta sunt
a, Dómine! * ni-
fúndæ factæ sunt
ınes tuæ:
sípiens non cognós-
: stultus non intélli-

xórti fúerint pecca-
ıt fœnum, * & ap-
t omnes qui operán-
uitátem, ut inté-
séculum séculi:
tem Altíssimus * in
ı, Dómine:
am ecce inimíci tui,
, quóniam ecce ini-
períbunt, * & dis-
ır omnes qui ope-
ıiquitátem.
altábitur sicut uni-
cornu meum, * &
; mea in misericór-
ri.
:spéxit óculus meus
s meos; * & in in-
ibus in me malignán-
ıdiet auris mea.
s ut palma florébit, *
drus Líbani multipli-
.
:áti in domo Dómi-
in átriis domûs Dei
lorébunt.
ıc multiplicabúntur
cta úberi: * & bene
es erunt,

Ut annúntient quóniam rectus Dóminus Deus noster, * & non est iníquitas in eo.

Ant. Quàm magnificáta sunt ópera tua, Dómine! nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ. ℣. 6.

AD NONAM.

Ant. 8. a. Factus est.

PSALMUS 93.

Deus omnium inspector; superborum est vindex, consolatorque bonorum.

DEus ultiónum Dóminus, * Deus ultiónum líberè egit.

Exaltáre, qui júdicas terram: * redde retributiónem supérbis.

Usquequo peccatóres, Dómine, * úsquequo peccatóres gloriabúntur?

Effabúntur & loquéntur iniquitátem, * loquéntur omnes qui operántur injustítiam?

Pópulum tuum, Dómine, humiliavérunt, * & hereditátem tuam vexavérunt:

Víduam & ádvenam interfecérunt, * & pupíllos occidérunt:

Et dixérunt. Non vidébit Dóminus, * nec intélliget Deus Jacob.

Intellígite, insipiéntes in pópulo; * & stulti, aliquándo sápite.

Qui plantávit aurem, non áudiet? * aut qui finxit óculum, non consíderat?

Qui córripit gentes, non árguet? * qui docet hóminem sciéntiam?

Dóminus scit cogitatiónes hóminum, * quóniam vanæ sunt.

Beátus homo quem tu erudíeris, Dómine, * & de lege tua docúeris eum;

Ut mítiges ei à diébus malis, * donec fodiátur peccatóri fóvea.

Quia non repéllet Dóminus plebem suam, * & hereditátem suam non derelínquet,

Quoadúsque justítia convertátur in judícium; * & qui juxta illam, omnes qui recto sunt corde.

Quis consúrget mihi advérsùs malignántes? * aut quis stabit mecum advérsùs operántes iniquitátem?

Nisi quia Dóminus adjúvit me, * paulò minùs habitásset in inférno ánima mea.

Si dicébam: Motus est pes meus; * misericórdia tua, Dómine, adjuvábat me.

Secúndùm multitúdinem dolórum meórum in corde meo, * consolatiónes tuæ lætificavérunt ánimam meam.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitátis, * qui fingis labórem in præcépto?

Captábunt in ánimam justi, * & sánguinem innocéntem condemnábunt.

Et factus est mihi Dóminus in refúgium, * & Deus meus in adjutórium spei meæ.

Et reddet illis iniquitátem ipsórum, & in malítia eórum dispérdet eos; * dispérdet illos Dóminus Deus noster.

PSALMUS 95.

Hymnus regnanti & populos judicaturo Deo.

CAntáte Dómino cánticum novum; * cantáte Dómino, omnis terra.

Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus; * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus:

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis; * terríbilis est super omnes deos:

Quóniam omnes dii géntium, dæmónia; * Dóminus autem cœlos fecit.

Conféssio & pulcritúdo in conspéctu ejus; * sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino, pátriæ géntium, afférte Dómino glóriam & honórem; * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, & introíte in átria ejus; * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus univérsa terra: * dícite in géntibus, quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem

qui non commové-
* judicábit pópulos
táte.
ıtur cœli, & exúltet
:ommoveátur mare,
túdo ejus; * gaudé-
mpi, & ómnia quæ
ınt.
: exultábunt ómnia
lvárum à fácie Dó-
quia venit; * quó-
:nit judicáre terram.
:ábit orbem terræ in
e, * & pópulos in
: sua.
ALMUS 96.
:tis Dei splendor;
tas sculptilium; soli
sit laus, solus est
:inus.
ninus regnávit, exúl-
: terra, * læténtur
nultæ.
:s & calígo in circúi-
; * justítia & judí-
orréctio sedis ejus.
ante ipsum præcé-
& inflammábit in
inimícos ejus.
érunt fúlgura ejus
:ræ: * vidit, & com-
t terra.
tes sicut cera fluxé-
ácie Dómini; * à fá-
nini omnis terra.
ıntiavérunt cœli ju-
ejus; * & vidérunt
pópuli glóriam ejus.
undántur omnes qui
: sculptília, * & qui
tur in simulácris suis.
áte eum, omnes An-
s: * audívit, & læ-
Sion;

Et exultavérunt fíliæ Judæ * propter judícia tua, Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram; * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum: * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætítia.

Lætámini, justi, in Dómino, * & confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Ant. Factus est mihi Dóminus in refúgium, & Deus meus in adjutórium spei meæ, *Ps.* 93. 22.

AD VESPERAS.

Ant. 5. a. In conspéctu.

PSALMUS 137.

Stant Angeli in circuitu throni: coram ipsis celebrat anima misericordiam Dei.

Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo; * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi; * adorábo ad templum sanctum tuum;

Et confitébor nómini tuo super misericórdia tua, & veritáte tua; * quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me; *

multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi, Dómine, omnes reges terræ; * quia audiérunt ómnia verba oris tui;

Et cantent in viis Dómini, * quóniam magna est glória Dómini;

Quóniam excélsus Dóminus, & humília réspicit, * & alta à longè cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me; * & super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, & salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me: Dómine, misericórdia tua in séculum; * ópera mánuum tuárum ne despícias.

Ant. In conspéctu Angelórum psallam tibi. *v.* 2.

Ant. 3. *a.* Suscepísti me.

PSALMUS 138.

A puero inevitabilis in nos Dei inspectio, & vigil providentia.

DOmine, probásti me, & cognovísti me; * tu cognovísti sessiónem meam, & resurrectiónem meam.

Intellexísti cogitatiónes meas de longè, * sémitam meam, & funículum meum investigásti;

Et omnes vias meas prævidísti; * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce, Dómine, tu cognovísti ómnia novíssima, & antíqua: * tu formásti me, & posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me; * confortáta est, & non pótero ad eam.

Quò ibo à spíritu tuo? * & quò à fácie tua fúgiam?

Si ascéndero in cœlum, tu illìc es; * si descéndero in inférnum, ades:

Si sumpsero pennas meas dilúculo, * & habitávero in extrémis maris;

Etenim illuc manus tua dedúcet me, * & tenébit me déxtera tua.

Et dixi: Fórsitan ténebræ conculcábunt me, * & nox illuminátio mea in delíciis meis;

Quia ténebræ non obscurabúntur à te, & nox sicut dies illuminábitur; * sicut ténebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos; * suscepísti me de útero matris meæ.

Confitébor tibi, quia terribíliter magnificátus es: * mirabília ópera tua, & ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum à te, quod fecísti in occúlto; * & substántia mea in inferióribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui; & in libro tuo omnes scribéntur; * dies formabúntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui, Deus; * nimis confortátus est principátus eórum;

merábo eos, & super
multiplicabúntur; *
i, & adhuc sum te-

íderis, Deus, pecca-
viri sánguinum, de-
a me;
dícitis in cogitatió-
accípient in vanitáte
s tuas.
e qui odérunt te, Dó-
oderam; * & super
s tuos tabescébam?
Ɛto ódio óderam il-
& inimíci facti sunt

a me, Deus, & scito
um; * intérroga me,
osce sémitas meas.
le, si via iniquitátis
st; * & deduc me in
na.
Suscepísti me de
atris meæ. *v.* 15.
. E. Deus meus es tu.
ALMUS 139.
sperat Ecclesia opem
dversùs improbos.
e me, Dómine, ab
mine malo: * à viro
ripe me.
ogitavérunt iniqui-
corde, * totâ die
ébant prælia:
unt linguas suas si-
éntis, * venénum
sub lábiis eórum.
di me, Dómine, de
eccatóris: * & ab
us iníquis éripe me,
cogitavérunt sup-
gressus meos, *
érunt supérbi lá-
mihi,

Et funes extendérunt in láqueum; * juxta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es tu; * exaúdi, Dómine, vocem deprecatiónis meæ.

Dómine, Dómine, virtus salútis meæ, * obumbrásti super caput meum in die belli.

Ne tradas me, Dómine, à desidério meo, peccatóri; * cogitavérunt contra me, ne derelínquas me, ne fortè exalténtur.

Caput circúitûs eórum, * labor labiórum ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, in ignem dejícies eos; * in misériis non subsístent.

Vir linguósus non dirigétur in terra; * virum injústũ mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus judícium ínopis, * & vindíctam paúperum.

Verúmtamen justi confitebúntur nómini tuo; * & habitábunt recti cum vultu tuo.

Ant. Deus meus es tu; exaúdi, Dómine, vocem deprecatiónis meæ. *v.* 7.

Ant. 8. c. Ad te, Dómine.

PSALMUS 140.

Postulat justus patientiam in adversis & salutem.

DOmine, clamávi ad te; exaúdi me; * inténde voci meæ, cùm clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut

fecit eum, * & filii Sion exúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro, * in tympano, & psaltério psallant ei;

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo, * & exaltábit mansuétos in salútem.

Exultábunt sancti in glória, * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum, * & gládii ancípites in mánibus eórum,

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus, * increpatiónes in pópulis;

Ad alligándos reges eórum in compédibus, * & nóbiles eórum in mánicis férreis,

Ut fáciant in eis judícium conscríptum: * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Ant. Laudent nomen ejus in choro, in tympano, & psaltério psallant ei. *v.* 3.

CAPITULUM. *Rom.* 14. 19.

QUæ pacis sunt, sectémur; & quæ ædificatiónis sunt, in ínvicem custodiámus.

HYMNUS. *Besnault.*

CElsi Tonántis Unice,
Castæque proles Vírginis,
Quo stat salus mortálium,
Purus dies, illábere.

FAC manè primo débitas
Grates tibi repéndere,
Fac semper inténtos tuis
Nos esse, Christe, laúdibus.

SINCERA radíces agat
In corde símplici fides,
Immóta spes congaúdeat,
His major adsit cáritas.

DEO Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Tibíque, sancte-Spíritus,
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. Audítam fac mihi manè misericórdiam tuam; ℟. Quia in te sperávi. *Ps.* 142. 8.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. *D.* Serviámus in sanctitáte, & justítia coram Dómino, ómnibus diébus nostris. *Luc.* 1. 74. 75.

AD PRIMAM.

Ant. 4. *E.* Inclína.

PSALMUS 86.

Civitatis Dei gloria, robur & felicitas.

FUndaménta ejus in móntibus sanctis: * díligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

Gloriósa dicta sunt de te, * cívitas Dei.

Memor ero Rahab & Babylónis * sciéntium me.

Ecce alienígenæ, & Tyrus, & pópulus Æthíopum; * hi fuérunt illìc.

Numquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea; * & ipse fundávit eam Altíssimus?

Dóminus narrábit in scriptúris populórum & príncipum; * horum qui fuérunt in ea,

Sicut lætántium:*ómnium habitátio est in te.

PSALMUS 87.

Oratio pereuntis, adversùs iram, misericordiam implorantis à Deo.

DOmine Deus salútis meæ, * in die clamávi & nocte coram te.

Intret in conspéctu tuo orátio mea, * inclína aurem tuam ad precem meam:

Quia repléta est malis ánima mea, * & vita mea inférno appropinquávit.

Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum, * factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber,

Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, quorum non es memor ámpliùs; * & ipsi de manu tua repúlsi sunt.

Posuérunt me in lacu inferióri, * in tenebrósis, & in umbra mortis.

Super me confirmátus est furor tuus, * & omnes fluctus tuos induxísti super me.

Longè fecísti notos meos à me, * posuérunt me abominatiónem sibi.

Tráditus sum, & non egrediébar; * óculi mei languérunt præ inópia.

Divisio PSALMI 87.

CLamávi ad te, Dómine, totâ die; * expándi ad te manus meas.

Numquid mórtuis fácies mirabília,* aut médici suscitábunt, & confitebúntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, * & veritátem tuam in perditióne?

Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua, * & justítia tua in terra obliviónis?

Et ego ad te, Dómine, clamávi, * & manè orátio mea prævéniet te.

Ut quid, Dómine, repéllis oratiónem meam,* avértis fáciem tuam à me?

Pauper sum ego, & in labóribus à juventúte mea, * exaltátus autem humiliátus sum, & conturbátus.

In me transiérunt iræ tuæ,* & terróres tui conturbavérunt me:

Circumdedérunt me sicut aqua totâ die, * circumdedérunt me simul.

Elongásti à me amícum, & próximum, * & notos meos à miséria.

Ant. Inclína aurem tuam ad precem meam. *Ps.* 87. 3.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Misericórdias Dómini.

PSALMUS 88.

Potenti & misericordi Deo Canticum: promissiones Davidi facta: stirpis ejus infortunia: invocatur liberator.

MIsericórdias Dómini * in ætérnum cantábo.

In generatiónem & gene-

Jubiláte in conspéctu Regis Dómini ; * moveátur mare, & plenitúdo ejus ; orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exultábunt à conspéctu Dómini ; * quóniam venit judicáre terram :

Judicábit orbem terrárum in justítia, * & pópulos in æquitáte.

PSALMUS 98.

Adoremus regnantem Deum: olim invocantes exaudívit ; nunc orantes non despiciet.

DOminus regnávit, irascántur pópuli ; * qui sedet super Chérubim, moveátur terra.

Dóminus in Sion magnus, * & excélsus super omnes pópulos.

Confiteántur nómini tuo magno, quóniam terríbile & sanctum est : * & honor Regis judícium díligit.

Tu parásti directiónes, * judícium & justítiam in Jacob tu fecísti.

Exaltáte Dóminum Deum nostrum ; * & adoráte scabéllum pedum ejus, quóniam sanctum est.

Móyses & Aáron in sacerdótibus ejus, * & Sámuël inter eos qui ínvocant nomen ejus.

Invocábant Dóminum, & ipse exaudiébat eos ; * in colúmna nubis loquebátur ad eos.

Custodiébant testimónia ejus, * & præcéptum quod dedit illis.

Dómine Deus noster, tu exaudiébas eos ; * Deus tu propítius fuísti eis, & ulcíscens in omnes adinventiónes eórum.

Exaltáte Dóminum Deum nostrum, & adoráte in monte sancto ejus ; * quóniam sanctus Dóminus Deus noster.

PSALMUS 100.

Misericordiæ divinæ laus : norma benè vivendi.

MIsericórdiam & judícium * cantábo tibi, Dómine.

Psallam & intélligam in via immaculáta, * quando vénies ad me.

Perambulábam in innocéntia cordis mei, * in médio domûs meæ.

Non proponébam ante óculos meos rem injústam, * faciéntes prævaricatiónes odívi.

Non adhæsit mihi cor pravum, * declinántem à me malígnum non cognoscébam.

Detrahéntem secrétò próximo suo, * hunc persequébar.

Supérbo óculo & insatiábili corde, * cum hoc non edébam.

Oculi mei ad fidéles terræ ut sédeant mecum ; * ámbulans in via immaculáta, hic mihi ministrábat.

Non habitábit in médio domûs meæ qui facit su-

: * qui lóquitur iní-
n diréxit in conspé-
órum meórum.
:utíno interficiébam
eccatóres terræ, *
rderem de civitáte
omnes operántes
em.
Exaltáte Dóminum
ostrum, & adoráte
:e sancto ejus. *Ps.*

I. NOCTURNO.

. D. In quacúmque

ALMUS 101.

evis & misera : so-
eus miseriam nescit
rtem.

ine, exaúdi oratió-
ı meam, * & cla-
us ad te véniat.
avértas fáciem tuam
* in quacúmque die
, inclína ad me au-
m.
acúmque die invocá-
, * velóciter exaúdi

defecérunt sicut fu-
s mei, * & ossa mea
mium aruérunt.
ssus sum ut fœnum,
cor meum, * quia
sum comédere pa-
:um.
ce gémitûs mei *
os meum carni

is factus sum pelicá-
:idinis; * factus sum
rcticorax in domi-

ivi, * & factus sum

sicut passer solitárius in tecto.

Totâ die exprobrabant mihi inimíci mei; * & qui laudábant me, advérsum me jurábant.

Quia cínerem tanquam panem manducábam, * & potum meum cum fletu miscébam.

A fácie iræ, & indignatiónis tuæ; * quia élevans allisísti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt, * & ego sicut fœnum árui.

Tu autem, Dómine, in ætérnum pérmanes, * & memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Divisio Psalmi 101.

TU exúrgens miseréberis Sion; * quia tempus miseréndi ejus, quia venit tempus;

Quóniam placuérunt servis tuis lápides ejus, * & terræ ejus miserebúntur.

Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine, * & omnes reges terræ glóriam tuam;

Quia ædificávit Dóminus Sion; * & vidébitur in glória sua:

Respéxit in oratiónem humílium, * & non sprevit precem eórum.

Scribántur hæc in generatióne áltera; * & pópulus qui creábitur laudábit Dóminum;

Quia prospéxit de excélso sancto suo; * Dóminus de cœlo in terram aspéxit,

Ut audíret gémitus com-

peditórum, * ut sólveret fílios interemptórum,
Ut annúntient in Sion nomen Dómini, * & laudem ejus in Jerúsalem;
In conveniéndo pópulos in unum, & reges, * ut sérviant Dómino.
Respóndit ei in via virtútis suæ; * Paucitátem diérum meórum núntia mihi:
Ne révoces me in dimídio diérum meórum: * in generatiónem & generatiónem anni tui.
Altera divisio PSALMI 101.
INitio tu, Dómine, terram fundásti, * & ópera mánuum tuárum sunt cœli.
Ipsi períbunt; tu autem pérmanes; * & omnes sicut vestiméntum veteráscent:
Et sicut opertórium mutábis eos, & mutabúntur; * tu autem idem ipse es, & anni tui non defícient.
Fílii servórum tuórum habitábunt; * & semen eórum in séculum dirigétur.
Ant. In quacúmque die invocávero te, velóciter exaúdi me. *v.* 3.
PRO III. NOCTURNO.
Ant. 7. a. Quómodo miserétur.
PSALMUS 102.
Misericordi, benefico & Patri Deo Canticum animæ periculis & peccatis solutæ.
BEnedic, ánima mea, Dómino; * & ómnia quæ intrà me sunt, nómini sancto ejus.
Bénedic, ánima mea, Dómino, * & noli oblivísci omnes retributiónes ejus;
Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis; * qui sanat omnes infirmitátes tuas;
Qui rédimit de intéritu vitam tuam; * qui corónat te in misericórdia & miseratiónibus;
Qui replet in bonis desidérium tuum; * renovábitur ut áquilæ juvéntus tua.
Fáciens misericórdias Dóminus, * & judícium ómnibus injúriam patiéntibus.
Notas fecit vias suas Móysi, * fíliis Israël voluntátes suas.
Divisio PSALMI 102.
MIserátor & miséricors Dóminus, * longánimis & multùm miséricors.
Non in perpétuum irascétur, * neque in ætérnum comminábitur:
Non secúndùm peccáta nostra fecit nobis: * neque secúndùm iniquitátes nostras retríbuit nobis:
Quóniam secúndùm altitúdinem cœli à terra, * corroborávit misericórdiam suam super timéntes se.
Quantùm distat ortus ab occidénte, * longè fecit à nobis iniquitátes nostras.
Quómodo miserétur pater filiórum, misértus est Dóminus timéntibus se; * quóniam ipse cognóvit figméntum nostrum.
Recordátus est quóniam

pulvis ſumus ; * homo, ſicut fœnum dies ejus, tanquam flos agri ſic efflorébit.

Quóniam ſpíritus pertransíbit in illo, & non ſubsiſtet ; * & non cognóſcet ámpliùs locum ſuum.

Miſericórdia autem Dómini ab ætérno, * & uſque in ætérnum ſuper timéntes eum.

Et juſtítia illíus in fílios filiórum, * his qui ſervant teſtaméntum ejus,

Et mémores ſunt mandatórum ipsíus, * ad faciéndum ea.

Altera diviſio PSALMI 102.

DOminus in cœlo parávit ſedem ſuam ; * & regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino, omnes Angeli ejus, * poténtes virtúte, faciéntes verbum illíus, ad audiéndam vocem ſermónum ejus.

Benedícite Dómino, omnes virtútes ejus, * miníſtri ejus, qui fácitis voluntátem ejus.

Benedícite Dómino, ómnia ópera ejus, in omni loco dominatiónis ejus : * bénedic, ánima mea, Dómino.

Ant. Quómodo miserétur pater filiórum, miſértus eſt Dóminus timéntibus ſe. *v.* 13.

℣. Confitébor tibi in pópulis, Dómine, ℟. Et pſallam tibi in natiónibus. *Pſ.* 107. 4.

℣. *Sacerdotalis*, Confiteántur nómini tuo magno, ℟. Quóniam terríbile & ſanctum eſt. *Pſ.* 98. 3.

AD LAUDES.

Ant. 6. F. Bénedic.

PSALMUS 103.

Mirum ordinem mundi luſtrans anima celebrat ejus autorem bonum & magnificum Deum.

BEnedic, ánima mea, Dómino ; * Dómine Deus meus, magnificátus es veheménter.

Confeſſiónem & decórem induíſti, * amíctus lúmine ſicut veſtiménto ;

Exténdens cœlum ſicut pellem ; * qui tegis aquis ſuperióra ejus ;

Qui ponis nubem aſcénſum tuum ; * qui ámbulas ſuper pennas ventórum ;

Qui facis ángelos tuos ſpíritus ; * & miníſtros tuos ignem uréntem.

Qui fundáſti terram ſuper ſtabilitátem ſuam, * non inclinábitur in ſéculum ſéculi.

Abyſſus, ſicut veſtiméntum, amíctus ejus ; * ſuper montes ſtabunt aquæ.

Ab increpatióne tua fúgient ; * à voce tonítrui tui formidábunt.

Aſcéndunt montes, & deſcéndunt campi * in locum quem fundáſti eis.

Términum poſuíſti quem non tranſgrediéntur ; * neque converténtur operíre terram.

Qui emíttis fontes in con-

vállibus, * inter médium móntiũ pertransíbunt aquæ:

Potábunt omnes béstiæ agri; * expectábunt ónagri in siti sua.

Super ea vólucres cœli habitábunt, * de médio petrárum dabunt voces.

Rigans montes de superióribus suis, * de fructu óperum tuórum satiábitur terra:

Prodúcens fœnum juméntis, * & herbam servitúti hóminum,

Ut edúcas panem de terra, * & vinum lætíficet cor hóminis;

Ut exhílaret fáciem in óleo, * & panis cor hóminis confírmet.

Saturabúntur ligna campi, * & cedri Líbani quas plantávit;

Illìc pásseres nidificábunt; * heródii domus dux est eórum.

Montes excélsi cervis, * petra refúgium herináciis.

Fecit lunam in témpora: * sol cognóvit occásum suum.

Posuísti ténebras, & facta est nox; * in ipsa pertransíbunt omnes béstiæ silvæ;

Cátuli leónum rugiéntes ut rápiant, * & quærant à Deo escam sibi.

Ortus est sol, & congregáti sunt, * & in cubílibus suis collocabúntur.

Exíbit homo ad opus suum; * & ad operatiónem suam usque ad vésperam.

Ant. Bénedic, ánima mea, Dómino; Dómine Deus meus, magnificátus es veheménter. *v.* 1.

Ant. 3. *a.* Quàm magnificáta sunt.

Divisio Psalmi 103.

Quàm magnificáta sunt ópera tua: Dómine! ómnia in sapiéntia fecísti: * impléta est terra possessióne tuâ.

Hoc mare magnum & spatiósum mánibus; * illìc reptília quorum non est númerus, animália pusílla cum magnis:

Illìc naves pertransíbunt; * draco iste quem formásti ad illudéndum ei.

Omnia à te expéctant * ut des illis escam in témpore.

Dante te illis, cólligent; * aperiénte te manum tuam, ómnia implebúntur bonitáte:

Averténte autem te fáciem, turbabúntur; * aúferes spíritum eórum, & defícient, & in púlverem suum reverténtur.

Emíttes spíritum tuum, & creabúntur; * & renovábis fáciem terræ.

Ant. Quàm magnificáta sunt ópera tua, Dómine! ómnia in sapiéntia fecísti. *v.* 24.

Ant. 7. c. Cantábo Dómino.

Altera divisio Psalmi 103.

Sit glória Dómini in sǽculum! * lætábitur Dóminus in opéribus suis;

Qui réspicit terram, & facit eam trémere; * qui

tangit montes, & fúmigant.

Cantábo Dómino in vita mea, * psallam Deo meo quándiu sum.

Jucúndum sit ei elóquium meum; * ego verò delectábor in Dómino.

Defíciant peccatóres à terra, & iníqui ita ut non sint: * bénedic, ánima mea, Dómino.

Ant. Cantábo Dómino in vita mea, psallam Deo meo quándiu sum. *v.* 33.

Ant. 1. *a.* Date magnificéntiam.

CANTICUM *Moysi.*
Deut. 32. 1. *ad* 43.

Pater hominum Deus; sed filii rebelles; punit severè: tandem miseretur.

AUdíte, cœli, quæ loquor; * áudiat terra verba oris mei.

Concréscat ut plúvia doctrína mea, * fluat ut ros elóquium meum;

Quasi imber super herbam, & quasi stillæ super grámina: * quia nomen Dómini invocábo.

Date magnificéntiam Deo nostro: * Dei perfécta sunt ópera, & omnes viæ ejus judícia.

Deus fidélis, & absque ulla iniquitáte, justus & rectus; * peccavérunt ei, & non filii ejus in sórdibus.

Generátio prava atque pervérsa, * hæccine reddis Dómino, pópule stulte, & insípiens?

Numquid non ipse est pater tuus, * qui possédit te, & fecit, & creávit te?

Meménto diérum antiquórum, * cógita generatiónes síngulas:

Intérroga patrem tuum, & annuntiábit tibi; * majóres tuos, & dicent tibi:

Quando dividébat Altíssimus gentes, * quando separábat filios Adam,

Constítuit términos populórum * juxta númerum filiórum Israël.

Pars autem Dómini, pópulus ejus; * Jacob funículus hereditátis ejus.

Invénit eum in terra desérta, * in loco horróris, & vastæ solitúdinis.

Circumdúxit eum, & dócuit, * & custodivit quasi pupíllam óculi sui.

Sicut áquila própocans ad volándum pullos suos, * & super eos vólitans,

Expándit alas suas, & assúmpsit eum, * atque portávit in húmeris suis.

Dóminus solus dux ejus fuit, * & non erat cum eo deus aliénus.

Constítuit eum super excélsam terram, * ut comédéret fructus agrórum,

Ut súgeret mel de petra, * oleúmque de saxo duríssimo,

Bútyrum de arménto, & lac de óvibus, * cum ádipe agnórum & aríetum filiórum Basan;

Et hircos cum medúlla trítici, * & sánguinem

uvæ bíberet meracíssimum.

Incrassátus est diléctus & recalcitrávit; * incrassátus, impinguátus, dilatátus,

Derelíquit Deum factórem suum, * & recéssit à Deo salutári suo.

Provocavérunt eum in diis aliénis, * & in abominatiónibus ad iracúndiam concitavérunt:

Immolavérunt dæmóniis, & non Deo; * diis quos ignorábant:

Novi, recentésque venérunt, * quos non coluérunt patres eórum.

Deum qui te génuit dereliquísti, * & oblítus es Dómini creatóris tui.

Vidit Dóminus, & ad iracúndiam concitátus est; * quia provocavérunt eum fílii sui, & fíliæ:

Et ait: Abscóndam fáciem meam ab eis, * & considerábo novíssima eórum;

Generátio enim pervérsa est, * & infidéles fílii;

Ipsi me provocavérunt in eo qui non erat Deus, * & irritavérunt in vanitátibus suis;

Et ego provocábo eos in eo qui non est pópulus, * & in gente stulta irritábo illos.

Ignis succénsus est in furóre meo, * & ardébit usque ad inférni novíssima:

Devorabítque terram cum gérmine suo, * & móntium fundaménta combúret.

Congregábo super eos mala, * & sagíttas meas complébo in eis.

Consuméntur fame, * & devorábunt eos aves morsu amaríssimo.

Dentes bestiárum immíttam in eos, * cum furóre trahéntium super terram, atque serpéntium.

Foris vastábit eos gládius, & intus pavor, * júvenem simul ac vírginem, lacténtem cum hómine sene.

Dixi: Ubinam sunt? * cessáre fáciam ex homínibus memóriam eórum:

Sed propter iram inimicórum dístuli; * ne fortè superbírent hostes eórum,

Et dícerent, Manus nostra excélsa, * & non Dóminus fecit hæc ómnia.

Gens absque consílio est, & sine prudéntia: * útinam sáperent & intellígerent, ac novíssima providérent.

Quómodo persequátur unus mille, * & duo fugent decem míllia?

Nonne ídeo, quia Deus suus véndidit eos, * & Dóminus conclúsit illos?

Non enim est Deus noster ut dii eórum: * & inimíci nostri sunt júdices.

De vínea Sodomórum vínea eórum, * & de suburbánis Gomórrhæ:

Uva eórum uva fellis, * & botri amaríssimi.

Fel dracónum vinum eórum, * & venénum áspidum insanábile.

Nonne hæc cóndita sunt apud me, * & signáta in thesaúris meis?

Mea est últio, & ego retríbuam in témpore, * ut labátur pes eórum.

Juxtà est dies perditiónis, * & adésse festínant témpora.

Judicábit Dóminus pópulum suum, * & in servis suis miserébitur.

Vidébit quòd infirmáta sit manus, * & clausi quoque defecérunt, residuíque consúmpti sunt.

Et dicet: Ubi sunt dii eórum, * in quibus habébant fidúciam?

De quorum víctimis comedébant ádipes, * & bibébant vinum libáminum:

Surgant, & opitoléntur vobis, * & in necessitáte vos prótegant.

Vidéte quòd ego sim solus, * & non sit álius Deus præter me:

Ego occídam, & ego vívere fáciam; percútiam, & ego sanábo; * & non est qui de manu mea possit erúere.

Levábo ad cœlum manum meam; * & dicam: Vivo ego in ætérnum.

Si acúero ut fulgur, gládium meum, * & arripúerit judícium manus mea,

Reddam ultiónem hóstibus meis; * & his qui odérunt me, retríbuam:

Inebriábo sagíttas meas sánguine, * & gládius meus devorábit carnes,

De cruóre occisórum, * & de captivitáte, nudáti inimicórum cápitis.

Laudáte, gentes, pópulum ejus; * quia sánguinem servórum suórum ulciscétur;

Et vindíctam retríbuet in hostes eórum, * & propítius erit terræ pópuli sui.

Ant. Date magnificéntiam Deo nostro. *v.* 4.

[*In Festis, loco superioris Cantici, dicitur sequens*

CANTICUM *Judith.* 16. 2. *ad* 8.

Conterenti bella, suosque liberanti Deo hymnus eucharisticus.

INcípite Dómino in tympanis, * cantáte Dómino in cymbalis.

Moduláminì illi psalmum novum; * exaltáte, & invocáte nomen ejus.

Dóminus cónterens bella, * Dóminus nomen est illi.

Qui pósuit castra sua in médio pópuli sui, * ut eríperet nos de manu ómnium inimicórum nostrórum.

Venit Assur ex móntibus àb Aquilóne * in multitúdine fortitúdinis suæ:

Cujus multitúdo obturávit torréntes, * & equi eórum cooperuérunt valles.

Dixit se incensúrum fines meos, * & júvenes meos occisúrum gládio,

Infántes meos dare in prædam, * & vírgines in captivitátem.

Dóminus autem omnípotens nócuit eum, & trádidit eum in manus féminæ, * & confódit eum.]

Ant. 7. c. Laudáte eum.

PSALMUS *Laudum* 150.

Deus ab omnibus & omnimodè laudandus.

LAudáte Dóminum in sanctis ejus; * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus; * laudáte eum secúndùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ; * laudáte eum in psaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro; * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus, laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Ant. Laudáte eum secúndùm multitúdinem magnitúdinis ejus. *v.* 2.

CAPITULUM. *Philipp.* 4. 8.

QUæcúmque sunt vera, quæcúmque pudíca, quæcúmque justa, quæcúmque sancta, quæcúmque amabília, quæcúmque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplínæ, hæc cogitáte.

HYMNUS. *Besnault.*

PRoles Paréntí par tuo,
Verúsque de Deo Deus,
Exúrge, da mundo diem,
Mentis tenébras díscute.

Te quærimus dilúculo;
Nos sanctus ardor éxcitat:
Quæ corde puro fúndimus,
O Christe, vota súscipe.

Exurge, de cœlo tuis
Intus fove cor ígnibus;
Ut unde flagrat, huc amans
Toto ferátur ímpetu.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Tibíque, sancte-Spíritus,
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. Repléti sumus manè misericórdiâ tuâ; ℟. Exultávimus, & delectáti sumus. *Ps.* 89. 14.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. a. Visitávit nos, óriens ex alto, illumináre his qui in ténebris, & in umbra mortis sedent. *Luc.* 1. 78. 79.

AD PRIMAM.

Ant. 4. *irreg.* A. Quærite Dóminum.

PSALMUS 104.

Quanta Deus Israëli contulit! quæ ab illo reposcit.

COnfitémini Dómino, & invocáte nomen ejus; * annuntiáte inter gentes ópera ejus.

Cantáte ei, & psállite ei; * narráte ómnia mirabília ejus.

Laudámini in nómine sancto ejus: * lætétur cor quæréntium Dóminum.

Quærite Dóminum, & confirmámini; * quærite fáciem ejus semper.

Mementóte mirabílium ejus quæ fecit, * prodígia ejus, & judícia oris ejus.

Semen Abraham, servi ejus; * filii Jacob, elécti ejus.

Ipse Dóminus Deus noster; * in univérsa terra judícia ejus.

Memor fuit in sǽculum testaménti sui, * verbi quod mandávit in mille generatiónes,

Quod dispósuit ad Abraham, * & juraménti sui ad Isaac:

Et státuit illud Jacob in præcéptum, * & Israël in testaméntum ætérnum,

Dicens: Tibi dabo terram Chánaan, * funículum hereditátis vestræ;

Cùm essent número brevi, paucíssimi, * & íncolæ ejus:

Et pertransiérunt de gente in gentem, * & de regno ad pópulum álterum.

Non relíquit hóminem nocére eis; * & corrípuit pro eis reges:

Nolíte tángere christos meos, * & in prophétis meis nolíte malignári:

Divisio Psalmi 104.

ET vocávit famem super terram, * & omne firmaméntum panis contrívit:

Misit ante eos virum; * in servum venúmdatus est Joseph:

Humiliavérunt in compédibus pedes ejus, ferrum pertránsiit ánimam ejus, * donec veníret verbum ejus:

Elóquium Dómini inflammávit eum; * misit rex, & solvit eum; princeps populórum, & dimísit eum.

Constítuit eum dóminum domûs suæ, * & príncipem omnis possessiónis suæ,

Ut erudíret príncipes ejus sicut semetípsum, * & senes ejus prudéntiam docéret.

Et intrávit Israël in Ægyptum, * & Jacob áccola fuit in terra Cham.

Et auxit pópulum suum veheménter; * & firmávit eum super inimícos ejus.

Convértit cor eórum ut odírent pópulum ejus, * & dolũ fácerent in servos ejus.

Altera divisio Psalmi 104.

MIsit Móysen servum suum, * Aáron quem elégit ipsum.

Pósuit in eis verba signórum suórum, * & prodigiórum in terra Cham.

Misit ténebras & obscurávit; * & non exacerbávit sermónes suos.

Convértit aquas eórum in sánguinem: * & occídit pisces eórum.

Edidit terra eórum ranas * in penetrálibus regum ipsórum.

Dixit; & venit cœnomyïa, & cíniphes, * in ómnibus fínibus eórum.

Pósuit plúvias eórum grándinem; * ignem comburéntem in terra ipsórum.

Et percússit víneas eórum, & ficúlneas eórum; * & contrívit lignum fínium eórum.

Dixit; & venit locústa, & bruchus, * cujus non erat númerus,

Et comédit omne fœnum in terra eórum, * & comédit omnem fructum terræ eórum.

Et percússit omne primogénitum in terra eórum, * primítias omnis labóris eórum.

Et edúxit eos cum argénto & auro: * & non erat in tríbubus eórum infírmus.

Lætáta est Ægyptus in profectióne eórum, * quia incúbuit timor eórum super eos.

Expándit nubem in protectiónem eórum, * & ignem ut lucéret eis per noctem.

Petiérunt, & venit cotúrnix; * & pane cœli saturávit eos.

Dirúpit petram, & fluxérunt aquæ; * abiérunt in sicco flúmina.

Quóniam memor fuit verbi sancti sui, * quod hábuit ad Abraham púerum suum:

Et edúxit pópulum suum in exultatióne, * & eléctos suos in lætítia:

Et dedit illis regiónes géntium, * & labóres populórum possedérunt,

Ut custódiant justificatiónes ejus, * & legem ejus requírant.

Ant. Quærite Dóminum, & confirmámini; quærite fáciem ejus semper. *v.* 4.

AD TERTIAM.

Ant. 8. c. Beáti.

PSALMUS 105.

Ingratus Israël: fatetur sua delicta, & salutem precatur.

Confitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in sǽculum misericórdia ejus.

Quis loquétur poténtias Dómini, * audítas fáciet omnes laudes ejus?

Beáti qui custódiunt judícium, & fáciunt justítiam * in omni témpore!

Meménto nostrî, Dómine, in beneplácito pópuli tui; * vísita nos in salutári tuo,

Ad vidéndum in bonitáte electórum tuórum, ad lætándum in lætítia gentis tuæ, * ut laudéris cum hereditáte tua.

Divisio PSALMI 105.

Peccávimus cum pátribus nostris, * injústè égimus, iniquitátem fécimus.

Patres nostri in Ægypto non intellexérunt mirabília tua; * non fuérunt mémores multitúdinis misericórdiæ tuæ:

Et irritavérunt ascendéntes in mare, * mare rubrum:

Et salvávit eos propter nomen suum, * ut notam fáceret poténtiam suam:

Et increpuit mare ru-

brum, & exſiccátum eſt; * & dedúxit eos in abyſſis ſicut in deſérto:

Et ſalvávit eos de manu odiéntium, * & redémit eos de manu inimíci:

Et opéruit aqua tribulántes eos; * unus ex eis non remánſit.

Et credidérunt verbis ejus, * & laudavérunt laudem ejus.

Citò fecérunt, oblíti ſunt óperum ejus, * & non ſuſtinuérunt consílium ejus:

Et concupiérunt concupiſcéntiam in deſérto; * & tentavérunt Deum in inaquóſo:

Et dedit eis petitiónem ipſórum, * & miſit ſaturitátem in ánimas eórum.

Et irritavérunt Móyſen in caſtris, * Aáron ſanctum Dómini.

Apérta eſt terra, & deglutívit Dathan, * & opéruit ſuper congregatiónem Abíron:

Et exárſit ignis in ſynagóga eórum, * flamma combúſſit peccatóres.

Et fecérunt vítulum in Horeb, * & adoravérunt ſcúlptile;

Et mutavérunt glóriam ſuam * in ſimilitúdinem vítuli comedéntis fœnum.

Oblíti ſunt Deum qui ſalvávit eos; * qui fecit magnália in Ægypto, mirabília in terra Cham, terribília in mari rubro.

Et dixit, ut diſpérderet eos, * ſi non Móyſes eléctus ejus ſtetiſſet in confractióne in conſpéctu ejus,

Ut avérteret iram ejus, * ne diſpérderet eos.

Et pro níhilo habuérunt terram deſiderábilem; * non credidérunt verbo ejus.

Et murmuravérunt in tabernáculis ſuis; * non exaudiérunt vocem Dómini.

Et elevávit manum ſuam ſuper eos, * ut proſtérneret eos in deſérto,

Et ut dejíceret ſemen eórum in natiónibus, * & diſpérgeret eos in regiónibus.

Et initiáti ſunt Beélphegor; * & comedérunt ſacrifícia mortuórum.

Et irritavérunt eum in adinventiónibus ſuis: * & multiplicáta eſt in eis ruína.

Et ſtetit Phínees, & placávit; * & ceſſávit quaſſátio:

Et reputátum eſt ei in juſtítiam, * in generatiónem & generatiónem uſque in ſempitérnum.

Et irritavérunt eum ad aquas contradictiónis; * & vexátus eſt Móyſes propter eos;

Quia exacerbavérunt ſpíritum ejus, * & diſtínxit in lábiis ſuis.

Altera diviſio PSALMI 105.

NOn diſperdidérunt gentes, * quas dixit Dóminus illis.

Et commíxti ſunt inter gentes, & didicérunt ópera eórum, & ſerviérunt ſculptílibus eórum; * & factum eſt illis in ſcándalum.

Et immolavérunt filios ſuos, * & filias ſuas dæmóniis;

Et effudérunt ſánguinem innocéntem; * ſánguinem filiórum ſuórum, & filiárum ſuárum quas ſacrificavérunt ſculptílibus Chánaan.

Et inféćta eſt terra in ſanguínibus, & contamináta eſt in opéribus eórum; * & fornicáti ſunt in adinventiónibus ſuis.

Et irátus eſt furóre Dóminus in pópulum ſuum, * & abominátus eſt hereditátem ſuam.

Et trádidit eos in manus géntium; * & domináti ſunt eórum qui odérunt eos.

Et tribulavérunt eos inimíci eórum, & humiliáti ſunt ſub mánibus eórum: * ſæpè liberávit eos.

Ipſi autem exacerbavérunt eum in consílio ſuo, * & humiliáti ſunt in iniquitátibus ſuis.

Et vidit cùm tribularéntur, * & audívit oratiónem eórum;

Et memor fuit teſtaménti ſui, * & pœnítuit eum ſecúndùm multitúdinem miſericórdiæ ſuæ.

Et dedit eos in miſericórdias * in conſpéćtu ómnium qui céperant eos.

Salvos nos fac, Dómine Deus noſter, * & cóngrega nos de natiónibus,

Ut confiteámur nómini ſanćto tuo, * & gloriémur in laude tua,

Benedíćtus Dóminus Deus Iſraël à ſéculo, & uſque in ſéculum; * & dicet omnis pópulus: Fiat, fiat.

Ant. Beáti qui cuſtódiunt judícium, & fáciunt juſtítiam in omni témpore. ℣. 3.

AD SEXTAM.

Ant. 1. D. Confiteántur Dómino.

PSALMUS 106.

Peccavit Iſraël, indè calamitas: clamavit ad Dominum, indè ſalus: quis ſapiens & intelliget miſericordias Domini.

CONfitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Dicant qui redémpti ſunt à Dómino, quos redémit de manu inimíci, * & de regiónibus congregávit eos,

A ſolis ortu & occáſu, * ab aquilóne & mari.

Erravérunt in ſolitúdine in inaquóſo, * viam civitátis habitáculi non invenérunt.

Eſuriéntes & ſitiéntes, * ánima eórum in ipſis defécit.

Et clamavérunt ad Dóminum, cùm tribularéntur, * & de neceſſitátibus eórum erípuit eos.

Et dedúxit eos in viam rećtam, * ut irent in civitátem habitatiónis.

Confiteántur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum:

Quia ſatiávit ánimam inánem, * & ánimam eſuriéntem ſatiávit bonis.

Sedéntes in ténebris & umbra mortis, * vinctos in mendicitáte & ferro,

Quia exacerbavérunt elóquia Dei, * & consílium Altíſſimi irritavérunt.

Et humiliátum eſt in labóribus cor eórum; * infirmáti ſunt, nec fuit qui adjuváret.

Et clamavérunt ad Dóminum, cùm tribularéntur, * & de neceſſitátibus eórum liberávit eos.

Et edúxit eos de ténebris, & umbra mortis; * & víncula eórum diſrúpit.

Diviſio PSALMI 106.

CONfiteántur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum:

Quia contrívit portas æreas, * & vectes férreos confrégit.

Suſcépit eos de via iniquitátis eórum, * propter injuſtítias enim ſuas humiliáti ſunt.

Omnem eſcam abomináta eſt ánima eórum, * & appropinquavérunt uſque ad portas mortis:

Et clamavérunt ad Dóminum, cùm tribularéntur, * & de neceſſitátibus eórum liberávit eos.

Miſit verbum ſuum, & ſanávit eos, * & erípuit eos de interitiónibus eórum.

Confiteántur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum.

Et ſacríficent ſacrificium laudis, * & annúntient ópera ejus in exultatióne.

Qui deſcéndunt mare in návibus, * faciéntes operatiónem in aquis multis,

Ipſi vidérunt ópera Dñi, * & mirabília ejus in profúndo.

Dixit; & ſtetit ſpíritus procéllæ; * & exaltáti ſunt fluctus ejus:

Aſcéndunt uſque ad cœlos, & deſcéndunt uſque ad abyſſos; * ánima eórum in malis tabeſcébat:

Turbáti ſunt, & moti ſunt ſicut ébrius; * & omnis ſapiéntia eórum devoráta eſt:

Et clamavérunt ad Dóminum, cùm tribularéntur; * & de neceſſitátibus eórum edúxit eos:

Et ſtátuit procéllam ejus in auram, * & ſiluérunt fluctus ejus:

Et lætáti ſunt quia ſiluérunt; * & dedúxit eos in portum voluntátis eórum.

Altera diviſio PSALMI 106.

CONfiteántur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum:

Et exáltent eum in eccléſia plebis, * & in cáthedra ſeniórum laudent eum.

Póſuit flúmina in deſértum; * & éxitus aquárum in ſitim;

Terram fructíferam in ſalſúginem, * à malítia inhabitántium in ea.

Pósuit desértum in stagna aquárum, * & terram sine aqua in éxitus aquárum;

Et collocávit illìc esuriéntes; * & constituérunt civitátem habitatiónis;

Et seminavérunt agros, & plantavérunt víneas; * & fecérunt fructum nativitátis.

Et benedíxit eis, & multiplicáti sunt nimis; * & juménta eórum non minorávit.

Et pauci facti sunt, * & vexáti sunt à tribulatióne malórum, & dolóre.

Effúsa est contémptio super príncipes, * & erráre fecit eos in ínvio, & non in via.

Et adjúvit paúperem de inópia, * & pósuit sicut oves famílias.

Vidébunt recti, & lætabúntur; * & omnis iníquitas oppilábit os suum.

Quis sápiens, & custódiet hæc? * & intélliget misericórdias Dómini.

Ant. Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus, & mirabília ejus fíliis hóminum. ℣. 31.

AD NONAM.

Ant. 4. *irreg.* A. Dómine, Dómine.

PSALMUS 107.

Ad Dei nutum paratum cor justi; silente Deo, vana salus hominis.

PArátum cor meum, Deus, parátum cor meum; * cantábo, & psallam in glória mea.

Exúrge, glória mea; exúrge, psaltérium & cíthara: * exúrgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis, Dómine, * & psallam tibi in natiónibus;

Quia magna est super cœlos misericórdia tua, * & usque ad nubes véritas tua.

Exaltáre super cœlos, Deus, & super omnem terram glória tua; * ut liberéntur dilécti tui.

Salvum fac déxterâ tuâ, * & exaúdi me.

Deus locútus est in sancto suo; * exultábo, & dívidam Síchimam; & convállem tabernaculórum dimétiar.

Meus est Gálaad, & meus est Manásses; * & Ephraïm suscéptio cápitis mei;

Juda rex meus; * Moab lebes spei meæ;

In Idumæam exténdam calceaméntum meum: * mihi alienígenæ amíci facti sunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me usque in Idumæam?

Nonne tu Deus qui repulísti nos? * & non exíbis Deus in virtútibus nostris?

Da nobis auxílium de tribulatióne, * quia vana salus hóminis:

In Deo faciémus virtútem; * & ipse ad níhilum dedúcet inimícos nostros.

PSALMUS 108.

Impiis Ecclesia prædicit adversa sibique prospera petit.

DEus, laudem meam ne tacúeris; * quia os peccatóris, & os dolósi super me apértum est.

Locúti sunt advérsùm me linguâ dolosâ, & sermónibus ódii circumdedérunt me; * & expugnavérunt me gratìs.

Pro eo ut me dilígerent, detrahébant mihi; * ego autem orábam.

Et posuérunt advérsùm me mala pro bonis, * & ódium pro dilectióne mea.

Constítue super eum peccatórem, * & diábolus stet à dextris ejus.

Cùm judicátur, éxeat condemnátus; * & orátio ejus fiat in peccátum:

Fiant dies ejus pauci, * & episcopátum ejus accípiat alter:

Fiant fílii ejus órphani, * & uxor ejus vídua.

Nutántes transferántur fílii ejus, & mendícent, * & ejiciántur de habitatiónibus suis.

Scrutétur fœnerátor omnem substántiam ejus; * & divípiant aliéni labóres ejus,

Non sit illi adjútor, * nec sit qui misereátur pupíllis ejus.

Fiant nati ejus in intéritum: * in generatióne una deleátur nomen ejus.

In memóriam rédeat iníquitas patrum ejus in conspéctu Dómini, * & peccátum matris ejus non deleátur.

Fiant contra Dóminum semper, * & dispéreat de terra memória eórum;

Pro eo quòd non est recordátus fácere misericórdiam, * & persecútus est hóminem ínopem & mendícum, & compúnctum corde mortificáre.

Et diléxit maledictiónem, & véniet ei; * & nóluit benedictiónem, & elongábitur ab eo.

Et índuit maledictiónem sicut vestiméntum, * & intrávit sicut aqua in interióra ejus, & sicut óleum in óssibus ejus.

Fiat ei sicut vestiméntum quo operítur, * & sicut zona quâ semper præcíngitur.

Hoc opus eórum qui détrahunt mihi apud Dóminum, * & qui loquúntur mala advérsùs ánimam meã.

Divisio PSALMI 108.

ET tu, Dómine, Dómine, fac mecum propter nomen tuum; * quia suávis est est misericórdia tua.

Líbera me, quia egénus & pauper ego sum, * & cor meum conturbátum est intrà me,

Sicut umbra cùm declínat, ablátus sum; * & excússus sum sicut locústæ.

Génua mea infirmáta sunt à jejúnio, * & caro mea immutáta est propter óleum.

Et ego factus sum oppró-

brium illis ; * vidérunt me, & movérunt cápita sua.

Adjuva me, Dómine Deus meus : * salvum me fac secúndùm misericórdiam tuã.

Et sciant quia manus tua hæc , * & tu, Dòmine, fecísti eam.

Maledícent illi, & tu benedíces ; * qui insúrgunt in me, confundántur ; servus autem tuus lætábitur.

Induántur qui détrahunt mihi, pudóre ; * & operiántur sicut diplóide, confusióne suâ.

Confitébor Dómino nimis in ore meo, * & in médio multórum laudábo eum ;

Quia ástitit à dextris pauperis, * ut salvam fáceret à persequéntibus ánimam meam.

Ant. Dómine, Dómine, fac mecum propter nomen tuum ; quia suávis est misericórdia tua. *v.* 21.

AD VESPERAS.

Ant. 6. F. Beátus.

PSALMUS 143.

Anima jam à Deo servata, Deum rursùs invocat ; ab eo victoria, in eo felicitas.

BEnedíctus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, * & dígitos meos ad bellum.

Misericórdia mea, & refúgium meum ; * suscéptor meus, & liberátor meus ;

Protéctor meus, & in ipso sperávi ; * qui subdit pópulum meum sub me.

Dómine, quid est homo, quia innotuísti ei? * aut fílius hóminis, quia réputas eum?

Homo vanitáti símilis factus est ; * dies ejus sicut umbra prætéreunt.

Dómine, inclína cœlos tuos, & descénde ; * tange montes, & fumigábunt.

Fúlgura coruscatiónem, & dissipábis eos ; * emítte sagíttas tuas, & conturbábis eos.

Emítte manum tuam de alto, éripe me, & líbera me de aquis multis, * de manu filiórum alienórum,

Quorum os locútum est vanitátem, * & déxtera eórum, déxtera iniquitátis.

Deus, cánticum novum cantábo tibi, * in psaltério decachórdo psallam tibi,

Qui das salútem régibus, * qui redemísti David servum tuum de gládio malígno.

Eripe me, & érue me de manu filiórum alienórum, quorum os locútum est vanitátem ; * & déxtera eórum déxtera iniquitátis:

Quorum filii sicut novéllæ plantatiónes * in juventúte sua :

Fíliæ eórum compósitæ, * circumornátæ ut similitúdo templi :

Promptuária eórum plena, * eructántia ex hoc in illud :

Oves

eórum fœtósæ,
:es in egréssibus
ves eórum crassæ:
st ruína macériæ,
ánsitus, * neque
n platéis eórum.
1 dixérunt pópulũ
unt: * beátus pó-
ijus Dóminus Deus

Beátus pópulus cu-
inus Deus ejus. *v.*

. a. Benedícat.

LMUS 144.

uum Deus. Quàm singulis providet!

ábo te, Deus meus
* & benedícam
uo in séculum, &
m séculi.
igulos dies benedí-
, * & laudábo no-
m in séculum, & in
séculi.
us Dóminus, & lau-
imis, * & magnitú-
s non est finis.
tio & generátio lau-
era tua, * & potén-
am pronuntiábunt.
ificéntiã glóriæ san-
tuæ loquéntur, *
ília tua narrábunt;
irtútem terribilium
dicent, * & magni-
tuam narrábunt:
óriam abundántiæ
is tuæ eructábunt, *
â tuâ exultábunt.
átor & miséricors
s; * pátiens, & mul-
éricors.

Suávis Dóminus univér-
sis, * & miseratiónes ejus
super ómnia ópera ejus.
Confiteántur tibi, Dómi-
ne, ómnia ópera tua; * &
sancti tui benedícant tibi:
Glóriam regni tui dicent, *
& poténtiam tuam loquén-
tur,
Ut notam fáciant filiis hó-
minum poténtiam tuam, *
& glóriam magnificéntiæ
regni tui.
Regnum tuum, regnum
ómnium seculórum; * & do-
minátio tua in omni genera-
tióne, & generatiónem.
Fidélis Dóminus in ómni-
bus verbis suis, * & sanctus
in ómnibus opéribus suis.
Allevat Dóminus omnes
qui córruunt, * & érigit om-
nes elísos.
Oculi ómnium in te spe-
rant, Dómine; * & tu das
escam illórum in témpore
opportúno:
Aperis tu manum tuam, *
& imples omne ánimal be-
nedictióne.
Justus Dóminus in ómni-
bus viis suis; * & sanctus
in ómnibus opéribus suis.
Propè est Dóminus ómni-
bus invocántibus eum, *
ómnibus invocántibus eum
in veritáte.
Voluntátem timéntium se
fáciet, & deprecatiónem eó-
rum exáudiet, * & salvos fá-
ciet eos.
Custódit Dóminus om-
nes diligéntes se, * & om-
nes peccatóres dispérdet.

Laudatiónem Dómini loquétur os meum ;* & benedícat omnis caro nómini sancto ejus in séculum, & in séculum séculi.

Ant. Benedícat omnis caro nómini sancto ejus. *v.* 21.

Ant. 5. a. Dóminus.

PSALMUS 145.

Non homini fidendum, perit; sed viventi semper, veraci, potenti ac magnifico Deo.

LAuda, ánima mea, Dóminum; * laudábo Dóminum in vita mea, psallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus, * in filiis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, & revertétur in terram suam; * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsíus, * qui fecit cœlum & terram, mare & ómnia quæ in eis sunt:

Qui custódit veritátem in séculum, facit judícium injúriam patiéntibus; * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compedítos; * Dóminus illúminat cæcos:

Dóminus érigit elísos; * Dóminus díligit justos:

Dóminus custódit ádvenas; pupíllum & víduam suscípiet; * & vias peccatórum dispérdet.

Regnábit Dóminus in sécula, Deus tuus, Sion, * in generatiónem & generatiónem.

Ant. Dóminus érigit elísos; Dóminus díligit justos. *v.* 8.

Ant. 1. a. Magnus.

PSALMUS 146.

Afflictorum servatori & omnium provisori Deo Canticum.

LAudáte Dóminum, quóniam bonus est psalmus; * Deo nostro sit jucúnda, decoráque laudátio.

Ædíficans Jerúsalem Dóminus, * dispersiónes Israélis congregábit:

Qui sanat contrítos corde, * & álligat contritiónes eórum:

Qui númerat multitúdinem stellárum, * & ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, & magna virtus ejus; * & sapiéntiæ ejus non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus; * humílians autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessióne; * psállite Deo nostro in cíthara,

Qui óperit cœlum núbibus, * & parat terræ plúviam:

Qui prodúcit in móntibus fœnum, * & herbam servitúti hóminum:

Qui dat juméntis escam ipsórum, * & pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit; * nec in tibiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super timéntes eum, * & in eis qui sperant super misericórdia ejus.

Ant. Magnus Dóminus noster, & magna virtus ejus. *v.* 5.

Ant. 4. *E.* Lauda.

PSALMUS 147.

Pacificatori & Legislatori Deo Canticum.

LAuda, Jerúsalem, Dóminum: * lauda Deum tuum, Sion;

Quóniam confortávit seras portárum tuárum; * benedíxit filiis tuis in te:

Qui pósuit fines tuos pacem, * & ádipe fruménti sátiat te:

Qui emíttit elóquium suũ terræ; * velóciter currit sermo ejus:

Qui dat nivem sicut lanam, * nébulam sicut cínerem spargit:

Mittit crystállum suam sicut buccéllas; * ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit?

Emíttet verbum suum, & liquefáciet ea; * flabit spíritus e us, & fluent aquæ:

Qui annúntiat verbum suum Jacob, * justítias & judícia sua Israël.

Non fecit táliter omni natióni; * & judícia sua non manifestávit eis.

Ant. Lauda, Jerúsalem, Dóminum: lauda Deum tuum, Sion. *v.* 1.

CAPITULUM. *Rom.* 11. 33.

O Altitúdo divitiárum sapiéntiæ, & sciéntiæ Dei: quàm incomprehensibília sunt judícia ejus, & investigábiles viæ ejus!

HYMNUS.

O Sempitérna Trínitas,
Mundum creas poténtiâ;
Jugi tuéris cónditum,
Regísque providéntiâ.

TUO treméntes Angeli
Circumvolútum lúmine
Ardent vidére te Pater,
Te Nate, teque Spíritus.

PAVORE sancto térriti
En opprimúntur glóriâ,
Proníque coram prócidunt,
Pennísque velant se suis.

ET nos tui quos nóminis
Signat renátos dígnitas,
Jam te fide capéssimus
Adoptiónis filii.

DEO Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Tibíque, sancte-Spíritus,
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. Sépties in die laudem dixi tibi, ℟. Super judícia justítiæ tuæ. *Ps.* 118. 164.

Ad Magníficat, *Antiphona in Proprio de Tempore.*

Oratio Dominica sequentis.

¶ *A Sabbato ante Dominicam tertiam post Pentecosten ad Adventum, fit sequens Commemoratio de Cruce omnibus Sabbatis, quando fit de Dominica, extra tamen Octavas.*

Ant. Parébit signum Fílii hóminis in cœlo; & tunc plangent omnes tribus terræ. *Matt.* 24. 30.

℣. Fodérunt manus meas & pedes meos; ℟. Dinumeravérunt ómnia ossa mea. *Ps.* 21. 18.

Oratio. Orémus.

ADésto nobis, quæsumus, Dómine Deus noster; & quos sanctæ Crucis lætári facis honóre, ejus quoque perpétuis defénde subsídiis; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat.

IN FERIIS PER ANNUM.

AD LAUDES.

In Vigiliis, post Antiphonam ad Benedíctus, dicuntur flexis genibus, & submissâ voce sequentes

PRECES.

KYrie, eléïson. Christe, eléïson. Kyrie, eléïson, Pater noster, *secretò usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Peccávimus cum pátribus nostris, ℟. Injústè égimus, iniquitátem fécimus. *Ps.* 105. 6.

℣. Dómine, ne mémineris iniquitátum nostrárum antiquárum, ℟. Citò antícipent nos misericórdiæ tuæ; quia paúperes facti sumus nimis. *Ps.* 78. 8.

℣. Adjuva nos, Deus salutáris noster, & propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos; ℟. Et propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum. *Ps.* 78. 9.

℣. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, ℟. Et salutáre tuum da nobis. *Ps.* 84. 8.

℣. Sacerdótes tui induántur justítiam; ℟. Et sancti tui exúltent. *Ps.* 131. 9.

℣. Dómine, salvum fac Regem; ℟. Et exaúdi nos in die quâ invocavérimus te. *Ps.* 19. 10.

℣. Salvum fac pópulum tuum, Dómine, ℟. Et bénedic hereditáti tuæ. *Ps.* 27. 9.

℣. Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem: ℟. Fiat pax in virtúte tua, & abundántia in túrribus tuis. *Ps.* 121. 6. 7.

℣. Orémus pro frátribus nostris absséntibus; ℟. Rege

eos, & extólle illos usque in ætérnum. *Ps.* 27. 9.

℣. Pro infirmis, afflíctis, & captívis: ℟. Líbera, Deus, Israël ex ómnibus tribulatiónibus suis. *Ps.* 24. 22.

℣. Pro cunctis fidélibus defunctis: ℟. Convértere, Dómine, úsquequo? & deprecábilis esto super servos tuos. *Ps.* 89. 13.

Deinde dicitur Psalmus, De profúndis, 86. *in fine,* Glória Patri.

Finito Psalmo, dicitur ℣. Deus, tu convérsus vivificábis nos: ℟. Et plebs tua lætábitur in te. *Ps.* 84. 7.

℣. Dómine, exaúdi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101. 2.

Deinde altâ voce,

℣. Dóminus vobíscum;

℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio conveniens.

Si facienda sit Commemoratio alicujus Festi occurrentis, fit hoc loco. Deinde fiunt

SUFFRAGIA,

seu Commemorationes communes, ut sequitur.

De Cruce.

In Officio Feriali tantùm.

Ant. Mihi absit gloriári, nisi in Cruce Dómini nostri Jesu Christi. *Gal.* 6. 14.

℣. Benedíctum est lignũ, ℟. Per quod fit justítia. *Sap.* 14. 7.

Oratio. Orémus.

Deus, qui Unigéniti Filii tui pretióso sánguine vivíficæ Crucis vexíllum sanctificáre voluísti; concéde, quæsumus, eos qui ejúsdem sanctæ Crucis gaudent honóre, tuâ quoque ubique protectióne gaudére; Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

De omnibus Sanctis.

In Festis Simplicibus & Feriis.

Ant. Hi sunt ante thronum Dei, & sérviunt ei die ac nocte in templo ejus. *Apoc.* 7. 15.

℣. Justi confitebúntur nómini tuo; ℟. Et habitábunt recti cum vultu tuo. *Ps.* 139. 14.

Oratio. Orémus.

[*Quando dicitur Officium parvum B. Mariæ, vel quando fit de ea in Sabbato, omittuntur verba quæ parenthesi includuntur.*]

A Cunctis nos, quæsumus, Dómine, mentis & córporis defénde perículis; & intercedéntibus (beátâ & gloriósâ semper Vírgine Dei genitríce Maríâ,) beátis Apóstolis tuis Petro & Paulo, atque beáto *N.* & ómnibus Sanctis, salútem nobis tríbue benígnus & pacem; ut destrúctis adversitátibus & erróribus univérsis, Ecclésia tua secúrâ tibi sérviat libertáte; Per (eúmdem) Dóminum no-

strum Jesum Christum Filiũ tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs-sancti Deus, per ómnia sǽcula seculórum. ℟. Amen.

[*Nomen Patroni additur ante vel post nomina SS. Apostolorum, pro dignitate illius.*]

℣. Dóminus vobíscum;
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.

Si aliud non sequatur Officium, dicitur secretò, Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

Deinde Pater noster.

AD PRIMAM.

Pater, Ave, Credo, *secretò*.
℣. Deus, in adjutórium.

HYMNUS.

JAM lucis orto sídere,
Deum precémur súpplices,
Ut in diúrnis áctibus
Nos servet à nocéntibus.

LINGUAM refrænans témperet,
Ne litis horror ínsonet:
Visum fovéndo cóntegat,
Ne vanitátes haúriat.

SINT pura cordis íntima,
Absístat & vecórdia;
Carnis domet supérbiam
Potûs cibíque párcitas.

UT cùm dies abscésserit,
Diémque nox excéperit,
Mundi per abstinéntiam
Ipsi canámus glóriam.

PRÆSTA, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Sancto simul cum Spíritu
Regnans per omne sǽculum.
Amen.

[*In Festivali Officio, Antiphona ut habetur proprio loco: Psalmi secundùm Feriam.*

CAPITULUM. I. *Tim.* I. 17.

REgi seculórum immortáli, invisíbili, soli Deo honor & glória in sǽcula seculórum. Amen. ℟. Deo grátias.

℟. *breve*, Christe Jesu Fili Dei vivi, *ut infrà.*]

In Feriali Officio, Antiphona, & Psalmi secundùm Feriam.

CAPITULUM. *Isai.* 33. 2.

DOmine, miserére nostrî; te enim expectávimus: esto bráchium nostrum in manè, & salus nostra in témpore tribulatiónis.

℟. *breve.* Christe Jesu, Fili Dei vivi, * Miserére nobis. *Repetitur*, Christe Jesu, Fili Dei vivi, miserére nobis.
℣. Qui sedes ad déxteram Patris, * Miserére nobis. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui-sancto. *Repetitur*, Christe Jesu, Fili Dei vivi, miserére nobis. *Matt.* 16. 16. *Tob.* 8. 10. *Hebr.* 1. 3.
℣. Exúrge, Dómine, ádjuva nos, ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Ps.* 43. 27.

PRECES.

In Semiduplicibus, Simplicibus, & Feriali Officio dicuntur submissâ voce, (&

flexis genibus, quando Preces dicta sunt ad Laudes.)

In Duplicibus & suprà, ac intrà Octavas non dicuntur; sed dicto ℣. Exúrge, *omissis* ℣℣. *sequentibus, dicitur* Dóminus vobíscum, *& Oratio,* Dómine Deus, *ut infrà; & post* Benedicámus, *fit Confessio.*

Kyrie, eléïson. Christe, eléïson. Kyrie, eléïson. Pater, *secretò usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Vivet ánima mea, & laudábit te; ℟. Et judícia tua adjuvábunt me. *Ps.* 118. 175.

Credo in Deum, *secretò usque ad* ℣. Carnis resurrectiónem; ℟. Vitam ætérnam. Amen.

℣. Ego ad te, Dómine, clamávi; ℟. Et manè orátio mea prævéniet te. *Ps.* 87. 14.

℣. Repleátur os meum laude, ℟. Ut cantem glóriam tuam, totâ die magnitúdinem tuam. *Ps.* 70. 8.

℣. Avérte fáciem tuam à peccátis meis, ℟. Et omnes iniquitátes meas dele. *Ps.* 50. 11.

℣. Cor mundum crea in me, Deus, ℟. Et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis. *Ps.* 50. 12.

℣. Ne projícias me à fácie tua; ℟. Et Spíritum sanctum tuum ne áuferas à me. *Ps.* 50. 13.

℣. Redde mihi lætítiam salutáris tui; ℟. Et spíritu principáli confírma me. *Ps.* 50. 14.

Quando Preces non dicuntur flexis genibus, hìc fit Confessio: quando verò dicuntur, adduntur sequentes ℣℣. *ante Confessionem.*

℣. Vias tuas, Dómine, demónstra mihi; ℟. Et sémitas tuas édoce me. *Ps.* 24. 4.

℣. Dírige me in veritáte tua, & doce me; ℟. Quia tu es Deus salvátor meus. Ps. 24. 5.

℣. Reminíscere miseratiónum tuárum, Dómine, ℟. Et misericordiárum tuárum, quæ à século sunt. *Ps.* 24. 6.

℣. Delícta juventútis meæ, & ignorántias meas ne memíneris. ℟. Secúndùm misericórdiam tuam meménto meî tu. *Ps.* 24. 7. 8.

℣. Eripe me, Dómine, ab hómine malo; ℟. A viro iníquo éripe me. *Ps.* 139. 2.

℣. Eripe me de inimícis meis, Deus meus, ℟. Et ab insurgéntibus in me líbera me. *Ps.* 58. 2.

℣. Eripe me de operántibus iniquitátem, ℟. Et de viris sánguinum salva me. *Ps.* 58. 3.

℣. Sic psalmum dicam nómini tuo in séculum séculi, ℟. Ut reddam vota mea de die in diem. *Ps.* 60. 9.

℣. Deus, in adjutórium

meum inténde; ℟. Dómine, ad adjuvándum me festína. *Ps.* 69. 2.

℣. Bénedic, ánima mea, Dómino, ℟. Et ómnia quæ intrà me sunt, nómini sancto ejus. *Ps.* 102. 1.

℣. Bénedic, ánima mea, Dómino, ℟. Et noli oblivísci omnes retributiónes ejus; *Ps.* 102. 2.

℣. Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis; ℟. Qui sanat omnes infirmitátes tuas; *Ps.* 102. 3.

℣. Qui rédimit de intéritu vitam tuam; ℟. Qui corónat te in misericórdia & miseratiónibus; *Ps.* 102. 4.

℣. Qui replet in bonis desidérium tuum; ℟. Renovábitur ut áquilæ juvéntus tua. *Ps.* 102. 5.

Tunc Hebdomadarius facit Confessionem.

Confiteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni-Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro & Paulo, ómnibus Sanctis, (& vobis, fratres,) quia peccávi nimis cogitatióne, verbo & ópere; meâ culpâ, meâ culpâ, meâ máximâ culpâ. Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem-Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, (& vos, fratres,) oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet,

Misereátur tuî omnípotens Deus, & dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam. *Hebdomadarius dicit*, Amen.

Deinde Chorus repetit Confessionem; & ubi dictum est, vobis, fratres, *&* vos, fratres; *dicit*, tibi, pater, *&* te, pater.

Factâ Confessione à Choro, Hebdomadarius dicit,

Misereátur vestrî omnípotens Deus, & dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

Indulgéntiam, absolutiónem & remissiónem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens & miséricors Dóminus. ℟. Amen.

Et prosequitur,

℣. Exáudi nos, Deus salutáris noster, ℟. Spes ómnium finium terræ. *Ps.* 64. 6.

℣. Miserére nostrî, Dómine, ℟. Miserére nostrî. *Ps.* 122. 3.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos; ℟. Quemádmodum sperávimus in te. *Ps.* 32. 22.

℣. Dómine Deus virtútum, convérte nos; ℟. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus. *Ps.* 79. 20.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101. 1.

℣. Dóminus vobíſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.
ORATIO. Orémus.
DOmine Deus omnípotens; qui ad princípium hujus diéi nos pervenire fecíſti, tuâ nos hódie ſalva virtúte; ut ad nullum declinémus peccátum, ſed ſemper ad tuam juſtítiam faciéndam noſtra procédant elóquia, dirigántur cogitatiónes & ópera; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs-ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.
℣. Dóminus vobíſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.

AD OFFICIUM CAPITULI.

Primò Lector petit benedictionem, dicens, Jube, Dómine, benè dícere. *Hebdomadarius benedicit:* Bonitátem, & diſciplínam, & ſciéntiam dóceat nos Dóminus. *Pſ.* 118. 66. *Reſpondet Chorus,* Amen. *Tum fit lectio Canonis, qui quâlibet die varius legitur, & habetur in Proprio de Tempore, vel de Sanctis, poſt Lectiones Officii Nocturni, vel poſt Laudes. In fine Canonis dicitur,* Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî. *Chorus reſpondet,* Deo grátias.

[*In Capitulo Eccleſiæ Metropolitanæ ad arbitrium Præcentoris, & pro opportunitate temporis, loco Canonis occurrentis, fit lectio brevis ex Concilio Aquiſgranenſi, quod eſt regula Canonicorum, eo ritu quo ſuprà dictum eſt: & expoſitione lectionis dicti Concilii, à Præcentore paucis verbis factâ, legitur Martyrologium.*]

[*A privatim recitantibus poſt lectionem Canonis, omiſſo Martyrologio, quod extra Chorum ad libitum legitur, dicitur* ℣. Pretióſa, & Sancta María, *ut infrà.*]

Deinde fit lectio Martyrologii ſeu denuntiatio Sanctorum, in cujus fine nihil reſpondetur, ſed Hebdomadarius ſtatim dicit

℣. Pretióſa in conſpéctu Dómini ℟. Mors Sanctórum ejus. *Pſ.* 115. 5.

Et abſolutè ſine Dóminus vobíſcum, *& ſine* Orémus,

SAncta María, & omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum; ut nos mereámur ab eo adjuvári & ſalvári, qui vivit & regnat in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

[*Denique, ubi legitur Necrologium, poſt ejus lectionem in cujus fine nihil quoque reſpondetur, Hebdomadarius dicit* ℣. Requiéſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 1.

Et absolutè sine Dóminus vobíscum,

Oratio. Orémus.

Absólve, quǽsumus, Dómine, ab omni vínculo delictórum ánimas Pontíficum, Fratrum, ac Benefactórum nostrórum, & ómnium fidélium defunctórum; ut in resurrectiónis glória inter sanctos & eléctos tuos resuscitáti respírent; Per Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Notandum est quòd in die obitûs dicetur Oratio pro dignitate defuncti ante Orationem, Absólve, *sub eadem conclusione.*]

Sequentes ℣℣. *cum Oratione* Actiónes, *ante laborem quotidianum dicendi, omittuntur diebus Festis à populo feriatis; & immediatè postquam dictum est,* Sancta María, *vel* Absólve, *Hebdomadarius dicit* ℣. Adjutórium, *infrà.*

℣. Deus, in adjutórium meum inténde; ℟. Dómine, ad adjuvándum me festína. *Ps.* 69. 2.

℣. Deus, in adjutórium meum inténde; ℟. Dómine, ad adjuvándum me festína.

℣. Deus, in adjutórium meum inténde; ℟. Dómine, ad adjuvándum me festína. Glória Patri. Sicut erat, &c. Allelúia.

℣. Réspice in servos tuos, Dómine, & in ópera tua; ℟. Et dírige fílios eórum. *Ps.* 89. 16.

℣. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, ℟. Et ópera mánuum nostrárum dírige super nos, & opus mánuum nostrárum dírige. *Ps.* 89. 17.

Oratio. Orémus.

Actiónes nostras, quǽsumus, Dómine, aspirándo prǽveni, & adjuvándo proséquere; ut cuncta nostra orátio & operátio à te semper incípiat, & per te cœpta finiátur; Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Hebdomadarius dicit ℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini, ℟. Qui fecit cœlum & terram. *Ps.* 123. 8.

Submissiori voce dicit, Benedícite. *Lector versus ad eum,* Dóminus: *& statim subjungit Hebdomadarius ad absolutionem Capituli,*

℣. Deus pacis aptet vos in omni bono, ut faciátis ejus voluntátem; fáciens in vobis quod pláceat coram se per Jesum Christum, cui est glória in sǽcula sæculórum. ℟. Amen. *Hebr.* 13. 21.

Si aliud non sequatur Officium, dicitur secretò, Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

Deinde, Pater noster.

AD TERTIAM.

Pater, Ave, *secretò.*

℣. Deus, in adjutórium.

HYMNUS.

NUnc, sancte, nobis,
Spíritus,
Unum Patri cum Fílio,
Dignáre promptus íngeri
Nostro refúsus péctori.

Os, lingua, mens, sensus, vigor
Confessiónem pérsonent;
Flamméscat igne cáritas,
Accéndat ardor próximos.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Sancto simul cum Spíritu
Regnans per omne séculum.
Amen.

Antiphona, & Psalmi secundùm Feriam.

CAPITULUM. *Jer.* 17. 14.

SAna me, Dómine, & sanábor; salvum me fac, & salvus ero; quóniam laus mea tu es.

℟. *breve*, Ego dixi; * Dómine, miserére meì; ℟. Ego. ℣. Sana ánimam meã, quia peccávi tibi. * Dómine. Glória. ℟. Ego. *Ps.* 40. 4. 5.

℣. Miserére meì, Dómine, ℟. Quóniam infirmus sum. *Ps.* 6. 3.

Quando ad Laudes dictæ sunt Preces, tunc ad Tertiam, Sextam, & Nonam dicuntur flexis genibus, & submissâ voce sequentes

PRECES.

KYrie, eléïson. Christe, eléïson. Kyrie, eléïson. Pater, *secretò usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine Deus virtútum, convérte nos; ℟. Et osténde fáciem tuam; & salvi érimus. *Ps.* 79. 20.

℣. Dómine, exaúdi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101. 1.

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio conveniens.

Secretò, Fidélium ánimæ, &c.

Pater noster, *nisi aliud sequatur Officium.*

AD SEXTAM.

Pater, Ave, *secretò.*

℣. Deus, in adjutórium.

HYMNUS.

REctor potens, verax
Deus,
Qui témperas rerum vices;
Splendóre manè pérficis,
Et ígnibus merídiem.

Extingue flammas lítium,
Aufer calórem nóxium,
Confer salútem córporum,
Verámque pacem córdium.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Sancto simul cum Spíritu
Regnans per omne séculum.
Amen.

Antiphona, & Psalmi secundùm Feriam.

CAPITULUM. *Coloss.* 3. 17.

OMne quodcúmque fácitis in verbo, aut in ópere; ómnia in nómine Dómini Jesu Christi, grá-

tias agéntes Deo & Patri per ipsum.

℟. *breve*, Benedícam Dóminum * In omni témpore, ℟. Benedícam. ℣. Semper laus ejus in ore meo. * In omni témpore. Glória. ℟. Benedícam. *Ps.* 33. 2.

℣. Laudábo Dóminum in vita mea, ℟. Psallam Deo meo quámdiu fúero. *Ps.* 145. 1.

Preces, si dicendæ sint, habentur suprà ad Tertiam.

Oratio conveniens.

Secretò, Fidélium ánimæ, &c.

Pater noster, *nisi aliud sequatur Officium.*

AD NONAM.

Pater, Ave, *secretò.*

℣. Deus, in adjutórium.

HYMNUS.

RERUM Deus tenax vigor,
Immótus in te pérmanens,
Lucis diúrnæ témpora
Succéssibus detérminans,

LARGIRE lucem véspere,
Quæ corda nusquã déserat,
Sed præmium mortis sacræ
Perénnis instet glória.

PRÆSTA, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Sancto simul cum Spíritu
Regnans per omne séculum.
Amen.

Antiphona, & Psalmi secundùm Feriam.

CAPITULUM. *Gal.* 6. 2.

ALter altérius ónera portáte, & sic adimplébitis legem Christi.

℟. *breve*, Ab occúltis meis * Munda me, Dómine, ℟. Ab occúltis. ℣. Et ab aliénis parce servo tuo. * Munda. Glória. ℟. Ab occúltis. *Ps.* 18. 13. 14.

℣. Pérfice gressus meos in sémitis tuis, ℟. Ut non moveántur vestígia mea. *Ps.* 16. 5.

Preces, si dicendæ sint, habentur suprà ad Tertiam.

Oratio conveniens.

Secretò, Fidélium ánimæ, &c.

Pater noster, *nisi aliud sequatur Officium.*

AD VESPERAS.

Preces, si dicendæ sint, habentur suprà ad Laudes, 148. *In iis loco Psalmi* De profúndis, *dicitur Ps.* Miserére meî, Deus, 73.

SUFFRAGIA, seu Commemorationes communes,

DE CRUCE,

In Officio Feriali tantùm.

Ant. Currámus ad propósitum nobis certámen, aspiciéntes in autórem fidei, & consummatórem Jesum, qui propósito sibi gaúdio sustínuit crucem. *Hebr.* 12. 1. 2.

℣. Ego ad Dóminum aspíciam, ℟. Expectábo Deũ Salvatórem meum. *Mich.* 77.

ORATIO. Orémus.

DEus, qui Unigéniti Filii tui pretióso sánguine vivíficæ Crucis vexíllum san-

ædificáre voluísti; concéde, quæsumus, eos qui ejúsdem sanctæ Crucis gaudent honóre, tuâ quoque ubique protectióne gaudére; Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

De omnibus Sanctis, In Festis Simplicibus & Feriis.

Ant. Justi epuléntur & exúltent in conspéctu Dei, & delecténtur in lætítia. *Ps.* 67. 4.

℣. Exultáte, justi, in Dómino; ℟. Rectos decet collaudátio. *Ps.* 32. 1.

Oratio. Orémus.

[*Quando dicitur Officium parvum B. Mariæ, vel quando fit de ea in Sabbato, omittuntur verba quæ parenthesi includuntur.*]

A Cunctis nos, quæsumus, Dómine, mentis & córporis defénde perículis; & intercedéntibus (beátâ & gloriósâ semper Vírgine Dei genitríce Maríâ,) beátis Apóstolis tuis Petro & Paulo, atque beáto N. & ómnibus Sanctis, salútem nobis tríbue benígnus & pacem; ut destrúctis advérsitátibus & erróribus univérsis, Ecclésia tua secúrâ tibi sérviat libertáte; Per (eúmdem) Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit, &c.

[*Nomen Patroni additur ante vel post nomina SS. Apostolorum, pro dignitate illius.*]

AD COMPLETORIUM

Per totam Hebdomadam.

C Onvérte nos, Deus salutáris noster, ℟. Et avérte iram tuam à nobis. *Ps.* 84. 4.

℣. Deus, in adjutóriū, &c.

Ant. 8. G. Miserére meî.

PSALMUS 4.

Spes in Deo collocanda, non in divitiis: in eo pax & somnus quietus.

C Um invocárem, exaudívit me Deus justítiæ meæ: * in tribulatióne dilatásti mihi.

Miserére meî, * & exáudi oratiónem meam.

Fílii hóminum, úsquequo gravi corde? * ut quid dilígitis vanitátem, & quæritis mendácium?

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum: * Dóminus exáudiet me, cùm clamávero ad eum.

Irascímini, & nolíte peccáre: * quæ dícitis in córdibus vestris, in cubílibus vestris compungímini.

Sacrificáte sacrifícium justítiæ, & speráte in Dómino. * Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultûs tuî, Dómine: * dedísti lætítiā in corde meo.

A fructu fruménti, vini, & ólei sui, * multiplicáti sunt.

In pace in idípsum * dórmiam, & requiéscam;

Quóniam tu, Dómine, * singuláriter in spe constituísti me.

P S A L M U S 90.

Nil sub tutela Dei timendum: Angelis commissus homo.

QUi hábitat in adjutório Altíssimi, * in protectióne Dei cœli commorábitur.

« Dicet Dómino: Suscép-
» tor meus es tu, & refú-
» gium meum; * Deus meus,
» sperábo in Deum. «

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * & à verbo áspero.

Scápulis suis obumbrábit tibi, * & sub pennis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus, * non timébis à timóre noctúrno.

A sagítta volánte in die, à negótio perambulánte in ténebris, * ab incúrsu, & dæmónio meridiáno.

Cadent à látere tuo mille, & decem míllia à dextris tuis; * ad te autem non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis considerábis, * & retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam tu es, Dómine, spes mea: * Altíssimum posuísti refúgium tuum.

Non accédet ad te malum, * & flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo:

Quóniam Angelis suis mandávit de te, * ut custódiant te in ómnibus viis tuis:

In mánibus portábunt te, * ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem & basilíscum ambulábis, * & conculcábis leónem & dracónē.

Quóniam in me sperávit, liberábo eum; * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, & ego exaúdiam eum: * cum ipso sum in tribulatióne, erípiam eum, & glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum, * & osténdam illi salutáre meum.

P S A L M U S 133.

Invitat Ecclesia suos ut Deum die nocteque colant.

ECce nunc benedícite Dóminum, * omnes servi Dómini.

Qui statis in domo Dómini, * in átriis domûs Dei nostri;

In nóctibus extóllite manus vestras in sancta, * & benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cœlum & terram.

Ant. Miserére meî, & exaúdi oratiónem meam. *Ps.* 4. 2.

H Y M N U S.

TE lucis ante términum, Rerum Creátor, póscimus

[Tu]t pro tua cleméntia,
[H]âc nocte nos custódias.

Fac vana custos Angelus
[P]ellat procul phantásmata;
[E]t dormiénte córpore,
Fac mens vigil te cógitet.

Præsta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Sancto simul cum Spíritu
Regnans per omne séculum.
Amen.

Capitulum. *Jer.* 14. 9.

TU in nobis es, Dómine, & nomen tuum invocátum est super nos; ne derelínquas nos.

℟. *breve*, In manus tuas, Dómine, * Commméndo spíritum meum; ℟. In manus. ℣. Redemísti me, Dómine Deus veritátis: *Comméndo. Glória. ℟. In manus. *Ps.* 30. 6.

℣. Custódi me, Dómine, ut pupíllam óculi. ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege me. *Ps.* 16. 8.

Ant. 7. a. Non dormitábit.

Canticum *Simeonis. Luc.* 2. 29. *ad* 32.

Nato & viso Christo Redemptore, justus mortem placidè expectat.

NUnc dimíttis servum tuum, Dómine, * secúndùm verbum tuum, in pace;

Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum,

Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum,

Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Israël.

Ant. Non dormitábit, neque dórmiet qui custódit Israël. *Ps.* 120. 4.

PRECES

In Semiduplicibus, Simplicibus, & Feriis, dicuntur submissâ voce, (& genibus flexis, quando dicta sunt Preces in Vesperis.)

In Duplicibus & suprà, ac intrà Octavas; omissis ℣℣. *sequentibus, dicitur* Dóminus vobíscum, *& Oratio,* Véritas, *infrà, & post* Benedicámus, *fit Confessio.*

KYrie, eléison, Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater, *secretò usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. In pace in idipsum dórmiam, & requiéscam; ℟. Quóniam tu, Dómine, singuláriter in spe constituísti me. *Ps.* 4. 9. 10.

Credo in Deum, *secretò usque ad* ℣. Carnis resurrectiónem. ℟. Vitam ætérnam. Amen.

℣. Benedíctus es, Dómine Deus patrum nostrórum; ℟. Et laudábilis, & gloriósus, & superexaltátus in sécula. *Dan.* 3. 52.

℣. Benedíctum nomen glóriæ tuæ sanctum; ℟. Et laudábile, & superexaltátum in ómnibus séculis *Dan.* 3. 52.

℣. Benedíctus es in firmaménto cœli; ℟. Et laudáb

lis & glorióſus in ſécula. *Dan.* 3. 56.

℣. Benedícat nos Deus, Deus noſter, ℟. Benedícat nos Deus. *Pſ.* 66. 7. 8.

Deinde fit Confeſſio, ut ſuprà ad Primam. 152. *Poſtea dicitur*

℣. Exaúdi nos, Deus ſalutáris noſter, ℟. Spes ómnium finium terræ. *Pſ.* 64. 6.

℣. Miſerére noſtrî, Dómine, ℟. Miſerére noſtrî. *Pſ.* 122. 3.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, ℟. Quemádmodum ſperávimus in te. *Pſ.* 32. 22.

℣. Dómine Deus virtútum, convérte nos; ℟. Et oſténde fáciem tuam, & ſalvi érimus. *Pſ.* 79. 8.

℣. Dómine, exaúdi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Oratio. Orémus.

VEritas tua, quæſumus, Dómine, ſemper máneat & líceat in córdibus noſtris; & per grátiam ſancti-Spíritûs omnis fálſitas inimíci deſtruátur: ſalva nos, omnípotens Deus, & lucem nobis concéde perpétuam Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúſdem Spíritûs-ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobíſcum;
℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.

Finito Completorio, dicitur ſubmiſſiori voce,

Grátia Dómini noſtri Jeſu Chriſti, & cáritas Dei, & communicátio ſancti-Spíritûs ſit cum ómnibus vobis.

℟. Amen. 2. *Cor.* 13. 13.

Antiphona de Beata Maria Virgine,

Ad devotionem.

AVE, Regína cœlórum:
Ave, Dómina Angelórum:
Salve, radix; ſalve, porta,
Ex qua mundo lux eſt orta.
Gaude, Virgo glorióſa,
Super omnes ſpecióſa:
Vale, ô valde decóra,
Et pro nobis Chriſtum exóra.

℣. Elégit eam Dóminus
℟. In habitatiónem ſibi. *Pſ.* 131. 13.

Oratio. Orémus.

COncéde, miſéricors Deus, fragilitáti noſtræ præsídium; ut qui ſanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, interceſſiónis ejus auxílio, à noſtris iniquitátibus reſurgámus; Per eúmdem, &c.

Poſt completum Officium dicitur ſecretò, Pater, Ave, *&* Credo.

BENEDICTIONES
dicendæ ante Lectiones.

DOMINICA,
& in Officiis novem Lectionum quæ non sunt de Sanctis.

IN I. NOCTURNO.

1. DEus, Dómini nostri Jesu Christi Pater glóriæ, det nobis spíritum sapiéntiæ. ℟. Amen. *Ephes.* 1. 17.

2. Filius Dei det nobis sensum, ut cognoscámus verum Deum. 1. *Joan.* 5. 20.

3. Spíritus veritátis dóceat nos omnem veritátem. 2. *Joan.* 16. 13.

IN II. NOCTURNO.

4. Illucéscat Deus in córdibus nostris, ad illuminatiónem sciéntiæ claritátis Dei. 2. *Cor.* 4. 6.

5. Sciámus supereminéntem sciéntiæ caritátem Christi, ut impleámur in omnem plenitúdinem Dei. *Ephes.* 3. 19.

6. Unctio quam accépimus à Deo, máneat in nobis, & dóceat nos de ómnibus. 1. *Joan.* 2. 27.

IN III. NOCTURNO.

7. Evangélium non sit in sermóne tantùm, sed & in virtúte, & in Spíritusancto, & in plenitúdine multa. 1. *Thess.* 1. 5.

8. Crescámus in grátia & cognitióne Dómini nostri & Salvatóris Jesu Christi. 2. *Petr.* 3. 18.

9. Deus spei répleat nos omni gaúdio & pace in credéndo; ut abundémus in spe, & virtúte Spíritûs-sancti. *Rom.* 15. 13.

Si pro ultima Lectione legatur aliud Evangelium cum Homilia, tunc nona Benedictio erit,

9. Permaneámus in fide fundáti, & immóbiles à spe Evangélii. *Coloss.* 1. 23.

¶ *Quando D. Archiepiscopus nonam Lectionem lecturus est, dicto ab eo ex more* Jube, Dómine, benè dícere, *Dignior post ipsum respondet illi:* Ora pro nobis, Pater. *Tuncque D. Archiepiscopus dicit:*

Oro ut cáritas vestra magìs ac magìs abúndet in sciéntia, & in omni sensu; ut sitis sincéri, & sine offénsa in diem Christi. *Philipp.* 1. 9. 10.

IN FEST. SANCTORUM,
quæ sunt novem Lectionum.

Benedictiones dicuntur in primo & tertio Nocturno, ut suprà; in secundo autem Nocturno, ut sequuntur.

4. Deus det nobis illumináto s óculos cordis, ut sciá-

mus quæ Sit spes vocatiónis ejus in Sanctis. *Ephes.* 1. 17. 18.

5. Dignos fáciat nos in partem sortis Sanctórum, qui erípuit nos de potestáte tenebrárum. *Coloss.* 1. 12. 13.

6. Aperiántur óculi nostri, ut convertámur à ténebris ad lucem, & accipiámus sortem inter Sanctos. *Act.* 26. 18.

IN FEST. SANCTORUM, *quæ sunt trium Lectionum tantùm.*

Dicuntur tres Benedictiones,

1. Deus det nobis, &c.

2. Dignos fáciat nos, &c.

3. Aperiántur, &c. *ut suprà.*

Si pro tertia Lectione legendum sit Evangelium cum Homilia, tunc tertia Benedictio erit,

3. Non erubescámus Evangélium; virtus enim Dei est in salútem omni credénti. *Rom.* 1. 16.

IN FERIALI OI

Benedictiones J *secundùm Feriam dine, scilicet,*

Feriâ 2. & 5. *e. cturno.*

Feriâ 3. & 6. *ex cturno.*

Feria 4. & *Sal sequitur.*

1. Pater Dómini n Christi det nob stum habitáre p in córdibus nostr 3. 14. 16. 17.

2. Crescámus in g cognitióne Dóm & Salvatóris Jesu 2. *Petr.* 3. 18.

3. Deus spei réplea ni gaudio & pac dén do; ut abun spe, & virtúte sancti. *Rom.* 15.

Si tertia Lecti Evangelio, tunc t nedictio erit,

Non erubescám *ut suprà.*



PROPRIUM
DE TEMPORE.

PARS ÆSTIVA.

IN FESTO
SS. TRINITATIS.

SEMIANNUALE.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Sabbato.

Ant. 1. a. EGo sum Deus, & non est ultrà Deus, nec est símilis meî. *Isai.* 46. 9.

Ant. 2. D. Ego Dóminus; glóriam meam álteri non dabo. *Isai.* 42. 8.

Ant. 1. D. Ego sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terra Ægypti, de domo servitútis. Non habébis deos aliénos coram me. *Exod.* 20. 2. 3.

Ant. 2. D. Non fácies tibi scúlptile, neque omnem similitúdinem. Non adorábis ea, neque coles: Ego sum Dóminus Deus tuus fortis, zelótes. *Exod.* 20. 4. 5.

Ant. 5. a. Cœlum sedes mea, terra autem scabéllum pedum meórum: ómnia hæc manus mea fecit. *Isai.* 66. 1. 2.

CAPITULUM. *Deut.* 10. 17.

DOminus Deus vester ipse est Deus deórum, & Dóminus dominántium, Deus magnus & potens.

℟. Deo grátias.

Sic respondetur in fine omnium Capitulorum.

℟. Audi, Israël: Dóminus Deus tuus, unus est: & * Díliges Dóminũ Deum ex toto corde tuo. *Marc.* 12. 29. 30. ℣. Scito ergo hódie, & cogitáto in corde tuo quod Dóminus ipse sit Deus in cœlo sursum, & in terra deórsum, & non sit álius. *Deut.* 4. 39. * Díliges. Glória. * Díliges.

HYMNUS. *Santol. Maglor.*

TEr sancte, ter potens Deus,
Incomprehénsa Trínitas,
O lux perénnis! próppriis
O ter beáta gaúdiis!
O vera semper Unitas!

O una semper Véritas!
O sancta semper, quæ bonum
Diffúndis omne, Cáritas!
Te densa circum núbila,
Te circum inaccéssum jubar,
Quod intus ardent Angeli
Circùm treméntes, cernere.
Te confitétur in tuo
Et plebs renáta nómine;
Firmáque prælibat fide
Amor quod ambit præmium.
Da posse quod jubes, Pater;
Da scire, Fili, quod doces;
Fac corde toto, Spíritus,
Nos velle quod probas bonum. Amen.

℣. Deum absque me nescies, ℟. Et salvátor non est præter me. *Osee* 13. 4.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. *f.** ...o sum qui sum: hoc no...n mihi est in ætérnum, hoc memoriále meum in ...eratiónem & generatió... *Exod.* 3. 14. 15.

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio, Omnípotens, ... *ad Laudes.*

Deinde fit Commemoratio Sabbato ante Dominicam primam post Pentecosten.

...Loquere, Dómine, ... audit servus tuus. 1. ... 3. 10.

℣. Septies in die laudem ... tibi, ℟. Super judícia ... tuæ. *Ps.* 118. 164.

... Deus, in te sp... ut supra post *Laudes.*

Completorium, *ut die.*

AD OFFICIUM NOC...

Invit. Magnum co... lio, & incomprehensí... lem cogitátu Dóminu... * Veníte, adorémus. ... 32. 19.

Ps. 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

Sublime numen, ter... tens, ter máximu...
Incomprehénsum lucis ... ménsæ jubar,
Simplex & unus, & tr... constans Deus,
Te res creátæ laude cóncinant.
Tu, Trinitátis fons i... haústus, Pater;
Tu, Nate, nascens P... ætérno sinu;
Tu, sancte, manans è ... bus, Spíritus;
Nil vos in una dívidit ... stántia.
Persona triplex: jungit Unitas:
In Patre semper Natus, Nato Pater;
Utérque sacro sempe... in Spíritu;
In Patre semper, ac i... to Spiritus.
Sed nullus horum q... libet vincit, grad...
Vel major extat, vel poténtiâ;
Æquale regnum, p... majéstas trium,
Origo nulli dignius co... bonum.

Rerum creátor, laus tibi,
vivens Pater:
Laus æqua, mundum qui redémit, Filio:
Quo nos supérnis ígnibus
succéndimur,
Compar in ævum Flámini
sit glória.
Amen.

Psalmi de Dominica in toto Officio.

In I. Nocturno.

Ant. 1. D. Benedíctus Deus & Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui prædestinávit nos in adoptiónem filiórum. *Ephes.* 1. 3. 5.

Ant. 2. D. Flecto génua ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi. *Ephes.* 3. 14.

Ant. 3. g. Ex Patre Dómini nostri Jesu Christi omnis patérnitas in cœlis, & in terra nominátur. *Ephes.* 3. 15.

℣. Numquid non pater unus ómnium nostrûm? ℟. Numquid non Deus unus creávit nos? *Malach.* 2. 10.

Pater, *secretò*, ℣. Et ne nos.

Benedictiones, ut post Psalterium.

Incipit liber primus Regum.

Lectio j. *c.* 1. *v.* 1. *ad* 7.

Fuit vir unus de Ramáthaïm-sophim, de monte Ephraïm, & nomen ejus Elcana, filius Jéroham, filii Elíu, filii Thohu, filii Suph, Ephrathæus: & hábuit duas uxóres, nomen uni Anna, & nomen secúndæ Phenénna. Fuerúntque Phenénnæ filii: Annæ autem non erant líberi. Et ascendébat vir ille de civitáte sua statútis diébus, ut adoráret, & sacrificáret Dómino exercítuum in Silo. Erant autem ibi duo filii Heli, Ophni & Phínees, sacerdótes Dómini. Venit ergo dies, & immolávit Elcana, dedítque Phenénnæ uxóri suæ, & cunctis filiis ejus, & filiábus partes: Annæ autem dedit partem unã tristis, quia Annam diligébat. Dóminus autem conclúserat vulvam ejus. Affligébat quoque eam æmula ejus, & veheménter angébat, in tantum, ut exprobráret quòd Dóminus conclusísset vulvam ejus: sicque faciébat per síngulos annos, cùm redeúnte témpore ascénderent ad templum Dómini; & sic provocábat eam. Porrò illa flebat, & non capiébat cibum. Tu autem, Dómine, miserére nostrî. ℟. Deo grátias.

℟. Quis ignórat quòd ómnia manus Dómini fécerit? * Apud ipsum est sapiéntia & fortitúdo, ipse habet consílium & intelligéntiam. *Job* 12. 9. 13. ℣. Omne datum óptimum, & omne donum perféctum, desúrsum est, descéndens à Patre lúminum. *Jac.* 1. 17. * Apud ipsum,

Lectio ij. *v.* 8. *ad* 11.

DIxit ergo ei Elcana vir suus: Anna, cur fles? & quare non cómedis? & quam ob rem afflígitur cor tuum? numquid non ego mélior tibi sum, quàm decem filii? Surréxit autem Anna postquam coméderat, & bíberat in Silo. Et Heli sacerdóte sedénte super sellam ante postes templi Dómini, cùm esset Anna amáro ánimo, orávit ad Dóminum, flens lárgiter, & votum vovit, dicens: Dómine exercítuum, si respíciens víderis afflictiónem fámulæ tuæ, & recordátus meî fúeris, nec oblítus ancíllæ tuæ, dederísque servæ tuæ sexum virílem; dabo eum Dómino ómnibus diébus vitæ ejus, & novácula non ascéndet super caput ejus.

℟. O altitúdo divitiárum sapiéntiæ & sciéntiæ Dei! * Quàm incomprehensibília sunt judícia ejus, & investigábiles viæ ejus! *Rom.* 11. 33. ℣. Excélsior cœlo est, & profúndior inférno; & unde cognósces? lóngior terrâ mensúra ejus, & látior mari. Quis contradícet ei? *Job* 11. 8. 9. 10. * Quàm.

Lectio iij. *v.* 20. *ad* 25.

ET factum est post círculum diérum, concépit Anna, & péperit filium, & vocávit nomen ejus Sámuël, eò quòd à Dómino postulásset eum. Ascéndit autem vir ejus Elcana, & omnis domus ejus, ut immoláret Dómino hóstiam solémne, & votum suum, & Anna non ascéndit; dixit enim viro suo: Non vadam, donec ablactétur infans, & ducam eum, ut appáreat ante conspéctum Dómini, & máneat ibi júgiter. Et ait ei Elcana vir suus: Fac quod bonum tibi vidétur, & mane donec abláctes eum; precórque ut ímpleat Dóminus verbum suum. Mansit ergo múlier, & lactávit filium suum, donec amovéret eum à lacte. Et addúxit eum secum, postquam ablactáverat, in vítulis tribus, & tribus módiis farínæ, & ámphora vini, & addúxit eum ad domum Dómini in Silo. Puer autem erat adhuc infántulus: & immolavérunt vítulum, & obtulérunt púerum Heli.

℟. Sublevátis óculis in cœlum, Jesus dixit: * Pater, † Hæc est vita ætérna, ut cognóscant te solum Deum, & quem misísti Jesum Christum. *Joan.* 17. 1. 3. ℣. Nosse te consummáta justítia est; & scire justítiam & virtútem tuam, radix est immortalitátis. *Sap.* 15. 3. * Pater. Glória. † Hæc est.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. *E.* Ego & Pater unum sumus; quia Pater in

me est; & ego in Patre. *Joan.* 10. 30. 38.

Ant. 5. a. Est Pater meus, qui gloríficat me; quem vos dicitis, quia Deus vester est. *Joan.* 8. 54.

Ant. 6. F. Amen, amen, dico vobis; Antequam Abraham fieret, ego sum. *Joan.* 8. 58.

℣. Egréssus ejus ab initio, ℟. A diébus æternitátis. *Mich.* 5. 2.

Benedictiones, ut post Psalterium.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

Epist. 170. §. 3. *Aliàs Epist.* 66.

Lectio iv.

SI Patri & Fílio & Spirítui-sancto latría debétur, & exhibétur à nobis, de qua dictum est: [Dóminum Deum tuum adorábis, & soli illi servies:] procul dúbio Dóminus Deus noster, cui soli per latríã servíre debémus, non est Pater solus, nec Fílius solus, nec solus Spíritus-sanctus; sed ipsa Trínitas unus Deus solus, Pater, & Fílius, & Spíritus-sanctus: non ut Pater sit ipse qui Filius, vel Spíritus-sanctus ipse sit aut Pater aut Fílius, cùm sit in illa Trinitáte Pater Filii solíus, & Fílius Patris solíus; Spíritus autem sanctus & Patris & Filii sit Spíritus: sed propter unam eamdémque natúram atque inseparábilem vitam, ipsa Trínitas, quantùm ab hómine potest, fide præcedénte intellígitur unus Dóminus Deus noster, de quo dictum est: [Dóminum Deum tuum adorábis, & illi soli sérvies.]

℟. Pater amat vos, quia vos me amástis, & credidístis quia à Deo exívi: * Exívi à Patre, & veni in mundum. *Joan.* 16. 27. 28.

℣. Ego ex ore Altíssimi prodívi. *Eccli.* 24. 5. * Exivi.

Lectio v. §. 4.

NOn enim sic ex Deo Patre unigénitus Fílius, quemádmodum ex illo est univérsa creatúra, quam ex níhilo creávit. Hunc quippe de sua substántia génuit, non ex níhilo fecit: nec eum ex témpore génuit, per quem cuncta témpora cóndidit. Quóniam sicut flamma splendórem quem gignit, témpore non præcédit; ita Pater numquam sine Fílio fuit. Ipse est quippe sapiéntia Dei Patris, de qua scriptum est; [Splendor est enim lucis ætérnæ.] Luci ergo cujus candor est, id est, Deo Patri sine dúbio coætérna est. Et ídeo non sicut in princípio fecit Deus cœlum & terram, ita in princípio fecit Verbum; sed [in princípio erat Verbum.] Spíritus quoque sanctus non sicut creatúra ex níhilo est factus; sed sic à Patre Filióque procédit, ut nec à Fílio nec à Patre sit factus.

℟. Dóminus possédit me in início viárum suárum, * Antequam quidquam fáceret à princípio: cum eo eram cuncta compónens. *Prov.* 8. 22. 30. ℣. Pater meus usque modò operátur, & ego óperor. *Joan.* 5. 17. * Antequam.

Lectio vj. §. 5.

HÆc Trínitas uníus est ejusdémque natúræ atque substántiæ; non minor in síngulis quàm in ómnibus, nec major in ómnibus quàm in síngulis; sed tanta in solo Patre, vel in solo Fílio, quanta in Patre simul & Fílio; & tanta in solo Spíritu-sancto, quanta simul in Patre & Fílio & Spíritu-sancto. Neque enim Pater, ut habéret Fílium de seípso, mínuit seípsum; sed ita génuit de se álterum se, ut totus manéret in se, & esset in Fílio tantus quantus & solus. Simíliter & Spíritus-sanctus íntegér de íntegro, non præcédit unde procédit, sed tantus cum illo quantus ex illo, nec mínuit eum procedéndo, nec auget hæréndo. Et hæc ómnia nec confúsè unum sunt, nec distínctè tria sunt; sed cùm sint unum, tria sunt; & cùm sint tria, unum sunt.

℟. Dóminus dixit ad me: Fílius meus es tu, * Ego hódie génui te. *Ps.* 2. 7. ℣. Cui dixit aliquándo Angelórum: Fílius meus es tu? *Hebr.* 1. 5. * Ego. Glória. * Ego.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. D. Rogábo Patrem meum, & álium Paraclétum dabit vobis Spíritum veritátis. *Joan.* 14. 16. 17.

Ant. 7. a. Paraclétus Spíritus-sanctus, quem mittet Pater in nómine meo, ille vos docébit ómnia, & súggeret vobis ómnia quæcúmque díxero vobis. *Joan.* 14. 26.

Ant. 8. G. Cùm vénerit Paraclétus, quem ego mittam vobis à Patre, qui à Patre procédit, ille testimónium perhibébit de me. *Joan.* 15. 26.

℣. Spíritus ómnia scrutátur, ℟. Etiam profúnda Dei. 1. *Cor.* 2. 10.

Benedictiones, ut post Psalterium.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 28. 18. *ad fin.*

IN illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis: Data est mihi omnis potéstas in cœlo, & in terra. Eúntes ergo docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, & Fílii, & Spíritûs-sancti. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Nazianzéni.

Tract. de Fide, Orat. 49. *post initium.*

QUis Catholicórũ ignórat Patrem verè esse Patrem, Fílium verè Fílium, & Spíritum-sanctum verè esse

esse Spíritum-sanctum? Sicut ipse Dóminus ad Apóstolos suos dicit: [Eúntes baptizáte omnes gentes in nómine Patris, & Filii, & Spiritûs-sancti.] Hæc est perfécta Trínitas in unitáte consístens, quam scílicet uníus substántiæ profitémur. Non enim nos secúndùm córporum conditiónem, divisiónem in Deo fácimus; sed secúndùm divínæ natúræ poténtiam, quæ in matéria non est; & nóminum persónas verè constáre crédimus; & unitátem divinitátis esse testámur.

℟. Locútus est Jesus úndecim discípulis: Eúntes * Docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, & Fílii, & Spíritûs-sancti. *Matt.* 28. 18. 19. ℣. Erit fons patens habitántibus Jerúsalem, in ablutiónem peccatóris. *Zach.* 13. 1. * Docéte.

Lectio viij.

NEc extensiónem partis alicújus ex parte, ut quidam putavérunt, Dei Filium dícimus; nec Verbum sine re, velut sonum vocis accípimus: sed tria nómina, & tres persónas, uníus esse esséntiæ, uníus majestátis atque poténtiæ crédimus. Et ideo unum Deum confitémur; quia únitas majestátis, plúrium vocábulo Deos próhibet appellári. Dénique Patrem & Filium cathólicè nominámus: duos autem Deos dícere nec póssumus, nec debémus. Non quòd Filius Dei, Deus non sit; immo verus Deus de Deo vero: sed quia non aliúnde quàm de ipso uno Patre, Dei Fílium nóvimus; períndе unum Deum dícimus. Hoc enim Prophétæ, hoc Apóstoli tradidérunt; hoc ipse Dóminus dócuit, cùm dicit: [Ego & Pater unum sumus.] Unum ad unitátem divinitátis, ut dixi, refert: Sumus autem, persónis assígnat.

℟. Dixit Paulus ad quosdam discípulos: Si Spíritum-sanctum accepístis credéntes? * Dixérunt: Sed neque si Spíritus-sanctus est, audívimus. Ille verò ait: In quo ergo baptizáti estis? *Act.* 19. 2. 3. ℣. Dóminus dixit: Effúndam Spíritum meum super omnem carnem. *Joel* 2. 28. * Dixérunt.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio ix. *c.* 6. 36. *ad* 42.

IN illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis: Estóte misericórdes, sicut & Pater vester misericors est. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Serm. 83. *de Verbis Evang.* §. 2. *Aliàs Serm.* 15. *de Verbis Domini.*

DUo sunt ópera misericórdiæ, quæ nos líberant, quæ bréviter ipse Dó-

minus pósuit in Evangélio: [Dimíttite, & dimittétur vobis: date, & dábitur vobis.] Dimíttite, & dimittétur vobis, ad ignoscéndum pértinet. Date, & dábitur vobis, ad præstándum beneficium pértinet. Quod ait de ignoscéndo; & tu vis tibi ignósci quod peccas, & habes álium cui tu possis ignóscere. Rursus quod pértinet ad tribuéndum beneficium; petit te mendícus, & tu es Dei mendícus. Omnes enim quando orámus, mendíci Dei sumus: ante jánuam magni Patris-famílias stamus, immo étiam prostérnimur, súpplices ingemíscimus, aliquid voléntes accípere; & ipsum áliquid, ipse Deus est. Quid à te petit mendícus? Panem. Et tu quid petis à Deo, nisi Christum, qui dicit: [Ego sum panis vivus, qui de cœlo descéndi?] Ignósci vobis vultis? Ignóscite: Remíttite, & remittétur vobis. Accípere vultis? Date, & dábitur vobis.

℟. Divisiónes gratiárum sunt, idem autem Spíritus. * Alii datur sermo sapiéntiæ; álii sermo sciéntiæ; álii prophetía. † Hæc ómnia operátur unus atque idem Spíritus, dívidens síngulis prout vult. 1. *Cor.* 12. 4. 8. 10. 11. ℣. Sensum tuum, Dómine, quis sciet, nisi tu míseris Spíritum-sanctum tuum de altíssimis;

& quæ tibi placen
rint hómines? *S*
18. * Alii datur
† Hæc ómnia.

Te Deum.

℣. *Sacerd.*
nos Deus, Deus
benedícat nos Deu
métuant eum om
terræ. *Ps.* 66. 6.

AD LAU

Ant. 7. a. NArráte i
pópulis
Dómini, quia ma
minus, & laudábi
1. *Par.* 16. 24. 25

Ant. 8. G. Af
mino glóriam & ir
leváte sacrificium
níte in conspéctu
adoráte Dóminum
16. 28. 29.

Ant. 5. a. Exa
minum quantùm
major enim est on
Eccli. 43. 33.

Ant. 3. *a.* Exaltá

Loco Cantici, B
dicitur sequens
Canticum. *Ecc*
ad 35.

Lux inaccessa,
Dei palatium;
indefessa, *creatu*
tis officium.

MUlta dicému
ficiémus in
consummátio au
mónum, ipse Dó
in ómnibus.

Gloriántes ad
bimus? * ipse enim
tens super ómnia

Terribilis Dóminus, & magnus veheménter; * & mirábilis poténtia ipsius.

Glorificántes Dóminum quantumcúmque potuéritis; * supervalébit enim adhuc, & admirábilis magnificéntia ejus.

Benedicéntes Dóminum, exaltáte illum quantùm potéstis; * major enim est omni laude.

Exaltántes eum replémini virtúte, ne laborétis; * non enim comprehendétis.

Quis vidébit eum, & enarrábit? * & quis magnificábit eum, sicut est ab inítio?

Ant. Exaltántes eum replémini vírtúte, ne laborétis; non enim comprehendétis. *Eccli.* 43. 34.

Ant. 6. C. Benedíctus Dóminus Deus Isräel ab ætérno usque in ætérnum; & dicat omnis pópulus: Amen. 1. *Par.* 16. 66.

CAPITULUM. 1. *Tim.* 6. 15. 16.

BEátus & solus potens, Rex regum, & Dóminus dominántium: qui solus habet immortalitátem, & lucem inhábitat inaccessíbilem; quem nullus hóminũ vidit, sed nec vidére potest; cui honor, & impérium sempitérnum.

HYMNUS. *Santol. Maglor.*

O Luce quæ tuâ lates,
Beáta semper Trínitas!
Te confitémur, crédimus,
Pióque corde quærimus.

O sancte sanctórum Pater,
O Nate de Deo Deus,
O caritátis vínculum
Jungens utrúmque, Spíritus!

UT se videt totum Pater,
Coæva proles náscitur;
Amórque quo se díligunt,
Et ipse procédit Deus.

EST totus in Nato Pater,
In Patre totus Fílius,
Natóque plenus ac Patre
Inest utríque Spíritus.

QUOD Natus est, hoc Spíritus;
Hoc est utérque, quod Pater;
Tres una summa Véritas,
Tres una summa Cáritas.

DA posse quod jubes, Pater;
Da scire, Fili, quod doces;
Fac corde toto, Spíritus,
Nos velle quod probas bonum. Amen.

℣. Non est sanctus, ut est Dóminus; ℟. Neque enim est álius extra te. 1. *Reg.* 2. 2.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. G. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus omnípotens, qui erat, & qui est, & qui ventúrus est. Dignus es, Dómine Deus noster, accípere glóriam, & honórem, & virtútem. *Apoc.* 4. 8. 11.

ORATIO. Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis in confessióne veræ fidei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, & in poténtia Majestátis adoráre

Unitátem; quæsumus, ut ejúsdem fidei firmitáte, ab ómnibus semper muniámur advérsis; Per Dóminum.

Deinde fit Commemoratio de Dominica prima post Pentecosten.

Ant. Estóte misericórdes, sicut & Pater vester miséricors est. *Luc. 6. 36.*

℣. Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo, ℟. Ut meditárer elóquia tua. *Ps.* 118. 148.

Oratio. Orémus.

Deus, in te sperántium fortitúdo, adésto propítius invocatiónibus nostris: & quia sine te nihil potest mortális infírmitas, præsta auxílium grátiæ tuæ; ut in exequéndis mandátis tuis, & voluntáte tibi & actióne placeámus; Per Dóminum.

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.

AD PRIMAM.

Ant. Narráte.

Dicitur Symbolum, Quicúmque.

CANON.

Ex Concílio Nicæno.

An. 787. act. 6.

Si quis non confitétur secúndùm apostólicas & patérnas traditiónes in Patre & Fílio & Spíritu-sancto unam Deitátem, natúram atque substántiam, voluntátem & operatiónem, virtútem & dominatiónem, regnum & potestátem in tribus subsisténtiis, id est, persónis glorificátis; anáthema sit.

AD TERTIAM.

Ant. Affērte.

Capitulum. *Rom. 15. 5. 6.*

Deus det vobis idípsum sápere in altérutrum secúndùm Jesum Christum, ut unánimes uno ore honorificétis Deum, & Patrem Dómini nostri Jesu Christi.

℟. *br.* Exaltáte Dóminum Deum nostrum, * Allelúia. allelúia. ℟. Exaltáte. ℣. Et adoráte in monte sancto ejus; quóniam sanctus Dóminus. * Allelúia, allelúia. Glória, ℟. Exaltáte. *Ps.* 98. 9.

℣. Per Jesum offerámus hóstiam laudis semper Deo, ℟. Id est, fructum labiórum confiténtium nómini ejus. *Hebr.* 13. 15.

Oratio, Omnípotens, *suprà ad Laudes.*

AD SEXTAM.

Ant. Exaltáte Dóminum.

Capitulum. *Hebr.* 1. 2. 3.

Filium Deus constítuit herédem universórum, per quem fecit & sécula: qui cùm sit splendor glóriæ, & figúra substántiæ ejus, portánsque ómnia verbo virtútis suæ, purgatiónem peccatórum fáciens, sedet ad déxteram Majestátis in excélsis.

℟. *br.* Verbo Dómini cœli firmáti sunt, * Allelúia, allelúia. ℟. Verbo. ℣. Et Spíritu oris ejus omnis virtus eórum. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Verbo. *Ps.* 32. 6.

℣. Fide intellígimus aptáta esse sécula Verbo Dei, ℟. Ut ex invisibílibus visibília fierent. *Hebr.* 11. 3.

AD NONAM.

Ant. Benedíctus.

CAPITULUM. *Ephes.* 5. 18. 19. 20.

IMplémini Spíritu-sancto, loquéntes vobismetípsis in psalmis, & hymnis, & cánticis spirituálibus, cantántes & psalléntes in córdibus vestris Dómino, grátias agéntes semper pro ómnibus in nómine Dómini nostri Jesu Christi Deo & Patri.

℟. *br.* Signávit nos Deus, * Allelúia, allelúia. ℟. Signávit. ℣. Et dedit pignus Spíritûs in córdibus nostris. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Signávit. 2. *Cor.* 1. 22.

℣. Spíritus-sanctus est pignus hereditátis nostræ, ℟. In redemptiónem acquisitiónis, in laudem glóriæ Christi. *Ephes.* 1. 14.

AD VESPERAS.

Ant. 3. a. NObis unus Deus, Pater, ex quo ómnia, & nos in illum: & unus Dóminus Jesus Christus, per quem ómnia, & nos per ipsum. 1. *Cor.* 8. 6.

Ant. 4. E. Unus Deus, unus & mediátor Dei & hóminũ homo Christus Jesus, qui dedit redemptiónem semetípsum pro ómnibus. 1. *Tim.* 2. 5. 6.

Ant. 7. a. Ipse Spíritus testimónium reddit spirítui nostro, quòd sumus filii Dei: si filii, & herédes: herédes quidem Dei, coherédes autem Christi. *Rom.* 8. 16. 17.

Ant. 2. D. In ipso vívimus, & movémur, & sumus; ipsíus enim & genus sumus. *Act.* 17. 28.

Ant. 5. a. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt ómnia: ipsi glória in sécula. Amen. *Rom.* 11. 36.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 13. 13.

GRátia Dómini nostri Jesu Christi, & cáritas Dei, & communicátio sancti-Spíritus sit cum ómnibus vobis.

℟. Séraphim clamábant alter ad álterum: * Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus exercítuum; † Plena est omnis terra glóriâ ejus. *Isai.* 6. 2. 3. ℣. Tres sunt qui testimónium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spíritus-sanctus; & hi tres unum sunt. 1. *Joan.* 5. 7. * Sanctus. Glória. † Plena est.

Hymnus, Ter sancte, *suprà in I. Vesperis.*

℣. Benedíctum nomen

majestátis ejus in ætérnum; ℟. Et replébitur majestáte ejus omnis terra. *Ps.* 71. 19.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. E. Eléctis secúndùm præsciéntiam Dei Patris, in sanctificatiónem Spíritûs, in obediéntiam, & aspersiónem sánguinis Christi: grátia vobis & pax multiplicétur. 1. *Petr.* 1. 1. 2.

Oratio, Omnípotens, *suprà ad Laudes.*

Deinde fit Commemoratio de Dominica prima post Pentecosten.

Ant. Nolíte judicáre, & non judicabímini: nolíte condemnáre, & non condemnabímini: eádem quippe mensúrâ, quâ mensi fuéritis, remetiétur vobis. *Luc.* 6. 37. 38.

℣. Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo: ℟. Elevátio mánuum meárum, sacrifícium vespertínum. *Ps.* 140. 2.

Oratio, Deus, in te sperántium, *suprà ad Laudes.*

AD COMPLETORIUM.

Ant. 3. *a.* Non faciétis vobis idólum & scúlptile, ut adorétis; Ego enim sum Dóminus Deus vester. *Levit.* 26. 1.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 5. a. Vidéte quòd ego sim solus, & non sit álius Deus præter me: vivo ego in ætérnum. *Deut.* 32. 39. 40.

IN FERIIS PER ANNUM,

usque ad Adventum.

Omnia ut in Psalterio.

Oratio Dominicæ præcedentis.

Ad Primam & Completorium tantùm, dicuntur Preces.

Ad Laudes & Vesperas fiunt Suffragia, seu Commemorationes communes, ut in Psalterio.

FERIA SECUNDA.

De libro primo Regum.

Lectio j.

c. 2. 12. *ad* 21.

Filii Heli, filii Bélial, nesciéntes Dóminum, neque offícium sacerdótum ad pópulum.... Sámuël autem ministrábat ante fáciem Dómini, puer, accínctus ephod líneo. Et túnicam parvam faciébat ei mater sua, quam afferébat statútis diébus, ascéndens cum viro suo, ut immoláret hóstiam solémnem. Et benedíxit Heli Elcanæ & uxóri ejus; dixítque ei: Reddat tibi Dóminus semen de muliere hac, pro fénore quod commodásti Dómino. Et abiérunt in locum suum. Visitávit ergo Dóminus Annam, & concépit, & péperit tres filios, & duas filias:

& magnificátus est puer Sámuël apud Dóminum.

℟. Diléctus à Dómino Deo suo Sámuël Prophéta Dómini, renovávit impérium; in lege Dómini congregatiónem judicávit, * Et cógnitus est in verbis suis fidélis, quia vidit Deum lucis. *Eccli.* 46. 16. 17. 18. ℣. Fuit gratus Deo; & erat potens in verbis, & in opéribus suis. *Act.* 7. 20. 22. * Et cógnitus est.

Lectio ij.

v. 22. *ad* 26.

HEli autem erat senex valde, & audívit ómnia quæ faciébant filii sui univérso Israéli: & quómodo dormiébant cum muliéribus quæ observábant ad óstium tabernáculi; & dixit eis: Quare fácitis res hujuscémodi, quas ego aúdio, res péssimas, ab omni pópulo? Nolíte, filii mei; non enim est bona fama, quam ego aúdio, ut tránsgredi faciátis pópulum Dómini. Si peccáverit vir in virum, placári ei potest Deus: si autem in Dóminum peccáverit vir, quis orábit pro eo? Et non audiérunt vocem patris sui: quia vóluit Dóminus occídere eos. Puer autem Sámuël proficiébat, atque crescébat, & placébat tam Dómino quàm homínibus.

℟. Dixit Sámuël ad univérsum Israël: Nolíte declináre post vana quæ non próderunt vobis, & non derelínquet Dóminus pópulum suum. Quòd * Si perseveravéritis in malitia, períbitis. 1. *Reg.* 12. 21. 22. 25. ℣. Nescítis quóniam servi estis ejus cui obedítis, sive peccáti ad mortem, sive obeditiónis ad justítiam? *Rom.* 6. 16. * Si perseveravéritis.

Lectio iij.

c. 2. 27. *ad* 35.

VEnit vir Dei ad Heli, & ait ad eum: Hæc dicit Dóminus.... Locútus sum, ut domus tua, & domus patris tui, ministráret in conspéctu meo, usque in sempitérnum. Nunc autem dicit Dóminus: Absit hoc à me: sed quicúmque glorificáverit me, glorificábo eum; qui autem contémnunt me, erunt ignóbiles. Ecce dies véniunt, & præcídam bráchium tuum, & bráchium domûs patris tui, ut non sit senex in domo tua. Et vidébis æmulum tuum in templo, in univérsis prósperis Israël: & non erit senex in domo tua ómnibus diébus. Verúmtamen non aúferam pénitus virum ex te ab altári meo: sed ut deficiant óculi tui, & tabéscat ánima tua: & pars magna domûs tuæ moriétur, cùm ad virílem ætátem vénerit. Hoc autem erit tibi signum quod ventúrum est duóbus filiis

tuis Ophni & Phínees: In die uno moriéntur ambo. Et suscitábo mihi sacerdótem fidélem, qui juxta cor meum & ánimam meam fáciet: & ædificábo ei domum fidélem: & ambulábit coram Christo meo, cunctis diébus.

℟. Si in toto corde vestro revertímini ad Dóminum, * Auférte deos aliénos de médio vestrî, & præparáte corda vestra Dómino, & † Servíte ei soli. 1. *Reg.* 7. 3. ℣. Scriptum est: Dóminum Deum tuum adorábis, & illi soli sérvies. *Matt.* 4. 10. * Auférte. Glória. † Sérvite.

Ad Laudes, Horas, & Vesperas, Oratio, Deus, in te sperántium, *suprà*, 172.

CANON.

Ex Concílio Senonénsi.

An. 1528. *decr.* 10. *de Sacram. Confirmationis.*

SAcraméntũ Confirmatiónis ab Apóstolis légimus promulgátum, cùm ad Samarítas misérunt Petrũ & Joánnem, à quibus illi (licèt à Philíppo Diácono ántea baptizáti) per impositiónem mánuum Spíritum-sanctum accíperent. Quod & ex Actis Apostolórum, apud Ephésios à Paulo, & ex Dionysio, Creménte, & Fabiáno Pontifícibus, à primæva quondam Ecclésia légimus obsérvátum.

FERIA TER

De libro primo Re

Lectio j. *c.* 3. 1

PUer Sámuël m bat Dómino cor li, & sermo erat pretiósus in diéb non erat vísio ma Factum est ergo in d dam, Heli jacébat suo, & óculi ejus ca rant, nec póterat lucérna Dei ántequ tingueretur, Sámuë miébat in templo D ubi erat arca Dei. E vit Dóminus Sámuë respóndens, ait: Ec Et cucúrrit ad Heli xit: Ecce ego; vocás me. Qui dixit: Non revértere & dormi. & dormívit. Et adjé minus rursum. vocá muélem. Consurg Sámuël ábiit ad Heli xit: Ecce ego; quia me. Qui respóndit vocávi te, fili mi; rev & dormi. Porro Sámu dum sciébat Dóminu que revelátus fúerat mo Dómini.

℟. Deus plebis Isr git patres nostros: po dedit Júdices: exín stulavérunt Regem * Dedit illis Saül vir tribu Bénjamin. *Act.* 20. 21. ℣. Dixérunt res natu Israël San Constítue nobis reg

judicet nos. 1. *Reg.* 8. 5. * Dedit.

Lectio ij. *v.* 8. *ad* 15.

ET adjécit Dóminus, & vocávit adhuc Samuélem tértiò. Qui consúrgens ábiit ad Heli, & ait: Ecce ego; quia vocásti me. Intelléxit ergo Heli quia Dóminus vocáret púerum; & ait ad Samuélem: Vade, & dormi; & si deínceps vocáverit te, dices: Lóquere, Dómine, quia audit servus tuus. Abiit ergo Sámuël, & dormívit in loco suo. Et venit Dóminus, & stetit; & vocávit, sicut vocáverat secúndò, Sámuël, Sámuël. Et ait Sámuël: Lóquere, Dómine, quia audit servus tuus. Et dixit Dóminus ad Samuélem: Ecce ego fácio verbum in Israël; quod quicúmque audíerit, tínnient ambæ aures ejus. In die illa suscitábo advérsùm Heli ómnia quæ locútus sum super domum ejus: incípiam, & complébo. Prædíxi enim ei quòd judicatúrus essem domum ejus in ætérnum, propter iniquitátem, eò quòd nóverat indígnè ágere filios suos, & non corripúerit eos. Idcírco jurávi dómui Heli, quòd non expiétur iníquitas domûs ejus víctimis & munéribus usque in ætérnum. Dormívit autem Sámuël usque manè, aperuítque óstia domûs Dómini. Et Sámuël timébat indicáre visiónem Heli.

℟. Dixit Sámuël ad Saül: Pércute Amalec, non parcas ei. Et pepércit Saül Agag; & ait Sámuël ad Saül: * Pro eo quòd abjecísti sermónem Dómini, abjécit te Dóminus. 1. *Reg.* 15. 1. 3. 9. 16. 23. ℣. Quicúmque totam legem serváverit, offéndat autem in uno, factus est ómnium reus. *Jac.* 2. 10. * Pro eo.

Lectio iij. *v.* 16. *ad* 21.

VOcávit ergo Heli Samuélem, & dixit: Sámuël fili mi? Qui respóndens, ait: Præstò sum. Et interrogávit eum: Quis est sermo, quem locútus est Dóminus ad te? oro te ne celáveris me: hæc fáciat tibi Deus, & hæc addat, si abscónderis à me sermónem ex ómnibus verbis quæ dicta sunt tibi. Indicávit ítaque ei Sámuël univérsos sermónes, & non abscóndit ab eo. Et ille respóndit: Dóminus est: quod bonum est in óculis suis fáciat. Crevit autem Sámuël, & Dóminus erat cum eo, & non cécidit ex ómnibus verbis ejus in terram. Et cognóvit univérsus Israël à Dan usque Bersabée, quòd fidélis Sámuël Prophéta esset Dómini. Et áddidit Dóminus ut apparéret in Silo, quóniam revelátus fúerat Dóminus Samuéli in Silo, juxta verbum Dómini. Et evénit sermo Samuélis univérso Israéli.

℟. Numquid vult Dóminus holocaústa & víctimas, & non pótiùs ut obediátur voci Dómini? * Mélior est enim obediéntia quàm víctimæ. 1. *Reg.* 15. 22. ℣. Qui permánserit in lege, factor óperis; hic beátus in facto suo erit. *Jac.* 1. 25. * Mélior est. Glória. * Mélior est.

CANON.

Ex Concílio Senonénsi. *An.* 1528. *decr.* 10. *de Sacram. Confirmationis.*

IMpositiónis mánuũ, nunc Confirmatiónis appellátum est Sacraméntum. Baptísmo síquidem regenerámur ad vitam; post Baptísmum hoc Sacraménto roborámur; cujus conferéndi potéstas Epíscopis à Christo concéssa, donum Dei est: quod assèruit Petrus pecúniâ possidéri non posse.

FERIA QUARTA.

De libro primo Regum.

Lectio j. *c.* 4. 1. *ad* 4.

FActum est in diébus illis, convenérunt Philísthiim in pugnam: & egréssus est Israël óbviàm Philísthiim in prælium, & castrametátus est juxta Lápidem adjutórii. Porrò Philísthiim venérunt in Aphec, & instruxérunt áciem contra Israël. Inito autem certámine, terga vertit Israël Philisthæis; & cæsa sunt in illo certámine passim per agros, quasi quátuor míllia virórum. Et revérsus est pópulus ad castra: dixerúntque majóres natu de Israël: Quare percússit nos Dóminus hódie corã Philísthiim? Afferámus ad nos de Silo arcam fœderis Dómini, & véniat in médium nostrî, ut salvet nos de manu inimicórum nostrórum. Misit ergo pópulus in Silo, & tulérunt inde arcam fœderis Dómini exercítuum sedéntis super Chérubim: erántque duo filii Heli cum arca fœderis Dei, Ophni & Phínees.

℟. Diléctus, 174.

Lectio ij. *v.* 10. *ad* 14.

PUgnavérunt ergo Philísthiim, & cæsus est Israël, & fugit unusquísque in tabernáculum suum: & facta est plaga magna nimis: & cecidérunt de Israël trigínta míllia péditum. Et arca Dei capta est: duo quoque filii Heli mórtui sunt, Ophni & Phínees. Currens autem vir de Bénjamin ex ácie, venit in Silo in die illa, scissâ veste, & conspérsus púlvere caput. Cúmque ille venísset, Heli sedébat super sellam contra viam spectans. Erat enim cor ejus pavens pro arca Dei. Vir autem ille, postquam ingréssus est, nuntiávit urbi, & ululávit omnis cívitas. Et audívit Heli sónitum clamóris, dixítque: Quis est hic sónitus tumúl-

tiis hujus ? At ille festinávit, & venit, & nuntiávit Heli.

℟. Dixit Sámuel, 175.

Lectio iij. *v.* 15. *ad* 20.

HEli autem erat nonagínta & octo annórum, & óculi ejus caligavérant, & vidére non póterat. Et dixit ad Heli : Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de ácie fugi hódie. Cui ille ait : Quid actum est, fili mi ? Respóndens autem ille qui nuntiábat, Fugit, inquit, Israël coram Philísthiim, & ruína magna facta est in pópulo : ínsuper & duo filii tui mórtui sunt, Ophni & Phínees; & arca Dei capta est. Cùmque ille nomináſſet arcam Dei, cécidit de sella retrórsùm juxta óstium, & fractis cervícibus mórtuus est. Senex enim erat vir, & grandævus : & ipse judicávit Israël quadragínta annis. Nurus autem ejus, uxor Phinees, prægnans erat, vicináque pártui : & audíto núntio quòd capta esset arca Dei, & mórtuus esset socer suus, & vir suus, incurvávit se, & péperit; irruérant enim in eam dolóres súbiti. In ipso autem moménto mortis ejus, dixérunt ei quæ stabant circa eam : Ne tímeas, quia filium peperísti.

℟. Si in toto corde, 176.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Continuat. Sess. 25. decr. de Indulgentiis.

SAcrosáncta Synodus Tridentína Indulgentiárum usum, Christiáno pópulo máximè salutárem, & sacrórum Conciliórum auctoritáte probátum, in Ecclésia retinéndum esse docet & præcipit; eósque anathémate damnat, qui aut inútiles esse ásserunt, vel eas concedéndi in Ecclésia potestátem esse negant.

¶ *Si crastinâ die occurrat Festum Duplex, transfertur in sequentem diem Officio Duplici non impeditam : Si verò Semiduplex, de eo fit Commemoratio in Laudibus tantùm : De Simplici autem nihil fit.*]



IN SOLEMNITATE SANCTISSIMÆ EUCHARISTIÆ.

ANNUALE-MINUS.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria.

Ant. 1. D. FAciet Dóminus ómnibus pópulis in monte Sion convívium pínguium, convívium medullatórum, vindémiæ defecátæ. *Isai.* 25. 6.

Ant. 2. D. Vénient, & laudábunt in monte Sion; & cónfluent ad bona Dómini super fruménto & vino. *Jer.* 31. 12.

Ant. 3. E. Tríticum cómedent, & vinum bibent in átriis sanctis. *Isai.* 62. 8. 9.

Ant. 6. C. Erit ánima eórum quasi hortus irríguus, & ultrà non esúrient. *Jer.* 31. 12.

Ant. 5. a. Edent paúperes, & saturabúntur: & laudábunt Dóminum qui requírunt eum: vivent corda eórum in séculum séculi. *Ps.* 21. 27.

CAPITULUM. *Jer.* 31. 14.

INebriábo ánimam sacerdótum pinguédine; & pópulus meus bonis meis adimplébitur, ait Dóminus.

℟. Omnis homo qui accésserit ad ea quæ consecráta sunt, in quo est immundítia, períbit: * Immúndus non vescétur, sed † Mundátus vescétur de sanctificátis, quia cibus illíus est. *Levit.* 22. 3. 6. 7. ℣. Non est bonum súmere panem filiórum, & míttere cánibus. *Matt.* 15. 26. * Immúndus. Glória. † Mundátus.

Hymnus, Pange, lingua, *ut infrà in II. Vesperis*, 193.

℣. Hauriétis aquas in gaúdio de fóntibus salvatóris; ℟. Et dicétis in die illa: Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus. *Isai.* 12. 3. 4.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *F.* Omnes sitiéntes, veníte ad aquas: & qui non habétis argéntum, properáte, émite, & comédite: veníte, émite absque argénto, & absque ulla commutatióne vinum & lac. *Isai.* 55. 1.

ORATIO. Orémus.

DOmine Deus, quē nunc in amóris tui Sacraménto præséntem crédimus & laténtem adorámus; da, quæsumus, ut depúlsâ tandem hujus vitæ calígine in

glória tua te maniféſtum contemplémur, & regnántem in ætérnum laudémus; Qui vivis.

COMPLETORIUM, *ut in die, infrà*, 194.

Oratio, Dómine Deus, *ſuprà*, & Véritas, *ſub una concluſione.*

AD OFFICIUM NOCT.

INVIT. Jeſum, Panem vitæ, * Veníte, adorémus. *Joan.* 6. 35.

Pſ. 94. Veníte, 2.

HYMNUS. *S. Thomæ Aquin.*

SACRIS ſolémniis Juncta ſint gaúdia,
Et ex præcórdiis Sonent præcónia:
Recédant vétera, Nova ſint ómnia,
Corda, voces, & ópera.

NOCTIS recólitur Cœna noviſſima,
Quâ Chriſtus créditur Agnum & ázyma
Dediſſe frátribus Juxta legítima
Priſcis indúlta pátribus.

POST agnum typicum, Explétis épulis,
Corpus Domínicum Datum diſcípulis,
Sic totum ómnibus, Quod totum ſíngulis,
Ejus fatémur mánibus.

DEDIT fragílibus Córporis férculum;
Dedit & tríſtibus Sánguinis póculum,
Dicens: Accípite Quod trado váſculum;
Omnes ex eo bibite.

SIC ſacrificium Iſtud inſtítuit,
Cujus officium Commítti vóluit
Solis Presbyteris, Quibus ſic cóngruit
Ut ſumant, & dent céteris.

PANIS Angélicus Fit panis hóminum,
Dat panis cœlicus Figúris términum:
O res mirábilis! Mandúcat Dóminum
Pauper, ſervus, & húmilis.

TE trina Déitas Unáque, póſcimus;
Sic nos tu víſita, Sicut te cólimus:
Per tuas ſémitas Duc nos quò téndimus,
Ad lucem quam inhábitas.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Dixit Móyſes.

PSALMUS I.

BEátus vir qui non ábiit in consílio impiórum, & in via peccatórum non ſtetit, * & in cáthedra peſtiléntiæ non ſedit.

Sed in lege Dómini volúntas ejus, * & in lege ejus meditábitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum quod plantátum eſt ſecus decúrſus aquárum, * quod fructum ſuum dabit in témpore ſuo:

Et fólium ejus non défluet; * & ómnia quæcúmque fáciet, prosperabúntur.

Non sic ímpii, non sic; * sed tanquam pulvis quem prójicit ventus à fácie terræ.

Ideo non resúrgent ímpii in judício, * neque peccatóres in concílio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justórum, * & iter impiórum péribit.

Ant. Dixit Móyses: Ite tolléntes ánimal per famílias vestras, & immoláte Phase. *Exod.* 12. 21.

Ant. 1. D. Patres nostri.

PSALMUS 8.

DOmine Dóminus noster, * quàm admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua * super cœlos.

Ex ore infántium & lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum & ultórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera digitórum tuórum; * lunam & stellas quæ tu fundásti.

Quid est homo, quòd memor es ejus? * aut filius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paulò minùs ab Angelis, * glóriâ & honóre coronásti eum, & constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pédibus ejus, * oves & boves univérsas, ínsuper & pécora campi;

Vólucres cœli, * & pisces maris, qui perámbulan[t] sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quàm admirábile es[t] nomen tuum in univérs[a] terra!

Ant. Patres nostri man[-] ducavérunt manna in de[-] sérto, sicut scriptum est: Panem de cœlo dedit e[is] manducáre. *Joan.* 6. 31.

Ant. 2. D. Fontes amár[...]

PSALMUS 15.

COnsérva me, Dómi[-] ne, quóniam sperá[vi] in te: * dixi Dómino, De[us] meus es tu, quóniam bon[o]rum meórum non eges.

Sanctis qui sunt in ter[ra] ejus, * mirificávit omn[es] voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ sunt infi[r]mitátes eórum; * póstea a[c]celeravérunt.

Non congregábo conve[n]tícula eórum de sanguíni[-] bus; * nec memor ero nó[-] minum eórum per lábi[a] mea.

Dóminus pars hereditá[-] tis meæ, & cálicis mei: tu es qui restítues hereditá[-] tem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi i[n] præcláris; * étenim herédi[-] tas mea præclára est mihi.

Benedícam Dóminum qui tríbuit mihi intell[é]ctum; * ínsuper & usq[ue]

ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo semper;* quóniam à dextris est mihi ne commóvear.

Propter hoc lætátum est cor meum, & exultávit lingua mea : * ínsuper & caro mea requiéscet in spe :

Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno : * nec dabis Sanctum tuum vidére corruptiónem.

Notas mihi fecísti vias vitæ ; adimplébis me lætítiâ cum vulto tuo : * delectatiónes in déxtera tua usque in finem.

Ant. Fontes amári obdulcáti sunt eis ad bibéndum, & annónam de cœlo consecúti sunt. *Judith* 5. 15.

℣. Omnes eámdem escam spiritálem manducavérunt, ℟. Et omnes eúmdem potum spiritálem bibérunt. 1. *Cor.* 10. 3. 4.

De Epístola prima beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Lectio j. *c.* 11. 20. *ad* 22.

CONveniéntibus vobis in unum, jam non est Domínicam cœnam manducáre. Unusquísque enim suam cœnam præsúmit ad manducándum. Et álius quidem ésurit, álius autem ébrius est. Numquid domos non habétis ad manducándum & bibéndum ? aut Ecclésiam Dei contémnitis, & confúnditis eos qui non habent ? Quid dicam vobis ? Laudo vos ? in hoc non laudo.

℟. Immolábit agnum univérsa multitúdo filiórum Israël ad vésperã ; & * Edent carnes & ázymos panes. *Exod.* 12. 6. 8. ℣. Pascha nostrum immolátus est Christus : ítaque epulémur in ázymis sinceritátis & veritátis. 1. *Cor.* 5. 7. 8. * Edent.

Lectio ij. *v.* 23. *ad* 26.

EGo enim accépi à Dómino quod & trádidi vobis, quóniam Dóminus Jesus in qua nocte tradebátur, accépit panem, & grátias agens fregit, & dixit : Accípite, & manducáte ; hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur : hoc fácite in meam commemoratiónem. Simíliter, & cálicem, postquam cœnávit, dicens : Hic calix novum testaméntum est in meo sánguine : hoc fácite quotiescúmque bibétis, in meam commemoratiónem. Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc, & cálicem bibétis ; mortem Dómini annuntiábitis donec véniat.

℟. Appáruit in solitúdine minútum in similitúdinem pruínæ super terram. Quod cùm vidíssent fílii Israël, ait eis Móyses : * Iste est panis quem Dóminus dedit vobis ad vescéndum. *Exod.* 16. 14. 15. ℣. Non Móyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis pa-

nem de cœlo verum. *Joan.* 6. 32. * Iste est.

Lectio iij. *v.* 27. *ad* 32.

ITaque quicúmque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indígnè, reus erit córporis & sánguinis Dómini. Probet autem seípsum homo; & sic de pane illo edat, & de cálice bibat. Qui enim mandúcat & bibit indígnè, judícium sibi mandúcat & bibit, non dijúdicans corpus Dómini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecílles, & dórmiunt multi. Quòd si nosmetípsos dijudicarémus, non útique judicarémur. Dum judicámur autem, à Dómino corrípimur, ut non cum hoc mundo damnémur.

℟. Respéxit Elías, & ecce ad caput suum subcinerícius panis, & vas aquæ: comédit, & bibit, & * Ambulávit in fortitúdine cibi illíus, usque ad montem Dei. 3. *Reg.* 19. 6. 8. ℣. Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum. *Joan.* 6. 52. * Ambulávit. Glória. * Ambulávit.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Dixit Jesus Judæis.

PSALMUS 19.

EXaúdiat te Dóminus in die tribulatiónis; * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de sancto, * & de Sion tueátur te.

Memor sit omnis sacrifícii tui; * & holocaústum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi secúndùm cor tuum; * & omne consílium tuum confírmet.

Lætábimur in salutári tuo, * & in nómine Dei nostri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas: * nunc cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus Christum suum.

Exaúdiet illum de cœlo sancto suo: * in potentátibus salus déxteræ ejus.

Hi in cúrribus, & hi in equis: * nos autem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, & cecidérunt: * nos autem surréximus, & eréćti sumus.

Dómine, salvum fac regem; * & exaúdi nos in die quâ invocavérimus te.

Ant. Dixit Jesus Judæis: Ego sum panis vitæ. Hic est panis qui de cœlo descéndit. *Joan.* 6. 48. 59.

Ant. 5. a. Patres vestri.

PSALMUS 22.

DOminus regit me, & nihil mihi déerit; * in loco páscuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me; * ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justítiæ, * propter nomen suum.

Nam, & si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala, * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus, * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsùs eos qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo caput meum: * & calix meus inébrians quàm præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Ant. Patres vestri manducavérunt manna in desérto, & mórtui sunt. *Joan.* 6. 49.

Ant. 1. a. Panis.

PSALMUS 41.

QUemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum, * ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte, * dum dícitur mihi quotídie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum, & effúdi in me ánimam meá: * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei,

In voce exultatiónis & confessiónis, * sonûs epulántis.

Quare tristis es, ánima mea, * & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi; * salutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ad meípsum ánima mea conturbáta est: * proptérea memor ero tuî de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyssus abyssum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua, & fluctus tui * super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam, * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ; * dicam Deo: Suscéptor meus es.

Quare oblítus es meî? * & quare contristátus incédo, dum affligit me inimícus?

Dum confringúntur ossa mea, * exprobravérunt mihi qui tríbulant me inimíci mei:

Dum dicunt mihi per síngulos dies, * Ubi est Deus tuus?

Quare tristis es, ánima mea, * & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi; * salutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ant. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. *Joan.* 6. 52.

℣. Gustáte, & vidéte quó-

niam ſuávis eſt Dóminus : ℟. Beátus vir qui ſperat in eo. *Pſ.* 33. 9.

Sermo ſancti Thomæ Aquinátis.

Lectio iv. *Opuſc.* 57.

IMménſa divínæ largitátis beneficia exhíbita pópulo Chriſtiáno, inæſtimábilem ei cónferunt dignitátem. Neque enim eſt aut fuit aliquándo tam grandis nátio, quæ hábeat deos appropinquántes ſibi, ſicut adeſt nobis Deus noſter. Unigénitus síquidem Dei Fílius ſuæ divinitátis volens nos eſſe partícipes, noſtram natúram aſſúmpſit, ut hómines deos fáceret factus homo. Et hoc ínſuper quod de noſtro aſſúmpſit, totum nobis cóntulit ad ſalútem. Corpus namque ſuum pro noſtra reconciliatióne in ara crucis hóſtiam óbtulit Deo Patri: ſánguinem ſuum fudit in prétium ſimul & lavácrum; ut redémpti à miſerábili ſervitúte, à peccátis ómnibus mundarémur. Et ut tanti beneficii jugis in nobis manéret memória, corpus ſuum in cibum, & ſánguinem ſuum in potum, ſub ſpécie panis & vini ſuméndum, fidélibus derelíquit.

℟. Litigábant Judæi ad ínvicem, dicéntes: * Quómodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducándum? *Joan.* 6. 52. 53. ℣. Pópulo huic factum eſt cor incrédulum, & exáſperans: receſſérunt, & abiérunt. *Jer.* 5. 23. * Quómodo.

Lectio v.

O Pretióſum & admirándum convívium, ſalutíferum, & omni ſuavitáte replétum! Quid enim hoc convívio pretióſius eſſe poteſt; in quo non carnes vitulórum & hircórum, ut olim in lege, ſed nobis Chriſtus ſuméndus propónitur verus Deus? Quid hoc Sacraménto mirabílius? In ipſo namque panis & vinum in corpus & ſánguinem Chriſti ſubſtantiáliter convertúntur. Ideóque Chriſtus Deus & homo perféctus ſub módici panis & vini ſpécie continétur. Manducátur ítaque à fidélibus, ſed mínimè lacerátur; quinímo, divíſo Sacraménto, ſub quálibet diviſiónis partícula ínteger perſevérat. Accidéntia étiam ſine ſubjécto in eódem exíſtunt; ut fides locum hábeat, dum viſíbile inviſibíliter ſúmitur ſub aliéna ſpécie occultátum; & ſenſus à deceptióne immúnes reddántur, qui de accidéntibus júdicant ſibi notis.

℟. Cœnántibus diſcípulis, accépit Jeſus panem, & * Benedíxit, ac fregit, dedítque eis, & ait: Accípite, & comédite: hoc eſt corpus meum. *Matt.* 26. 26. ℣. Panem cœli dedit eis: panem

Angelórum manducávit homo. *Ps.* 77. 24. 25. * Benedíxit.

Lectio vj.

NUllum étiam Sacraméntum est isto salúbrius, quo purgántur peccáta, virtútes augéntur, & mens ómnium spirituálium charísmatum abundántiâ impinguátur. Offértur in Ecclésia pro vivis & mórtuis; ut ómnibus prosit, quod est pro salúte ómnium institútum. Suavitátem dénique hujus Sacraménti nullus digne exprímere súfficit; per quod spirituális dulcédo in suo fonte gustátur; & recólitur memória illíus, quam in sua passióne Christus monstrávit, excellentíssimæ caritátis. Unde ut árctiùs hujus caritátis imménsitas fidélium córdibus infigerétur, in última cœna, quando, Paschâ cum discípulis celebráto, transitúrus erat de hoc mundo ad Patrem, hoc Sacraméntum instítuit, tanquam passiónis suæ memoriále perénne, figurárum véterum impletívum, miraculórum ab ipso factórum máximum, & de sua contristátis abséntia solátium singuláre.

℟. Accípiens Jesus cálicem, grátias egit; & dedit illis, dicens: Bíbite ex hoc omnes: hic est enim sanguis meus novi testaménti, qui * Pro multis effundétur in remissiónem peccatórum. *Matt.* 26. 27. 28. ℣. Hic est sanguis fœderis quod pépigit Dóminus vobíscum. *Exod.* 24. 8. * Pro multis. Glória. * Pro multis.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Ego sum.

PSALMUS 42.

JUdica me, Deus, * & discérne causam meam de gente non sancta.

Ab hómine iníquo & dolóso érue me, * quia tu es, Deus, fortitúdo mea:

Quare me repulísti? & quare tristis incédo, * dum afflígit me inimícus?

Emítte lucem tuam & veritátem tuam: * ipsa me deduxérunt, & adduxérunt in montem sanctum tuum, & in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei; * ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus: * quare tristis es, ánima mea, & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi; * salutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ant. Ego sum panis vitæ. Qui venit ad me, non esúriet; & qui credit in me, non sítiet unquam. *Joan.* 6. 35.

Ant. 6. C. Hic est panis.

PSALMUS 80.

EXultáte Deo adjutóri nostro, * jubiláte Deo Jacob.

Súmite psalmum, & date

tympanum, * psaltérium jucúndum cum cíthara.

Buccináte in Neoménia tubâ, * in insígni die solemnitátis vestræ:

Quia præcéptum in Israël est, * & judícium Deo Jacob.

Testimónium in Joseph pósuit illud, cùm exíret de terra Ægypti: * linguam quam non nóverat, audívit.

Divértit ab onéribus dorsum ejus, * manus ejus in cóphino serviérunt.

In tribulatióne invocásti me, & liberávi te; * exaudívi te in abscóndito tempestátis, probávi te apud aquam contradictiónis.

Audi, pópulus meus, & contestábor te: * Israël, si audíeris me, non erit in te Deus recens, neque adorábis Deum aliénum.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terra Ægypti; * diláta os tuum, & implébo illud.

Et non audívit pópulus meus vocem meam, * & Israël non inténdit mihi.

Et dimísi eos secúndùm desidéria cordis eórum, * ibunt in adinventiónibus suis.

Si pópulus meus audísset me, * Israël si in viis meis ambulásset,

Pro níhilo fórsitan inimícos eórum humiliássem, * & super tribulántes eos misíssem manum meam.

Inimíci Dómini mentíti sunt ei; * & erit tempus eórum in sécula.

Et cibávit eos ex ádipe fruménti; * & de petra, melle saturávit eos.

Ant. Hic est panis de cœlo descéndens; ut si quis ex ipso manducáverit, non moriátur. *Joan.* 6. 50.

Ant. 8. G. Non sicut manducavérunt.

PSALMUS 83.

Quàm diléćta tabernácula tua, Dómine virtútum! * concupíscit, & déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum, & caro mea * exultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum, * & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua, Dómine virtútum, * Rex meus, & Deus meus.

Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine, * in sécula seculórum laudábunt te.

Beátus vir cujus est auxílium abs te; * ascensiónes in corde suo dispósuit in valle lacrymárum, in loco quem pósuit.

Etenim benedictiónem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem; * vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum, exáudi oratiónem meam; * áuribus pércipe, Deus Jacob.

Protéćtor noster, áspice, Deus, * & réspice in fáciem Christi tui;

Quia mélior est dies una in átriis tuis * super míllia.

Elégi abjéctus esse in domo Dei mei, * magìs quàm habitáre in tabernáculis peccatórum;

Quia misericórdiam & veritátem díligit Deus, * grátiam & glóriam dabit Dóminus:

Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia:* Dómine virtútũ, beátus homo qui sperat in te.

Ant. Non sicut manducavérunt patres vestri manna, & mórtui sunt. Qui mandúcat hunc panem, vivet in ætérnum. *Joan. 6. 59.*

℣. Sapiéntia míscuit vinum, ℟. Et propósuit mensam suam. *Prov. 9. 1. 2.*

Léctio sancti Evangélii secúndùm Joánnem.

Lectio vij. *c. 6. 56, ad 59.*

IN illo témpore; Dixit Jesus turbis Judæórum: Caro mea verè est cibus; & sanguis meus verè est potus. Et réliqua.

Homília sancti Cyrílli Alexandríni.

Adversùs Nestor. lib. 4.

QUi mandúcat me, (inquit,) & ille vivet.] Manducámus nos; non quòd ipsã divinitátem consumámus; ápage ab ista impietáte; sed illam própriam Verbi carnem jam vivíficam efféctam, quia ejus facta est qui propter Patrem vivit. Et certè non dícimus extrinsecâ participatióne & adventítiâ vivificári Verbum à Patre; sed vitam pótiùs per natúram esse affirmámus; génitus est enim de Patre tanquam de vita. Quemádmodum verò vivíficum est illud ipsius Verbi corpus quod sibi próprium fecit per veram uniónem, quæ & intelligéntiam & sermónem súperat; sic nos quoque qui illius sanctæ carnis & sánguinis ejus participatióne frúimur, omníno vivificámur; cùm in nobis máneat Verbum, non solùm divíno modo per sanctum - Spíritum, verùm étiam humáno per sanctam carnem & pretiósum sánguinem.

℟. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. * Qui mandúcat meam carnem, & bibit meũ sánguinem, in me manet, & ego in illo. *Joan. 6. 56. 57.* ℣. Comédite, amíci, & bíbite; & inebriámini, caríssimi. *Cant. 5. 1.* * Qui mandúcat.

Lectio viij.

HÆc quæ dixi, vera esse beátus Paulus suo suffrágio confírmat, sic scribens ad eos qui Corínthi in Dóminum nostrum Jesum Christum credíderant: [Tanquam prudéntibus dico, judicáte vos quod dico. Calix benedictiónis cui benedícimus, nonne communicátio sánguinis Christi est? Panis quem frángimus,

nonne communicátio córporis Chriſti eſt? Quóniam unus panis, unum corpus multi ſumus; omnes enim de uno pane participámus.] Partícipes namque ſancti-Spíritûs effécti, & ipſi ómnium Salvatóri Chriſto, & inter nos unímur. Concorporáles étiam hoc modo ſumus; [omnes enim de uno pane participámus.] Cólligat namque nos ad unitátem corpus Chriſti quod eſt in nobis, neque eſt ullo modo divíſum.

℟. Amen, amen dico vobis: * Niſi manducavéritis carnem Fílii hóminis, & bibéritis ejus ſánguinèm, non habébitis vitam in vobis. *Joan.* 6. 54. ℣. Si quis mundus eſt, & non fecit Phaſe, exterminábitut ánima illa de pópulis ſuis. *Num.* 9. 13. * Niſi manducavéritis.

Lectio ix.

AC divínum quidem hoc eſſe Myſtérium, participationémque ejus vivíficam, & incruéntæ ejus hóſtiæ vim longè illo legáli cultu præſtantióre perfácile eſt vidére; vel ab eo ipſo quòd illa priſcis homínibus ſancíta per Móyſen, umbra dicúntur; Chriſtus verò ejúſque ómnia, Véritas appellántur. Ad eámque rem confirmándam, nobis erit adjuménto ſanctus Paulus ſic ſcribens: [Irritam quis fáciens legem Móyſi, ſine ulla miſeratióne duóbus vel tribus téſtibus móritur; quantò magìs putátis deterióra meréri ſupplícia qui Fílium Dei conculcáverit, & ſánguinẽ Teſtaménti pollútũ dúxerit in quo ſanctificátus eſt, & Spirítui grátiæ contuméliã fécerit?] Quantò ígitur res noſtræ ſunt excellentióres, quibus ipſa Véritas, id eſt, Chriſtus, illúxit, ſanctámque ſuam carnem ad participándum appóſuit?

℟. Quicúmque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indígnè, reus erit córporis & ſánguinis Dómini: * Probet autem ſeípſum homo, & ſic de pane illo edat, & de cálice bibat. 1. *Cor.* 11. 27. 28. ℣. Anima pollúta quæ éderit de cárnibus hóſtiæ, peribit de pópulis ſuis. *Levit.* 7. 20. * Probet. Glória. * Probet.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Benedícito Dóminum qui fecit te, ℟. Et inebriántem te ab ómnibus bonis ſuis. *Eccli.* 32. 17.

AD LAUDES.

Pſalmi de Dominica.

Ant. DIxit Jeſus: Panis 7. a. Dei eſt qui dè cœlo deſcéndit, & dat vitam mundo. *Joan.* 6. 32. 33.

Ant. 1. a. Amen, amen dico vobis: Ego ſum panis

vivus qui de cœlo deſcéndi. *Joan.* 6. 47. 51.

Ant. 2. D. Sicut miſit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui mandúcat me, & ipſe vivet propter me. *Joan.* 6. 58.

Ant. 3. g. Qui mandúcat.

CANTICUM.

Sap. 16. 20. *ad* 21.

Quantus homo! quem Deus ſeipſo paſcit.

ANgelórum eſcâ nutriviſti pópulum tuum; * & parátum panem de cœlo præſtitiſti illis ſine labóre,

Omne delectaméntum in ſe habéntem, * & omnis ſapóris ſuavitátem.

Subſtántia enim tua dulcédinem tuam, quam in fílios habes, * oſtendébat:

Et deſérviens uniuſcujúſque voluntáti, * ad quod quiſque volébat, convertebátur.

Et dicitur per totam Octavam, cùm ſit de Octava.

Ant. Qui mandúcat meā carnem, & bibit meum ſánguinem, habet vitam ætérnam. *Joan.* 6. 55.

Ant. 5. a. Qui mandúcat & bibit indígnè, judícium ſibi mandúcat & bibit, non dijúdicans corpus Dómini. 1. *Cor.* 11. 29.

CAPITULUM. *Iſai.* 55. 2. 3.

AUdíte audiéntes me, & comédite bonum, & delectábitur in craſſitúdine ánima veſtra: inclináte aurem veſtram, & veníte ad me: audíte, & vivet ánima veſtra.

HYMNUS.

S. Thomæ Aquin.

VERBUM ſupérnum pródiens,
Nec Patris linquens déxteram,
Ad opus ſuum éxiens,
Venit ad vitæ véſperam.

IN mortem à diſcípulo
Suis tradéndus æmulis,
Priùs in vitæ férculo
Se trádidit diſcípulis.

QUIBUS ſub bina ſpécie
Carnem dedit & ſánguinem;
Ut dúplicis ſubſtántiæ
Totum cibáret hóminem.

SE naſcens dedit ſócium,
Convéſcens in edúlium,
Se móriens in prétium,
Se regnans dat in præmiū.

O ſalutáris Hóſtia,
Quæ cœli pandis óſtium,
Bella premunt hoſtília,
Da robur, fer auxílium.

QUI carne nos paſcis tuâ,
Sit laus tibi, Paſtor bone,
Cum Patre; nec tibi minor
Laus, utriúſque Spíritus.
Amen.

℣. Pinguis panis ejus,
℟. Et præbébit delícias régibus. *Gen.* 49. 20.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D. * Quotieſcúmque manducábitis panem hunc, & cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis donec véniat. 1. *Cor.* 11. 26.

Oratio. Orémus.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili, passiónis tuæ memóriam reliquísti; tribue, quæsumus, ita nos córporis & sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus; Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

AD HORAS.

In fine Hymnorum, Doxologia, Qui carne nos pascis tuâ, &c. *ut suprà.*

Psalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. Dixit Jesus.

In ℟. *br.* ℣. Qui carne nos pascis tuâ.

Orationes, Deus, qui nobis, *suprà*, & Dómine Deus omnípotens, *sub una conclusione.*

[*Et sic per Octavam, nisi aliter notetur.*]

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 13. *can.* 6.

Si quis díxerit, in sancto Eucharístiæ Sacraménto Christum Unigénitum Dei Fílium non esse cultu latríæ, étiam extérno, adorándum; atque ídeo nec festívâ peculiári celebritáte venerándum, neque in Processiónibus, secúndùm laudábilem & universálem Ecclésiæ sanctæ ritum & consuetúdinem, solémniter circumgestándum, vel non públicè, ut adorétur, pópulo proponéndum, & ejus adoratóres esse idolólatras; anáthema sit.

AD TERTIAM.

Ant. Amen.

Capitulum. 1. *Cor.* 11. 23. 24.

Dominus Jesus in qua nocte tradebátur, accépit panem, & grátias agens fregit, & dixit: Accípite, & manducáte: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur: hoc fácite in meam commemoratiónem.

℟. *br.* Parásti, Dómine, in conspéctu meo mensam, * Allelúia, allelúia. ℟. Parásti. ℣. Advérsùs eos qui tríbulant me. * Allelúia. Glória. ℟. Parásti. *Ps.* 22. 5.

℣. Justi epuléntur, & exúltent in conspéctu Dei, ℟. Et delectèntur in lætítia. *Ps.* 67. 4.

AD SEXTAM.

Ant. Sicut misit me.

Capitulum. 1. *Cor.* 10. 16.

Calix benedictiónis cui benedícimus, nonne communicátio sánguinis Christi est? & panis quem frángimus, nonne participátio córporis Dómini est?

℟. *br.* Cibávit eos Dóminus ex ádipe fruménti; * Allelúia, allelúia. ℟. Cibávit. ℣. Et de petra, melle saturávit eos. * Allelúia. Glória. ℟. Cibávit. *Ps.* 80. 17.

℣.

℣. Calix meus inébrians quàm præclárus est! ℟. Et misericórdia tua subsequétur me ómnibus diébus vitæ meæ. *Ps.* 22. 5. 6.

AD NONAM.

Ant. Qui mandúcat.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 10. 20. 21.

NOn potéstis cálicem Dómini bíbere, & cálicem dæmoniórum: non potéstis mensæ Dómini partícipes esse, & mensæ dæmoniórum.

℟. *br.* Qui accédunt ad Dóminum, sanctificéntur; * Allelúia, allelúia. ℟. Qui accédunt. ℣. Ne percútiat eos. * Allelúia. Glória. ℟. Qui accédunt. *Exod.* 19. 22.

℣. Quæ participátio justítiæ cum iniquitáte? ℟. Aut quæ sociétas luci ad ténebras. 2. *Cor.* 6. 14.

AD VESPERAS.

Ant. 1. *f.* COnfiteántur Dómino misericórdiæ ejus, & mirabília ejus fíliis hóminum: quia ánimam inánem, & ánimam esuriéntem satiávit bonis. *Ps.* 106. 8. 9.

Ps. Dixit Dóminus, 27.

Ant. 2. *D.* Memóriam fecit mirabílium suórum miséricors & miserátor Dóminus: escam dedit timéntibus se. *Ps.* 110. 4.

Ps. Confitébor, 27.

Ant. 5. 2. Pane cœli saturávit eos. Dirúpit petram, & fluxérunt aquæ; abiérunt in sicco flúmina. *Ps.* 104. 40. 41.

Ps. Crédidi, 48.

Ant. 3. E. Comedérunt, & saturáti sunt, & impinguáti sunt, & abundavérunt delíciis in bonitáte magna. 2. *Esdr.* 9. 25.

Ps. Beáti omnes, 85.

Ant. 4. d. Manducavérunt, & adoravérunt omnes pingues terræ: in conspéctu ejus cadent omnes qui descéndunt in terram. *Ps.* 21. 30.

Ps. Lauda, Jerúsalem, 147.

CAPITULUM. *Zach.* 9. 17.

QUid bonum Dómini est, & quid pulcrum ejus, nisi fruméntum electórum, & vinum gérminans vírgines?

℟. Unus panis, * Unum corpus multi sumus, † Omnes qui de uno pane participámus. 1. *Cor.* 10. 17. ℣. Exultáte in conspéctu Dei, qui inhabitáre facit uníus moris in domo. *Ps.* 67. 5. 7. * Unum corpus. Glória. † Omnes.

HYMNUS.

S. Thomæ Aquin.

PANGE, lingua, gloriósi
Córporis mystérium,
Sanguinísque pretiósi,
Quem in mundi prétium
Fructus ventris generósi
Rex effúdit géntium.

NOBIS datus, nobis natus

Ex intácta Vírgine,
Et in mundo conversátus,
Sparso verbi sémine,
Sui moras incolátûs,
Miro clausit órdine.

In suprémæ nocte cœnæ
Recúmbens cum frátribus,
Observátâ lege plenè
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem éfficit:
Fitque sanguis Christi merum;
Et si sensus déficit,
Ad firmándum cor sincérum
Sola fides súfficit.

Tantum ergo Sacraméntum
Venerémur cérnui:
Et antíquum documéntum
Novo cedat rítui:
Præstet fides suppleméntum
Sénsuum deféctui.

Genitori Genitóque
Laus & jubilátio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit & benedíctio:
Procedénti ab utróque
Compar sit laudátio. Amen.

℣. Panem de cœlo dedísti eis ℟. In fame eórum. 2. *Esdr.* 9. 15.

Ad Magnificat, *Ant.* 5. F. Angelorum escà nutrivisti pópulum tuum, Dómine; & paratum panem de cœlo præstitisti illis, omne delectaméntum in se habéntem, & omnis saporis suavitatem. *Sap.* 16. 20.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 6. C. Ab ortu solis usque ad occásum, magnum est nomen meũ in géntibus: & in omni loco sacrificátur, & offértur nómini meo oblátio munda. *Malach.* 1. 11.

In fine Hymni, Doxologia, Qui carne nos pascis tuâ, &c. *ut in Laudibus.*

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 3. a. Memória mea in generatiónes seculórum. Qui edunt me, adhuc esúrient; & qui bibunt me, adhuc sítient. *Eccli.* 24. 28. 29.

Oratio, Deus, qui nobis, *suprà*, & Véritas, *sub una conclusione.*

[*Et sic per Octavam, nisi aliter notetur.*]

DIEBUS INTRA OCTAVAM SS. Eucharistiæ.

¶ *De occurrente Festo Duplici-minori, etiam translato, fiet Officium cum Commemoratione Octavæ in utrisque Vesperis & Laudibus: tuncque in I. Nocturno ex duabus Lectionibus de Scriptura occurrente fient tres. De Festo Semiduplici & Simplici, & de Vigilia fiet tantùm Commemoratio; Officium verò erit de Octava.*

De Semiduplici fit Commemoratio in utrisque Vesperis & Laudibus. De Simplici in Vesperis & Laudi-

bus tantùm. De Vigilia in Officio Nocturno & Laudibus tantùm : tuncque j. *Lectio erit de Scriptura occurrente, duabus in unam coactis ;* ij. *de Octava ;* iij. *de Evangelio cum Homilia ejusdem Vigiliæ.*

De DOMINICA *verò intrà Octavam occurrente fiet Officium ut suo loco notatur, sine Commemoratione Octavæ.*]

Omnia ut in die Festi, exceptis quæ sequuntur.

Psalmi de Feria.

Canon, ut habetur infrà pro qualibet die.

AD OFFICIUM NOCT.

Tres Antiphonæ, ℣. *&* ℟℟. *ex Nocturno diei secundùm Feriam occurrente.*

Lectiones, ut infrà in qualibet Feria.

℣. *SACERD.* Benedícito, *ut in die.*

AD LAUDES.

Ant. sola, Dixit Jesus, *prima de Laudibus Festi.*

AD VESPERAS.

Ant. sola., Confiteántur, *prima Vesperarum diei.*

Non dicitur ℟.

FERIA SEXTA
intrà Octavam SS. Eucharistiæ.

De libro primo Regum.

Lectio j. *c. 5. 1. ad 5.*

PHilisthiim tulérunt arcam Dei, & asportavérunt eam à Lápide adjutórii in Azótum. Tulerúntque Philisthiim arcam Dei, & intulérunt eam in templum Dagon, & statuérunt eam juxta Dagon. Cùmque surrexíssent dilúculo Azótii álterâ die, ecce Dagon jacébat pronus in terra ante arcam Dómini : & tulérunt Dagon, & restituérunt eum in locum suum. Rursúmque manè die álterâ consurgéntes, invenérunt Dagon jacéntem super fáciem suam in terra coram arca Dómini : caput autem Dagon, & duæ palmæ mánuum ejus abscissæ erant super limen : porrò Dagon solus truncus remánserat in loco suo.

℟. Litigábant, 186.

Lectio ij. *v. 6. ad 9.*

AGgraváta est autem manus Dómini super Azótios, & demolítus est eos : & percússit in secretióri parte nátium Azótum, & fines ejus. Et ebulliérunt villæ & agri in médio regiónis illíus, & nati sunt mures, & facta est confúsio mortis magnæ in civitáte. Vidéntes autem viri Azótii hujuscémodi plagam, dixérunt : Non máneat arca Dei Israël apud nos ; quóniam dura est manus ejus super nos, & super Dagon deum nostrum. Et mitténtes congregáverunt omnes sátrapas Philisthinórum ad se, & dixérunt : Quid faciémus de arca Dei Israël ? Respondcrúntque Gethæi : Circum-

ducátur arca Dei Iſraël. Et circumduxérunt arcam Dei Iſraël. Illis autem circumducéntibus eam, fiébat manus Dómini per síngulas civitátes interfectiónis magnæ nimis.

℟. Cœnántibus, 186.

Ex Epíſtola ſancti Ignátii Epiſcopi & Mártyris ad Smyrnénſes.

Lectio iij. §. 6. & 7.

COnſiderâte eos qui áliam opiniónem tuéntur contra grátiam Jeſu Chriſti, quæ ad nos venit, quómodo contrárii ſint ſenténtiæ Dei. De caritáte non eſt cura ipſis, non de vídua, non de órphano, non de oppréſſo, non de vincto vel ſolúto, non de eſuriénte vel ſitiénte. Ab Euchariſtia & oratióne ábſtinent; eò quòd non confiteántur Euchariſtiam carnem eſſe Servatóris noſtri Jeſu Chriſti, quæ pro peccátis noſtris paſſa eſt, quam Pater ſuâ benignitáte ſuſcitávit. Qui ergo contradicunt huic dono Dei, altercántes moriúntur. Utile autem eſſet ipſis dilígere, ut & resúrgerent.

℟. Accipiens Jeſus, 187.

CANON.

Ex Concilio Tridentino.

Seſſ. 13. *can.* 1.

SI quis negáverit, in ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacraménto continéri verè, & reáliter, & ſubſtantiáliter corpus & ſánguinem unà cum ánima & divinitáte Dómini noſtri Jeſu Chriſti, ac proínde totum Chriſtum; ſed díxerit tantúmmodo eſſe in eo ut in ſigno, vel figúra, aut virtúte; anáthema ſit.

SABBATO.

De libro primo Regum.

Lectio j. *c.* 6. 1. *ad* 4.

FUit arca Dómini in regióne Philiſthinórum ſeptem ménſibus. Et vocavérunt Philiſthiim ſacerdótes & divínos, dicéntes: Quid faciémus de arca Dómini? Indicáte nobis quómodo remittámus eam in locum ſuum. Qui dixérunt: Si remíttitis arcam Dei Iſraël, nolíte dimíttere eam vácuam, ſed quod debétis, réddite ei pro peccáto; & tunc curabímini: & ſciétis quare non recédat manus ejus à vobis...

℟. Caro mea, 189.

Lectio ij. *v.* 6. *ad* 8.

QUare aggravátis corda veſtra, ſicut aggravávit Ægyptus & Phárao cor ſuum? Nonne poſtquam percúſſus eſt, tunc dimiſit eos, & abiérunt? Nunc ergo arrípite & fácite plauſtrum novum unum; & duas vaccas fœtas, quibus non eſt impóſitum jugum, júngite in plauſtro, & reclúdite vítulos eárum domi. Tollétiſque arcam Dómini, & ponétis in plauſtro; & vaſa áurea, quæ exolviſtis

lelicto, ponétis in
m ad latus ejus: &
: eam, ut vadat.
men, amen, 190.
ola sancti Cypriáni
opi & Mártyris ad
ium.

63. *post initium.*
Lectio iij.

cerdóte Melchíse-
sacrificii Domínici
ntum præfigurátū
, secúndùm quod
a divína testátur,
[Et Melchísedech
n prótulit panem &
fuit autem sacérdos
nmi, & benedíxit
n.] Quòd autem
edech typum Chri-
áret, declárat in
Spíritus-sanctus, ex
Patris ad Fílium,
[Ante lucíferum
: Tu es sacérdos in
ı secúndùm órdi-
elchísedech.] Qui
que hic est de sacri-
) véniens, & inde
ens; quòd Melchí-
acérdos Dei summi
òd panem & vinum
quòd Abraham be-
Nam quis magìs sa-
Dei summi, quàm
s noster Jesus Chri-
ii sacrificium Deo
:ulit, & óbtulit hoc
uod Melchísedech
t, id est, panem &
suum scílicet cor-
nguinem.
uicúmque, 190.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 13. *can.* 2.

SI quis díxerit in sacrosáncto Eucharístiæ Sacraménto remanére substántiam panis & vini unà cum córpore & sánguine Dómini nostri Jesu Christi; anáthema sit.

AD VESPERAS.

Psalmi de Sabbato.

Ant. 1. D. MElchísedech rex Salem, sacérdos Dei summi obviávit Abrahæ regrésso à cæde regum; & benedíxit ei. *Hebr.* 7. 1.

Ant. 2. D. Próferens panem & vinum, benedíxit ei, & ait: Benedíctus Abrā Deo excélso, qui creávit cœlum & terram. *Gen.* 14. 18. 19.

Ant. 3. a. Melchísedech décimas ómnium divísit Abraham. Intuémini quantus sit hic, cui & décimas dedit Abraham patriárcha. *Hebr.* 7. 2. 4.

Ant. 4. *E.* Per Abraham, Levi qui décimas accépit, decimátus est; adhuc enim in lumbis patris erat, quando obviávit ei Melchísedech. *Hebr.* 7. 9. 10.

Ant. 8. G. Neque inítium diérum, neque finem vitæ habens Melchísedech, assimilátus Fílio Dei, manet sacérdos in perpétuum. *Hebr.* 7. 3.

CAPITULUM. *Hebr.* 7. 6. 7.

CUjus generátio non annumerátur in Levítis, décimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habébat repromissiónes, benedíxit: sine ulla autem contradictióne, quod minus est, à melióre benedícitur.

Hymnus, Pange, lingua, *suprà*, 193.

℣. Ad interióra veláminis præcúrsor pro nobis introívit Jesus,. ℟. Secúndùm órdinem Melchísedech Póntifex factus in ætérnum. *Hebr.* 6. 19. 20.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.* Consummátus Jesus, factus est ómnibus obtemperántibus sibi, causa salútis ætérnæ, appellátus à Deo Póntifex juxta órdinem Melchísedech. *Hebr.* 5. 9. 10.

Oratio, Dómine Jesu, *infrà ad Laudes.*

COMPLETORIUM, *ut in die SS. Eucharistiæ*, 194.

DOMINICA
INTRA OCTAVAM
SS. Eucharistiæ,
quæ est II. post Pentecosten.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Pontíficem magnum, Jesum Fílium Dei, * Veníte, adorémus. *Hebr.* 4. 14.

Ps. 94. Veníte, 2.

Hymnus, Sacris solémniis, *suprà*, 181.

Psalmi de Dominica & sic in toto Officio.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Si consummátio per sacerdótium Levíticum erat, quid adhuc necessárium fuit, secúndùm órdinem Melchísedech áliū súrgere sacerdótem, & non secúndùm órdinem Aáron dici? *Hebr.* 7. 11.

Ant. 7. c. Transláto sacerdótio, necésse est ut & legis translátio fiat; maniféstum est enim quod ex Juda ortus sit Dóminus noster: in qua tribu nihil de sacerdótibus Móyses locútus est. *Hebr.* 7. 12. 14.

Ant. 8. G. Ampliùs adhuc maniféstum est; si secúndùm similitúdinem Melchísedech exúrgat álius sacérdos, qui non secúndùm legem mandáti carnális factus est. *Hebr.* 7. 15. 16.

℣. Reprobátio fit præcedéntis mandáti, ℟. Propter infirmitátem ejus, & inutilitátem. *Hebr.* 7. 18.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

Lectio j. *c.* 8. 1. *ad* 6.

TAlem habémus Pontíficem, qui consédit in déxtera sedis magnitúdinis in cœlis, sanctórum minister, & tabernáculi veri, quod fixit Dóminus, & non homo. Omnis enim póntifex ad offeréndum múnera & hóstias constitúitur: unde necésse est & hunc habére áliquid quod ófferat.

Si ergo esset super terram, nec esset sacérdos; cùm essent qui offérrent secúndùm legem múnera, qui exemplári & umbræ desérviunt cœléstium. Sicut respónsum est Móysi, cùm consummáret tabernáculum: Vide, inquit, ómnia fácito secúndùm exémplar quod tibi osténsum est in monte. Nunc autem mélius sortítus est ministérium, quantò & melióris testaménti mediátor est, quod in melióribus repromissiónibus sancítum est.

℟. Immolábit agnum univérsa multitúdo filiórum Israël ad vésperam; & * Edent carnes, & ázymos panes. *Exod.* 12. 6. 8. ℣. Pascha nostrum immolátus est Christus: ítaque epulémur in ázymis sinceritátis & veritátis. 1. *Cor.* 5. 7. 8. * Edent.

Lectio ij. *c.* 10. 11. *ad* 18.

OMnis quidem sacérdos præstò est quotídie ministrans, & eásdem sæpe ófferens hóstias, quæ nunquam possunt auférre peccata: hic autem unam pro peccátis ófferens hóstiam, in sempitérnum sedet in déxtera Dei, de cétero expéctans donec ponántur inimíci ejus scabéllum pedum ejus. Unâ enim oblatióne consummávit in sempitérnum sanctificátos. Contestátur autem nos & Spíritus-sanctus. Postquam enim dixit: Hoc autem testaméntum, quod testábor ad illos post dies illos, dicit Dóminus, Dando leges meas in córdibus eórum, & in méntibus eórum superscribam eas: & peccatórum & iniquitátum eórum jam non recordábor ámpliùs. Ubi autem horum remíssio; jam non est oblátio pro peccáto.

℟. Appáruit in solitúdine minútum, in similitúdinem pruínæ super terram. Quod cùm vidíssent filii Israël, ait eis Móyses: * Iste est panis quem Dóminus dedit vobis ad vescéndum. *Exod.* 16. 14. 15. ℣. Non Móyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. *Joan.* 6. 32. * Iste est.

Lectio iij. *v.* 19. *ad* 25.

HAbéntes ítaque, fratres, fidúciam in introítu Sanctórum in sánguine Christi, quam initiávit nobis viam novam, & vivéntem per velámen, id est, carnem suam, & Sacerdótem magnum super domum Dei: accedámus cum vero corde in plenitúdine fidei, aspérsi corda à consciéntia mala, & ablúti corpus aquâ mundâ, teneámus spei nostræ confessiónem indeclinábilem; (fidélis enim est qui repromísit) & considerémus ínvicem in provocatiónem caritátis, & bonórum óperum: non deseréntes collectiónem nostrā,

sicut consuetúdinis est quibúsdam, sed consolántes; & tantò magìs, quantò vidéritis appropinquántem diem.

℟. Respéxit Elías, & ecce ad caput suum subcinerícius panis, & vas aquæ: comédit, & bibit, & * Ambulávit in fortitúdine cibi illíus, usque ad montem Dei. 3. *Reg.* 19. 6. 8. ℣. Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum. *Joan.* 6. 52. * Ambulávit. Glória. * Ambulávit.

In II. Nocturno.

Ant. 1. a. Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: Tu es sacérdos in ætérnum. *Hebr.* 7. 21.

Ant. 3. *g.* Alii sine jurejurándo sacerdótes facti sunt; Jesus autem cum jurejurándo. *Hebr.* 7. 20. 21.

Ant. 3. g. Christus non semetípsum clarificávit ut Póntifex fieret, sed qui locútus est ad eum: Filius meus es tu. *Hebr.* 5. 5.

℣. Unxit te Deus, Deus tuus óleo lætitiæ ℟. Præ consórtibus tuis. *Ps.* 44. 8.

Ex Apológia sancti Justíni Mártyris, pro Christiánis. *Apolog.* 2. *ad Antoninum Pium, circa finem.*

Lectio iv.

Offértur ei qui frátribus præest panis, & póculum aquæ & vini; quibus ille accéptis, laudem & glóriam rerum ómnium Patri per nomen Filii & Spiritûs-sancti offert; & gratiárum actiónem, pro eo quòd nos donis suis hisce dignátus sit, prolíxè exéquitur. Atque ubi ille preces & gratiárum actiónem absólvit, pópulus omnis qui adest, faustâ approbatióne acclámat, dicens: Amen. Amen autem Hebráïcè signíficat, Fiat. Præsidens verò postquam gratiárum actiónem perfécit, & pópulus univérsus apprecatióne lætâ eam comprobávit; qui apud nos Diáconi vocántur, distríbuunt unicuíque præséntium, u[t] partícipet eum in quo grátiæ actæ sunt panem, vinum & aquam; & ad abséntes pérferunt.

℟. Litigábant Judæi ad ínvicem, dicéntes: * Quómodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducándum? *Joan.* 6. 52. 53. ℣. Pópulo huic factum e[st] cor incrédulum, & exá[s]perans: recésserunt, & abi[e]runt. *Jer.* 5. 23. * Quómodo.

Lectio v.

Porrò aliméntum ho[c] apud nos appellátur Eu[]charistia: quod nulli ál[ii] participáre lícitum est, quà[m] ei qui veram esse doctrina[m] nostram credit; quique la[]vácro, propter remissióne[m] peccatórum regeneratió[]némque dato, ablútus est & qui ita vivit, ut Chri[s]tus trádidit. Neque eni[m] ut usitátum panem & usit[átum]

...m potum hæc súmimus: ...ed quemádmodum per Verbum Dei homo factus Jesus Christus Salvátor noster, & carnem & sánguinem, salútis nostræ causâ hábuit; ...a étiam, eam in qua per preces Verbi ejus ab ipso proféċti grátiæ sunt actæ alimóniam, unde sanguis & caro nostra per mutatiónem alúntur, incarnáti illíus Jesu carnem & sánguinem esse docti sumus. Apóstoli enim in Commentáriis à se scriptis, quæ Evangélia vocántur, ita tradidérunt præcepísse sibi Jesum: eum, accépto pane, cùm grátias egísset, dixísse: [Hoc fácite in memóriam meî; hoc est corpus meũ:] & póculo símiliter accépto, cùm grátias egísset, dixísse: [Hic est sanguis meus.]

℟. Cœnántibus discípulis accépit Jesus panem, & * Benedíxit, ac fregit, dedítque eis, & ait: Accípite, & comédite: hoc est corpus meum. *Matt.* 26. 26. ℣. Panem cœli dedit eis: panem Angelórum manducávit homo. *Ps.* 77. 24. 25. * Benedíxit.

Lectio vj. *Pauló pòst.*

IN ómnibus quas offérimus oblatiónibus, benedicéndo laudámus factórem ómnium per Fílium ejus Jesum Christum, & Spíritum-sanctum. Et die qui dícitur Solis, ómnium qui vel in óppidis vel in agris manent, in eúmdem locum convéntus fit: & Commentária Apostolórum, aut Scripta Prophetárum, quámdiu fert hora, legúntur. Deínde, Lectóre quiescénte, Præsidens oratiónem, quâ pópulum ínstruit & ad imitatiónem tam pulcrárum rerum exhortátur, habet. Tum consúrgimus omnes, & preces fúndimus: &, ut ántea díximus, précibus peráctis, panis offértur & vinum & aqua; & Præpósitus ítidem quantùm pro viríli sua potest, preces & gratiárum actiónes profúndit; populúsque acclámat, dicens: Amen. Et distribútio communicatióque fit eórum in quibus grátiæ sunt actæ, cuíque præsénti; abséntibus autem per Diáconos míttitur. Quibus cópiæ súppetunt, ii, pro arbítrio quísque suo, contríbuunt: & quod collígitur, apud Præpósitum depónitur; illéque inde opitulátur pupíllis, víduis, vinctis, & ádvenis; & ipse ómnium indigéntium curátor est. Solis autem die convéntum ágimus, quòd is primus dies sit in quo Deus, ténebras & matériam cùm vertísset, mundum effécit; & Jesus Christus Salvátor noster eo ipso die à mórtuis resurréxit.

℟. Accípiens Jesus cálicem, grátias egit; & dedit illis, dicens: Bíbite ex hoc

omnes: hic est enim sanguis meus novi testaménti, qui * Pro multis effundétur in remissiónem peccatórum. *Matt.* 26. 27. 28. ℣. Hic est sanguis fœderis quod pépigit Dóminus vobíscum. *Exod.* 24. 8. * Pro multis. Glória. * Pro multis.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Omnis sacérdos præstò est quotidie ministrans, & easdem sæpe ófferens hóstias, quæ nunquam possunt auferre peccata: Jesus autem unà oblatióne consummavit sanctificatos. *Hebr.* 10. 11. 12. 14.

Ant. 1. a. Alii plures facti sunt sacerdótes, ideirco quòd morte prohiberéntur permanére: Jesus autem eò quòd maneat in ætérnum, sempitérnum habet sacerdótium. *Hebr.* 7. 23. 24.

Ant. 5. a. Nunc mélius sortitus est ministérium, quantò & melióris testaménti mediátor est, quod in melióribus repromissiónibus sancítum est. *Hebr.* 8. 6.

℣. Per ipsum offerámus hóstiam laudis semper Deo. ℟. Id est, fructum labiórum confiténtium nómini ejus. *Hebr.* 13. 15.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

***Lectio* vij.** Cap. 14. v. 16. ad 24.

IN illo témpore: Dixit Jesus cuidam de simul discumbéntibus cum ipso in domo príncipis Pharisæórum: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocávit multos. Et misit servum suum horâ cœnæ dícere invitátis ut venírent, quia jam paráta sunt ómnia. Et réliqua.

Homília S. Gregórii Papæ.

Homil. 36. *in Evang.*

HOc distáre, fratres caríssimi, inter delícias córporis & cordis solet, quòd corporáles delíciæ cùm non habéntur, grave in se desidérium accéndunt; cùm verò habitæ edúntur, comedéntem prótinus in fastidium per satietátem vertunt. At contrà, spirituáles delíciæ cùm non habéntur, in fastidio sunt; cùm verò habéntur, in desidério: tantòque à comedénte ampliùs esuriúntur, quanto & ab esuriénte ampliùs comeduntur. In illis appetitus placet, experiéntia displicet: in istis appetitus vilis est, & experiéntia magis placet. In illis appetitus saturitátem: saturitas fastidium generat: in istis autem appetitus saturitátem, saturitas appetitum parit. Augent enim spirituáles delíciæ desidérium in mente, dum satiant: quia quanto magis earum sapor percipitur, eo ampliùs cognoscitur quod avidiùs ametur: & idcirco non habitæ amari non possunt: quia earum sapor ignoratur.

Quis enim amáre váleat quod ignórat?

℞. Homo quidam fecit cœnam magnam, & misit servum suum horâ cœnæ dícere invitátis ut venírent, *Quia jam paráta sunt ómnia. *Luc.* 14. 16. 17. ℣. Veníte, comédite panem meū, & bíbite vinum quod míscui vobis. *Prov.* 9. 5. *Quia.

Lectio viij. *Post pauca.*

HAs autem homo delícias tunc amísit, cùm in paradíso peccávit: extrà éxiit, cùm os à cibo ætérnæ dulcédinis clausit. Unde nos quoque nati in hujus peregrinatiónis ærúmna, huc fastidiósi jam venímus, nec scimus quid desideráre debeámus; tantóque se ámpliùs fastídii nostri morbus exággerat, quantò se magis ab esu illíus dulcédinis ánimus elóngat: & eò jam intérnas delícias non áppetit, quò eas comédere diu longéque desuévit.

℞. Cœpérunt simul omnes excusáre. * Primus dixit: Villam emi, & necésse hábeo vidére illam. Alter dixit: Juga boum emi, eo probáre illa. *Luc.* 14. 18. 19. ℣. Non audiérunt, sed abiérunt in voluntátibus, & in pravitáte cordis sui mali, factíque sunt retrórsùm. *Jer.* 7. 24. * Primus dixit.

Lectio ix.

FAstídio ergo nostro tabéscimus, & longâ inédiæ peste fatigámur. Et quia gustáre intùs nólumus parátam dulcédinem, amamus foris míseri famem nostram. Sed supérna nos pietas nec deseréntes se déserit. Contémptas enim illas delícias ad memóriæ nostræ óculos révocat, eásque nobis propónit: in promissióne torpórem éxcutit, atque ut fastídium nostrum repéllere debeámus, invítat. Ait namque: [Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocávit multos.] Quis iste homo est, nisi ille de quo per Prophétam dícitur: [Et homo est, & quis cognóvit eum?] Qui fecit cœnam magnam; quia satietátem nobis dulcédinis intérnæ præparavit.

℞. Irátus pater-famílias dixit servo suo: * Exi citò in platéas, & vicos civitátis: & † Paúperes, ac débiles, & cæcos, & claudos íntroduc huc. *Luc.* 14. 21. ℣. Ite, ángeli velóces, ad gentem convúlsam, & dilacerátam; ad gentem exspectántem, & conculcátam. *Isai.* 18. 2. * Exi citò. Glória. † Paúperes.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Benedícito Dóminum qui fecit te, ℞. Et inebriántem te ab ómnibus bonis suis. *Eccli.* 32. 17.

AD LAUDES.

Omnia ut in die SS. Eucharistiæ, præter sequentia.

Ad Benedictus, *Ant.* 1. à.

Dómine, factum est ut imperásti, & adhuc locus est. Exi in vias & sepes; & compélle intráre, ut impleátur domus mea. *Luc.* 14. 22. 23.

Oratio. Orémus.

DOmine Jesu, Póntifex ætérne, cujus delíciæ sunt esse cum filiis hóminum; delíciæ nostræ sint esse tecum: & quos in terris ad cœnam tuam cleménter invítas, nos in cœlis inter eléctos tuos benígnè recípias; Qui vivis.

AD HORAS.

Omnia ut in die SS. Eucharistiæ, exceptis quæ sequuntur.

CANON.

Ex Epístola Synódica sancti Cyrilli Alexandríni Epíscopi ad Nestórium.

An. 431. *apud Concil. Ephes. I. Calced. & Constantinop. II. Œcum.*

INcruéntum in Ecclésia sacrificium celebrámus, atque ad mysticas benedictiónes accédimus & sanctificámur; útpote partícipes sacræ carnis & pretiósi sánguinis Christi ómnium nostrûm Salvatóris effécti. Neque enim illam ut carnem commúnem suscípimus: absit hoc: sed tanquam verè vivificam ipsiúsque Verbi própriam.

Ad Tertiam, Sextam & Nonam, Orat. Dómine Jesu, Póntifex ætérne, *supra ad Laudes.*

AD VESPERAS.

Ant. 1. D. TAlis decébat ut nobis esset Póntifex, qui non habet necessitátem quotídie, priùs pro suis delíctis hóstias offérre, deinde pro pópuli. *Hebr.* 7. 27.

Ant. 4. E. Lex hómines constítuit sacerdótes infirmitátem habéntes: sermo autem jurisjurándi, qui post legem est, Fílium in ætérnum perféctum. *Hebr.* 7. 28.

Ant. 3. g. Débuit per ómnia frátribus similári, ut miséricors fíeret, & fidélis Póntifex ad Deum, ut repropitiáret delícta pópuli. *Hebr.* 2. 17.

Ant. 3. *a.* Non habémus Pontíficem, qui non possit cómpati infirmitátibus nostris; tentátum autem per ómnia pro similitúdine absque peccáto. *Hebr.* 4. 15.

Ant. 5. a. In eo in quo passus est ipse & tentátus, potens est & eis qui tentántur auxiliári. *Hebr.* 2. 18.

CAPITULUM. *Hebr.* 9. 11. 12.

CHristus assistens Póntifex futurórum bonórum per ámplius & perféctius tabernáculum non manufáctum, id est, non hujus creatiónis, neque per sánguinem hircórum aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel

in Sancta, ætérnâ redemptióne invéntâ.

Hymnus, Pange, lingua, 193.

℣. Salváre in perpétuum potest accedéntes per semetípsum ad Deum, ℟. Semper vivens ad interpellándum pro nobis. *Hebr.* 7. 25.

Ad Magníficat, *Ant.* 3. *a.* Dico vobis, quòd nemo virórum illórum, qui vocáti sunt, gustábit cœnâ meam. *Luc.* 14. 24.

Oratio, Dómine Jesu, *suprà in Laudibus.*

FERIA SECUNDA
intrà Octavam SS. Eucharistiæ.

De libro primo Regum.

Lectio j. *c.* 6. 19. *ad fin.*

PErcússit Dóminus de viris Bethsamítibus, eò quòd vidíssent arcam Dómini: & percússit de pópulo septuagínta viros, & quinquagínta míllia plebis. Luxítque pópulus, eò quòd Dóminus percussísset plebem plagâ magnâ. Et dixérunt viri Bethsamítæ: Quis póterit stare in conspéctu Dómini Dei sancti hujus, & ad quem ascéndet à nobis? Miserúntque núntios ad habitatóres Cariathíarim, dicéntes? Reduxérunt Philísthiim arcam Dómini; descéndite, & redúcite eam ad vos.

℟. Immolábit, 183.

Lectio ij. *c.* 7. 1. *ad* 4.

VEnérunt ergo viri Cariathíarim, & reduxérunt arcam Dómini, & intulérunt eam in domum Abínadab in Gábaa: Eleázarum autem filium ejus sanctificavérunt, ut custodíret arcam Dómini. Et factum est, ex qua die mansit arca Dómini in Cariathíarim, multiplicáti sunt dies; (erat quippe jam annus vigésimus) & requiévit omnis domus Israël post Dóminum. * Ait autem Sámuël ad univérsam domum Israël, dicens: Si in toto corde vestro revertímini ad Dóminum, auférte deos aliénos de médio vestrî, Báalim & Astaroth; & præparáte corda vestra Dómino, & servíte ei soli; & éruet vos de manu Philísthiim. Abstulérunt ergo filii Israël Báalim, & Astaroth, & serviérunt Dómino soli.

℟. Appáruit, 183.

De Sermóne sancti Hilárii Epíscopi.

Lectio iij. *Lib.* 8. *de Trinit.*

CHristus ait: Caro mea verè est esca, & sanguis meus verè est potus. Qui edit carnem meam, & bibit sánguinem meum, in me manet, & ego in eo.] De veritáte carnis & sánguinis non relíctus est ambigéndi locus. Nunc enim & ipsíus Dómini professióne, & fide nostrâ verè caro est, & verè sanguis est. Et

hæc accépta atque hausta id effíciunt, ut & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Anne hoc véritas non est? Contíngat planè his verum non esse, qui Christum Jesum verum esse Deum dénegant. Est ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in eo: dum secum hoc, quod nos sumus, in Deo est. Quòd autem in eo per Sacraméntum communicátæ carnis & sánguinis simus, ipse testátur, dicens: [Et hic mundus me jam non videt, vos autem me vidébitis, quóniam ego vivo, & vos vivétis; quóniam ego in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.]

℟. Respéxit, 184.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 13. *can.* 2.

SI quis negáverit in venerábili Sacraménto Eucharístiæ sub unaquáque spécie, & sub síngulis cujúsque speciéi pártibus, separatióne factâ, totum Christum continéri; anáthema sit.

FERIA TERTIA

intrà Octavam SS. Eucharistiæ.

De libro primo Regum.

Lectio j. *c.* 8. 1. *ad* 6.

FActum est cùm senuísset Sámuël, pósuit filios suos júdices Israël; fuitque nomen fílii ejus primogéniti Joël; & nomen secúndi Abia, júdicum in Bersabée. Et non ambulavérunt filii illíus in viis ejus; sed declinavérunt post avarítiam, acceperúntque múnera, & pervertérunt judícium. * Congregáti ergo univérsi majóres natu Israël, venérunt ad Samuélem in Rámatha. Dixerúntque ei: Ecce tu senuísti, & filii tui non ámbulant in viis tuis; constítue nobis regem, ut júdicet nos, sicut & univérsæ habent natiónes. Displícuit sermo in óculis Samuélis, eò quòd dixíssent: Da nobis regem, ut júdicet nos.

℟. Litigábant, 186.

Lectio ij. *v.* 6. *ad* 10.

* ET orávit Sámuël ad Dóminum. Dixit autem Dóminus ad Samuélem: Audi vocem pópuli in ómnibus quæ loquúntur tibi; non enim te abjecérunt, sed me, ne regnem super eos. Juxta ómnia ópera sua, quæ fecérunt à die quâ edúxi eos de Ægypto usque ad diem hanc; sicut dereliquérunt me, & serviérunt diis aliénis, sic fáciunt étiam tibi. Nunc ergo vocem eórum audi: verúmtamen contestáre eos, & prædic eis jus regis qui regnatúrus est super eos. Dixit ítaque Sámuël ómnia verba Dómini ad pópulum, qui petíerat à se regem.

℟. Cœnántibus, 186.

Ex libro sancti Ambrósii Epíscopi de Sacraméntis.
Lib. 4. c. 4. n. 14. 15. 16.
Lectio iij.

PAnis iste, panis est ante verba sacramentórum: ubi accésserit consecrátio, de pane fit caro Christi. Hoc ígitur adstruámus. Quómodo potest, qui panis est, corpus esse Christi? Consecratióne. Consecrátio ígitur quibus verbis est, & cujus sermónibus? Dómini Jesu. Nam réliqua ómnia quæ dicúntur, laudem Deo déferunt: orátio præmíttitur pro pópulo, pro régibus, pro céteris: ubi venítur ut conficiátur venerábile Sacraméntum, jam non suis sermónibus útitur Sacérdos, sed útitur sermónibus Christi. Ergo sermo Christi hoc cónficit Sacraméntum. Quis sermo Christi? Nempe is quo facta sunt ómnia... Si ergo tanta vis est in sermóne Dómini Jesu, ut incíperent esse quæ non erant, quantò magis operatórius est, ut sint quæ erant, & in áliud commuténtur? Cœlum non erat: mare non erat; terra non erat. Sed audi dicéntem: [Ipse dixit, & facta sunt.] Ergo tibi ut respóndeam: non erat corpus Christi ante consecratiónem: sed post consecratiónem dico tibi: quòd jam corpus est Christi. Ipse dixit, & factum est.

℟. Accípiens Jesus, 187.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.
Sess. 13. can. 4.

SI quis díxerit, perácta consecratióne, in admirábili Eucharístiæ Sacraménto non esse corpus & sánguinem Dómini nostri Jesu Christi; sed tantùm in usu dum súmitur, non autem antè vel post; & in hóstiis seu partículis consecrátis, quæ post communiónem reservántur, vel supérsunt, non remanére verum corpus Dñi; anáthema sit.

FERIA QUARTA
intrà Octavam SS. Eucharistiæ.

¶ *Si Festum S. Joannis, vel SS. Petri & Pauli, aut aliud ex Solemnioribus crastinâ die occurrat, Hodie fiet per anticipationem Officium de die Octava cum Processione solemni: tuncque (nisi sit Festum Annuale) de ea fiet tantùm Commemoratio in I. Vesperis sequentis Festi, & Completorium dicetur de eadem Octava.*]

De libro primo Regum.
Lectio j. *c. 9. 1. ad 6.*

ERat vir de Bénjamin nómine Cis, fílius Abiel, filii Seror, filii Béchorath, filii Aphia, filii viri Jémini, fortis róbore. Et erat ei fílius vocábulo Saül, eléctus & bonus;

& non erat vir de fíliis Isráël mélior illo. Ab húmero & sursum eminébat super omnem pópulum. Períerant autem ásinæ Cis patris Saül: & dixit Cis ad Saül filium suum : Tolle tecum unum de púeris, & consúrgens vade, & quære ásinas. Qui cùm transíssent per montem Ephraïm, & per terram Sálisa, & non invenissent, transiérunt étiam per terram Salim, & non erant; sed & per terram Jémini, & mínimè reperérunt. * Cùm autem veníssent in terram Suph, dixit Saül ad púerum qui erat cum eo : Veni, & revertámur, ne fortè dimíserit pater meus ásinas, & solícitus sit pro nobis. Qui ait ei : Ecce vir Dei est in civitáte hac, vir nóbilis; omne quod lóquitur, sine ambiguitáte venit. Nunc ergo eámus illuc, si fortè índicet nobis de via nostra, propter quam vénimus.

℟. Caro mea, 189.

Lectio ij. *v.* 14. *ad* 17.

* ET ascendérunt in civitátem. Cùmque illi ambulárent in médio urbis, appáruit Sámuël egrédiens óbviàm eis, ut ascénderet in excélsum. Dóminus autem reveláverat aurículam Samuélis ante unam diem quàm veníret Saül, dicens : Hâc ipsâ horâ, quæ nunc est, cras mittam virum ad te de terra Bénjamin, & unges eum ducem super pópulum meum Israël, & salvábit pópulum meum de manu Philisthinórum; quia respéxi pópulum meum; venit enim clamor eórum ad me. Cùmque aspexísset Sámuël Saúlem, Dóminus dixit ei : Ecce vir, quem díxeram tibi; iste dominábitur pópulo meo.

℟. Amen, amen, 190.

Ex Homília octogésima secúnda sancti Joánnis Chrysóstomi in Matthæum. *Edit. Bened.* *Lectio* iij.

QUot sunt qui modò dicunt, Vellem Christi vidére formam, typum, vestiménta, calceaménta vidére? Ecce illum vides, ipsum tangis, ipsum cómedis. Et tu quidem vestiménta vidére cupis : ipse verò seípsum tibi dat, non vidéndum modò, sed tangéndum, comedéndum, intùs accipiéndum...... Quantâ ergo puritáte oportéret eum esse qui hoc frúitur sacrifício! quantò rádiis soláribus puriórem esse oportéret manum illam, quæ hanc carnem secat, os quod spirituáli replétur igne, linguam treméndo sánguine tinctam! Cógita quantum adéptus sis honórem, quâ fruáris mensâ. Quod Angeli tremunt vidéntes, nec sine metu respícere audent, ob fulgórem inde manántem, eo nos álimur, huic commiscémur, factíque sumus Christi unum corpus & una caro.... Ne

itaque segnes simus tantâ dignáti caritáte & honóre. Unúsque nobis sit dolor, si hoc spirituáli aliménto privémur. Non sunt humánæ virtútis hæc ópera. Is, qui tunc in illa cœna hæc confécit, & nunc étiam operátur. Nos ministrórum habémus órdinem; qui verò illa sanctíficat & transmútat, ipse est. Nullus ergo Judas adsit, nullus avárus: si quis discípulus non est, recédat: non récipit hæc mensa eos qui tales non sunt.

℟. Quicúmque, 190.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 13. *can.* 7.

SI quis díxerit, non licére sacram Eucharístiam in sacrário reservári, sed statim post consecratiónem astántibus necessáriò distribuéndam, aut non licére ut illa ad infírmos honorífice deferátur; anáthema sit.

AD VESPERAS. *Omnia ut in I. Vesperis Festi, exceptâ Oratione.*

ORATIO. Orémus.

DEus, qui nos per divíni Sacraménti córporis & sánguinis tui veneránda commércia uníus summæ divinitátis partícipes effecísti; præsta, quæsumus, ut sicut tuam cognóscimus veritátem, sic eam dignis móribus assequámur; Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

COMPLETORIUM, *ut in die*, 194. *Oratio*, Deus, qui nos, *suprà*, & Véritas, *sub una conclusione.*

FERIA QUINTA.

OCTAVA

SS. EUCHARISTIÆ.

DUPLEX-MAJUS.

Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur.

Psalmi de Feria, & sic in toto Officio.

IN I. NOCTURNO.

De libro primo Regum.

Lectio j. *c.* 9. 18. *ad* 22.

ACcéssit Saül ad Samuélem in médio portæ, & ait: Indica, oro, mihi, ubi est domus Vidéntis. Et respóndit Sámuël Saúli, dicens: Ego sum Videns. Ascénde ante me in excélsum, ut comedátis mecum hódie, & dimíttam te manè: & ómnia quæ sunt in corde tuo, indicábo tibi: & de ásinis quas nudiustértius perdidísti, ne solícitus sis, quia invéntæ sunt. Et cujus erunt óptima quæque Israël, nonne tibi, & omni dómui patris tui? Respóndens autem Saül, ait: Numquid non filius Jémini ego sum de mínima tribu Israël, & cognátio mea novíssima inter omnes famílias de tribu Bénjamin? quare ergo locútus es mihi sermónem istum? Assúmens ítaque Sámuël Saúlem & puerum ejus, introdúxit eos in tri-

clínium, & dedit eis locum in cápite eórum qui fúerant invitáti.

℟. Immolábit, 183.

Lectio ij.

c. 9. 24. *ad fin. & c.* 10. 1.

ET comédit Saül cum Samuéle in die illa. Et descendérunt de excélso in óppidum, & locútus est cum Saúle in solário; stravítque Saül in solário, & dormívit. Cùmque manè surrexíssent, & jam elucésceret, vocávit Sámuël Saúlem in solário, dicens: Surge, & dimíttam te. Et surréxit Saül; egressíque sunt ambo, ipse vidélicet, & Sámuël. Cùmque descénderent in extréma parte civitátis, Sámuël dixit ad Saül: Dic púero ut antecédat nos, & tránseat: tu autem subsíste paulísper, ut índicem tibi verbum Dómini. Tulit autem Sámuël lentículam ólei, & effúdit super caput ejus, & deosculátus est eum, & ait: Ecce, unxit te Dóminus super hereditátem suam in príncipem, & liberábis pópulum suum de mánibus inimicórum ejus, qui in circúitu ejus sunt.

℟. Appáruit, 183.

Lectio iij. *v.* 17. *ad* 24.

ET convocávit Sámuël pópulum ad Dóminum in Maspha; & ait ad filios Israël: Hæc dicit Dñus Deus Israël: Ego edúxi Israël de Ægypto, & érui vos de manu Ægyptiórum, & de manu ómnium regum qui affligébant vos. Vos autem hódie projecístis Deum vestrum, qui solus salvávit vos de univérsis malis & tribulatiónibus vestris; & dixístis: Nequáquam; sed regem constítue super nos. Nunc ergo state coram Dómino per tribus vestras, & per famílias. Et applícuit Sámuël omnes tribus Israël, & cécidit sors tribûs Bénjamin. Et applícuit tribum Bénjamin, & cognatiónes ejus, & cécidit cognátio Metri, & pervénit usque ad Saül filium Cis. Quæsiérunt ergo eum, & non est invéntus. Et consuluérunt post hæc Dóminum, utrúmnam ventúrus esset illuc. Respondítque Dóminus: Ecce abscónditus est domi. Cucurrérunt ítaque, & tulérunt eum inde; stetítque in médio pópuli, & áltior fuit univérso pópulo, ab húmero & sursum. Et ait Sámuël ad omnem pópulum: Certè vidétis quem elégit Dóminus, quóniam non sit símilis illi in omni pópulo. Et clamávit omnis pópulus; & ait: Vivat Rex.

℟. Respéxit, 184.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Cyrilli Jerosolymitáni.

Catechef. mystagog. 4.

Lectio iv.

IPsa beáti Pauli doctrína abúnde sufficere vidétur, ut certam vobis de divinis

:iis fidem fáciat, qui-
gni rédditi, concor-
ut ita dicam, & con-
.nei Christi facti estis.
ıim modò clamábat,
in nocte quâ trade-
Dóminus noster Jesus
us, accípiens panem,
:ias agens fregit, &
.iscípulis suis, dicens:
pite, & manducáte;
:st corpus meum.]
piens cálicem, & grá-
;ens, dixit: [Accípi-
›íbite; hic est sanguis
] Cùm ígitur ipse de
›ronuntiáverit ac dí-
: [Hoc est corpus
;] quis audébit deín-
nbígere? & cùm idem
ım asseveránter díxe-
Hic est sanguis meus;]
.nquam dubitáverit,
ıt non esse ejus. sán-
n.
.itigábant Judæi, 186.
o v. n. 2. & 3.
uam olim in vinum
›nvértit in Cana Ga-
quod habet quam-
ım sánguine propin-
:m : & eum parum
n existimábimus, cui
ıus quòd vinum in
nem transmutárit?
. núptias, quibus cór-
opulántur, vocátus,
opiniónem ómnium
:cit miráculum; &
.ultò magìs sic eum
& sánguinem suum
a nobis donásse per-
ı firmiter habébimus,
cum omni certitúdi-
ne tanquam corpus ipsíus & sánguinem sumámus? Nam in spécie panis dat nobis corpus, & in spécie vini dat nobis sánguinem; ut cùm súmpseris, gustes corpus & sánguinem Christi, factus ejúsdem córporis & sánguinis párticeps. Sic enim effícimur Christíferi, hoc est, Christum in corpóribus nostris feréntes, cùm corpus ejus & sánguinem in membra nostra recípimus. Sic secúndùm beátum Petrum, divínæ natúræ consórtes réddimur.

℟. Cœnántibus discípulis, *suprà*, 186.

Lectio vj. *n.* 6. & 9.

QUamóbrem ne tanquam nudis & commúnibus eleméntis, pani & vino Eucharísticis atténde. Sunt enim corpus & sanguis Christi, secúndùm Dómini asseveratiónem. Nam etiámsi âliud tibi súggerat sensus, fides tamen te certum & firmum effíciat. Ne júdices rem ex gustu; sed ex fide citra ullam dubitatiónem certus esto, te córporis & sánguinis Christi dono dignátum fuísse: isthæc edóctus, & certíssimâ imbútus fide, quod qui vidétur panis, panis non est, tamétsi gustu sensíbilis sit, sed corpus Christi; & quod vidétur vinum, vinum non est, etiámsi ita gústui videátur, sed sanguis Christi.

℟. Accípiens Jesus, 187.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio vij. *c. 6. 56. ad 59.*

IN illo témpore; Dixit Jeſus turbis Judæórum: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Qui mandúcat meam carnem, & bibit meum ſánguinem, in me manet, & ego in illo. Et réliqua.

Homília ſancti Cyrílli Alexandríni.

Lib. 4. in Joan. ad ℣. 57. capitis 6.

QUi mandúcat (inquit) carnem meam, & bibit ſánguinem meum, in me manet, & ego in illo.] Sícuti enim ſi quis liquefáctæ ceræ áliam ceram infúderit, álteram cum áltera per totum commíſceat neceſſe eſt: ſic qui carnem & ſánguinem Dómini récipit, cum ipſo ita conjúngitur, ut Chriſtus in ipſo, & ipſe in Chriſto inveniátur. Símile quodam modo apud Matthæum compéries. [Símile eſt (inquit) regnum cœlórum ferménto, quod accéptum abſcóndit múlier in farínæ ſatis tribus.] Sicut parum, ut Paulus ait, ferménti totam maſſam ferméntat; ſic mínima Eulogía totum hóminem in ſeípſam áttrahit, & ſuâ grátiâ replet: & hoc modo in nobis Chriſtus manet, & nos in Chriſto.

℟. Caro mea, 189.

Lectio viij.

NOs verò, ſi vitam ætérnam cónſequi vólumus, ſi largitórem immortalitátis habére in nobis deſiderámus, ad recipiéndam Eulogíam libénter concurrémus: caveamúſque ne loco láquei damnóſã religiónem diábolus præténdat. Rectè, inquit, dicis: ſcriptum tamen eſſe non ignorámus, judícium ſibi comédere atque bíbere illum, qui de pane cómedit, & de cálice bibit indígnè: Ego ígitur probo meípſum, & indígnum invénio. Quando ígitur, quiſquis hæc dicis, dignus eris? Quando Chriſto teípſum ſiſtes? Nam ſi peccándo indígnus es, & peccáre non déſinis, (quis enim delícta intélligit? ſecúndùm Pſalmíſtam) expers omníno eris vivíficæ hujus ſanctificatiónis.

℟. Amen, amen, 190.

Lectio ix.

QUare pias, quæſo, cogitatiónes ſuſcípias, ſtudióſè ſanctéque vivas, atque ita Eulogíæ párticeps fias; quæ (mihi crede) non mortem ſolùm, verum étiã morbos omnes depéllit. Sedat enim, cùm in nobis máneat Chriſtus, ſæviéntem membrórum noſtrórum legem; pietátem corróborat; perturbatiónes ánimi extínguit; ægrótos curat; colliſos redíntegrat; &, ſicut paſtor bonus qui

ánimam suam pro óvibus pósuit, ab omni nos érigit casu.

℟. Quicúmque, 190.

Ad Laudes, *Canticum ut in die Festi.*

Oratio. Orémus.

Deus, qui nos per divíni Sacraménti córporis & sánguinis tui veneránda commércia uníus summæ divinitátis partícipes effecísti; præsta, quæsumus, ut sicut tuam cognóscimus veritátem, sic eam dignis móribus assequámur; Qui vivis.

Ad Primam, *Oratio*, Deus, qui nos, *suprà*, & Dómine Deus omnípotens, *sub uno* Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seß. 13. *can.* 2.

SI quis negáverit mirábilem illam & singulárem conversiónem totíus substántiæ panis in corpus, & totíus substántiæ vini in sánguinẽ, manéntibus duntáxat speciébus panis & vini; quam quidem conversiónem Cathólica Ecclésia aptíssimè Transsubstantiatiónem appéllat; anáthema sit.

Ad Vesperas, *Oratio*, Deus, qui nos, *suprà.*

Completorium, *ut in die*, 194.

Oratio, Deus, qui nos, & Véritas, *sub una conclusione.*

FERIA SEXTA.

Officium ut in Psalterio.

De libro primo Regum.

Lectio j. *c.* 12. 1. *ad* 5.

DIxit Sámuël ad univérsum Israël: Ecce audívi vocem vestrã juxta ómnia quæ locúti estis ad me, & constítui super vos regem. Et nunc rex gráditur ante vos: ego autem sénui, & incánui; porrò filii mei vobíscum sunt: ítaque conversátus coram vobis ab adolescéntia mea usque ad hanc diem, ecce præstò sum. Loquímini de me coram Dómino, & coram Christo ejus, utrùm bovem cujúsquam túlerim, aut ásinũ; si quémpiam calumniátus sum, si oppréssi áliquem, si de manu cujúsquam munus accépi: & contémnam illud hódie, restituámque vobis. Et dixérunt: Non es calumniátus nos, neque oppressísti, neque tulísti de manu alicújus quíppiam. Dixítque ad eos: Testis est Dóminus advérsùm vos, & testis Christus ejus in die hac, quia non invenéritis in manu mea quíppiam. Et dixérunt: Testis.

℟. Diléctus, 174.

Lectio ij. *v.* 13. *ad* 17.

ET ait Sámuël ad pópulum: Nunc ergo præstò est rex vester quem elegístis & petístis: ecce dedit

vobis Dóminus regem. Si timuéritis Dóminum, & serviéritis ei, & audiéritis vocem ejus, & non exaspe-ravéritis os Dómini; éritis & vos, & rex qui ímperat vobis, sequéntes Dóminũ Deum vestrum. Si autem non audiéritis vocem Dómini, sed exasperavéritis sermónes ejus, erit manus Dómini super vos, & super patres vestros. Sed & nunc state, & vidéte rem istam grandem quam factúrus est Dóminus in conspéctu vestro. Numquid non messis trítici est hódie? invocábo Dóminum, & dabit voces & plúvias; & sciétis, & vidébitis quia grande malum fecéritis vobis in conspéctu Dómini, peténtes super vos regem.

℟. Dixit Sámuël, 175.

Lectio iij. *v.* 18. *ad* 24.

ET clamávit Sámuël ad Dóminum, & dedit Dóminus voces & plúvias in illa die. Et tímuit omnis pópulus nimis Dóminum & Samuélem; & dixit univérsus pópulus ad Samuélem: Ora pro servis tuis ad Dóminum Deum tuum, ut non moriámur: addídimus enim univérsis peccátis nostris malum, ut peterémus nobis regem. Dixit autem Sámuël ad pópulum: Nolíte timére, vos fecístis univérsum malum hoc; verúmtamen nolíte recédere à tergo Dómini, sed servíte Dómino in omni c de vestro. Et nolíte de náre post vana, quæ n próderunt vobis, ne éruent vos, quia vana si Et non derelínquet Dó nus pópulum suum, pr ter nomen suum magnu quia jurávit Dóminus fa re vos sibi pópulum. A autem à me hoc peccát in Dóminum, ut cess oráre pro vobis, & doc vos viam bonam & rect Igitur timéte Dóminu & servíte ei in veritáte, ex toto corde vestro.

℟. Si in toto corde, 1

Oratio Dominicæ præ dentis.

CANON.

Ex Concílio Narbonén

An. 1609. *cap.* 32.

INvígilent Párochi su gregem, & paráti se per sint, ne per illórum gligéntiam, aut párvuli ne Baptísmo, aut adúlti Sacraméntis Pœniténti Communiónis, & Extrém Unctiónis moriántur. In mos sæpius vísitent & c soléntur, ac de salúte á mæ móneant.

SABBATO.

¶ *Hodie & aliis Sab tis usque ad Adventum, Officium de B. Maria Sabbato,* xcvj. *nisi occur Festum Semiduplex & prà, vel dies intrà Oc vam, aut fieri debeat aliqua Feria privilegiat*

De libro primo Regum.

Lectio j.

c. 13. 1. *ad* 4.

FIlius uníus anni erat Saül, cùm regnáre cœpísset: duóbus autem annis regnávit super Isráël. Et elégit sibi Saül tria míllia de Isráël: & erant cum Saül duo míllia in Machmas, & in monte Bethel: mille autem cum Jónatha in Gábaa Bénjamin: porrò céterum pópulum remísit unumquémque in tabernácula sua. Et percússit Jónathas statiónem Philisthinórum quæ erat in Gábaa. Quod cùm audíssent Philísthiim, Saül cécinit búccinâ in omni terra, dicens: Aúdiant Hebræi. Et univérsus Isráël audivit hujuscémodi famam: Percússit Saül statiónem Philisthinórum; & eréxit se Isráël advérsùs Philísthiim. Clamávit ergo pópulus post Saül in Gálgala.

Si fiat de Sabbato, ℞℞℞. *sumentur ex Feria III. intrà Hebdomadam I. post Pentecosten, suprà,* 176.

Lectio ij. *v.* 5. *ad* 8.

ET Philísthiim congregáti sunt ad præliándum contra Isráël, trigínta míllia cúrruum, & sex míllia équitum, & réliquum vulgus, sicut aréna quæ est in líttore maris plúrima. Et ascendéntes castrametáti sunt in Machmas ad Oriéntem Béthaven. Quod cùm vidíssent viri Isráël se in arcto pósitos (afflíctus enim erat pópulus) abscondérunt se in spelúncis, & in ábditis, in petris quoque, & in antris, & in cistérnis. Hebræi autem transiérunt Jordánem in terram Gad & Gálaad. Cùmque adhuc esset Saül in Gálgala, univérsus pópulus pertérritus est, qui sequebátur eum. Et expectávit septem diébus juxta plácitum Samuélis, & non venit Sámuël in Gálgala, dilapsúsque est pópulus ab eo.

Lectio iij. *v.* 9. *ad* 14.

AIt ergo Saül: Afférte mihi holocaústum, & pacífica: & óbtulit holocaústum. Cùmque compléſſet ófferens holocaústum, ecce Sámuël veniébat; & egréssus est Saül óbviàm ei ut salutáret eum. Locutúsque est ad eum Sámuël: Quid fecísti? Respóndit Saül: Quia vidi quod pópulus dilaberétur à me, & tu non véneras juxta plácitos dies, porrò Philísthiim congregáti fúerant in Machmas, dixi: Nunc descéndent Philísthiim ad me in Gálgala, & fáciem Dómini non placávi. Necessitáte compúlsus, óbtuli holocaústum. Dixítque Sámuël ad Saül: Stultè egísti, nec custodísti mandáta Dómini Dei tui, quæ præcépit tibi. Quod si non fecísses, jam nunc præpa-

ráſſet Dóminus regnum tuū ſuper Iſraël in ſempitérnum, ſed nequáquam regnum tuum ultrà conſúrget. Quæsívit Dóminus ſibi virum juxta cor ſuum; & præcépit ei Dóminus ut eſſet dux ſuper pópulū ſuum, eò quòd non ſerváveris quæ præcépit Dóminus.

CANON.

Ex Concílio Narbonénſi.

An. 1609. *can.* 33.

PEr ſeípſos Párochi Sacraménta miniſtrent, & múnera atque officia ſuárum Eccleſiárum præſtent; neque ab ipſis étiam ſecundáriis, niſi juſtâ causâ deténti, fieri aut miniſtrári permíttant.

AD VESPERAS, *ut in Pſalterio*, 144.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. E. Multò mélior eſt obediéntia, quàm ſtultórum víctimæ, qui néſciunt quid fáciunt mali. *Eccle.* 4. 17.

Oratio, Protéctor. *infrà poſt Antiphonam ad* Benedíctus.

Deinde fit Commemoratio de Cruce, ut habetur in Pſalterio, poſt Veſperas Sabbati, 148.

DOMINICA III.

poſt Pentecoſten.

Officium de Pſalterio.

[*Et ſic in ceteris Dominicis, uſque ad Adventum.*]

IN I. NOCTURNO.

De libro primo Regum.

Lectio j.

c. 13. 15. & 16.

SUrréxit Sámuël, & aſcéndit de Gálgalis in Gábaa Bénjamin. Et réliqui pópuli aſcendérunt poſt Saül óbviàm pópulo, qui expugnábant eos veniéntes de Gálgala in Gábaa in colle Bénjamin. Et recénſuit Saül pópulum, qu invénti fúerant cum eo quaſi ſexcéntos viros. E Saül & Jónathas fílius ejus populúſque qui invéntu fúerat cum eis, erat in Gábaa Bénjamin: porrò Phi líſthiim conſéderant i Machmas.

℟. Diléctus à Dómin Deo ſuo Sámuël Prophét Dómini, renovávit impé rium; in lege Dómini con gregatiónem judicávit, *E cógnitus eſt in verbis ſu fidélis, quia vidit Deur lucis. *Eccli.* 46. 16. 17. 18 ℣. Fuit gratus Deo; & era potens in verbis, & in opé ribus ſuis. *Act.* 7. 20. 22 * Et cógnitus eſt.

Lectio ij. *c.* 14. 6. *ad* 12.

DIxit autem Jónathas a adoleſcéntem armígerum ſuum: Veni, tranſeámus ad ſtatiónem incircū ciſórum horum, ſi fort fáciat Dóminus pro nobis; quia non eſt Dómino difficile ſalváre vel in multis, vel in paucis. Dixítque ei ármige

: suus : Fac ómnia
.acent ánimo tuo :
quò cupis, & ero
ibicúmque volúeris.
Jónathas : Ecce nos
ius ad viros istos.
e apparuérimus eis,
r locúti fúerint ad
anéte donec veniá-
vos; stemus in loco
, nec ascendámus ad
autem díxerint; As-
ad nos : ascendámus;
ádidit eos Dóminus
ibus nostris : hoc erit
ignum. Appáruit ígi-
rque statióni Phili-
ũ : dixerúntque Philí-
En Hebræi egrediún-
cavérnis in quibus
diti fúerant. Et lo-
int viri de statióne
iatham, & ad armí-
ejus, dixerúntque :
lite ad nos, & osten-
vobis rem. Et ait
as ad armígerũ suũ :
lámus, séquere me;
t enim Dóminus eos
nus Israël.
Dixit Sámuël ad uni-
1 Israël : Nolíte de-
: post vana quæ non
unt vobis; & non
iquet Dóminus pó-
suum. Quòd * Si
eravéritis in malítia,
tis. 1. *Reg.* 12. 21.
5. ℣. Nescítis quó-
ervi estis ejus cui obe-
sive peccáti ad mor-
sive obeditiónis ad
am. *Rom.* 6. 16. * Si
eravéritis.

Lectio iij.

v. 13. *ad* 17.

A Scéndit autem Jónathas mánibus & pédibus reptans, & ármiger ejus post eum. Itaque álii cadébant ante Jónatham, álios ármiger ejus interficiébat sequẽs eum. Et facta est plaga prima, quâ percússit Jónathas & ármiger ejus, quasi vigínti virórum, in média parte júgeri, quam par boum in die aráre consuévit. Et factum est miráculum in castris, per agros : sed & omnis pópulus statiónis eórum, qui íerant ad prædándum, obstúpuit, & conturbáta est terra; & áccidit quasi miráculum à Deo. Et respexérunt speculatóres Saül qui erant in Gábaa Bénjamin, & ecce multitúdo prostráta, & huc illúcque diffúgiens. Et ait Saül pópulo qui erat cum eo : Requírite, & vidéte, quis abíerit ex nobis. Cùmque requisíssent, repértum est non adésse Jónatham, & armígerum ejus.

℞. Si in toto corde vestro revertímini ad Dóminum, * Auférte deos aliénos de médio vestrì, & præparáte corda vestra Dómino, & † Servíte ei soli. 1. *Reg.* 7. 3. ℣. Scriptum est : Dóminum Deum tuum adorábis, & illi soli sérvies. *Matt.* 4. 10. * Auférte. Glória. † Servíte.

IN II. NOCTURNO.
Ex libro sancti Augustíni Epíscopi, de Civitáte Dei.
Lib. 16. cap. 43. §. 2.
Lectio iv.

DEfúncto Móyse, pópulum rexit Jesus Nave, & in terram promissiónis introdúxit, eámque pópulo divísit. Ab his duóbus mirabílibus dúcibus bella étiam prospérrimè ac mirabíliter gesta sunt, Deo contestánte non tam propter mérita Hebræi pópuli, quàm propter peccáta eárum quæ debellabántur géntium, illas eis proveníſſe victórias.

℟. Deus plebis Israël elégit patres nostros: post hæc dedit Júdices: exínde postulavérunt Regem; & * Dedit illis Saül virum de tribu Bénjamin. *Act.* 13. 17. 20. 21. ℣. Dixérunt majóres natu Israël Samuéli: Constítue nobis regem ut júdicet nos. 1. *Reg.* 8. 5. * Dedit.

Lectio v.

POst istos duces, Júdices fuérunt, jam in terra promissiónis pópulo collocáto: ut incíperet ínterim reddi Abrahæ prima promíssio de gente una, id est, Hebræa, & terra Chánaan: nondum de ómnibus géntibus & toto orbe terrárum; quod Christi advéntus in carne, & non véteris legis observatiónes, sed Evangélii fides fúerat impletúra. Cujus rei præfigurátio facta est, quòd non Móyses, qui legem pópulo accéperat in monte Sina; sed Jesus, cui étiam nomen Deo præcipiénte mutátum fúerat, ut Jesus vocarétur, pópulum in terram promissiónis indúxit. Tempóribus autem Júdicum, sicut se habébant & peccáta pópuli & misericórdia Dei, alternavérunt próspera & advérsa bellórum.

℟. Dixit Sámuël ad Saül: Pércute Amalec, non parcas ei. Et pepércit Saül Agag; & ait Sámuël ad Saül: * Pro eo quòd abjecísti sermónem Dómini, abjécit te Dóminus. 1. *Reg.* 15. 1. 3. 9. 16. 23. ℣. Quicúmque totam legem serváverit, offéndat autem in uno, factus est ómnium reus. *Jac.* 2. 10. * Pro eo.

Lectio vj. §. 3.

INde ventum est ad Regum témpora, quorum primus regnávit Saül: quo reprobáto, & béllicâ clade prostráto, ejúsque stirpe rejéctâ ne inde reges oriréntur, David succéssit in regnum, cujus máximè Christus dictus est fílius. In quo artículus quidam factus est, & exórdium quodámmodo juventútis pópuli Dei: cujus géneris quædam velut adolescéntia ducebátur ab ipso Abraham usque ad hunc David. Neque enim frustrà Matthæus Evangelísta sic generatiónes comme-

ávit, ut hoc primum
rvállum quatuórdecim
erationibus commendá-
ab Abraham scílicet us-
ad David.
℟. Numquid vult Dómi-
holocaústa & víctimas,
non pótiùs ut obediátur
i Dómini? * Mélior est
n obediéntia quàm vícti-
. 1. *Reg.* 15. 22. ℣. Qui
mánserit in lege, factor
ris; hic beátus in facto
erit. *Jac.* 1. 25. * Mé-
est. Glória. * Mélior

III. Nocturno.

tio sancti Evangélii se-
cúndùm Lucam.
ctio vij. *c.* 15. 1. *ad* 10.
I illo témpore; Erant
appropinquántes Jesu pu-
cáni & peccatóres, ut au-
ent illum. Et murmurá-
nt Pharisæi & Scribæ, di-
tes: Quia hic peccató-
récipit, & mandúcat
n illis. Et réliqua.
omília sancti Gregórii
Papæ.
mil. 34. *in Evang. hab.*
Dom. 3. *post Pent. post*
init.
Onsiderándum nobis
est, fratres mei, cur
minus plus de convérsis
catóribus, quàm de stán-
s justis, in cœlo gáu-
n esse fateátur. Unde
? nisi quòd ipsi per quo-
ínum experiméntum nó-
us, quia plerúmque hi
nullis se oppréssos pec-
rum mólibus sciunt,

stant quidem in via justítiæ, nulla illícita pérpetrant, sed tamen ad cœléstem pátriam ánxiè non anhélant; tantòque sibi in rebus lícitis usum præbent, quantò se perpetrásse nulla illícita meminérunt. Et plerúmque pigri rémanent ad exercénda bona præcípua; quia valde sibi secúri sunt, quòd nulla commíserint mala gravióra.

℟. Erant appropinquántes Jesu publicáni & peccatóres; & murmurábant Pharisæi & Scribæ, dicéntes: quia Hic * Peccatóres récipit, & mandúcat cum illis. *Luc.* 15. 1. 2. ℣. Miserátor & miséricors Dóminus, longánimis & multùm miséricors. *Ps.* 102. 8. * Peccatóres.

Lectio viij.

At contrà, nonnúnquam hi qui se áliqua illícita egísse meminérunt, ex ipso suo dolóre compúncti, inardéscunt in amórem Dei, seséque in magnis virtútibus exércent, cuncta difficília sancti certáminis áppetunt, ómnia mundi derelínquunt, honóres fúgiunt, accéptis contuméliis lætántur, flagrant desidério, ad cœléstem pátriam anhélant; & quia se errásse à Deo consíderant, damna præcedéntia lucris sequéntibus recompénsant. Majus ergo de peccatóre convérso, quàm de stante justo, gaúdium fit in cœlo; quia & dux in præ-

lio plus eum mílitem díligit, qui post fugam revérsus hostem fórtiter premit, quàm illum qui nunquam terga præbuit, & numquam áliquid fórtiter gessit. Sic agrícola illam ampliùs terram amat, quæ post spinas, úberes fruges profert, quàm eam quæ nunquam spinas hábuit, & nunquam fértilem messem prodúcit.

℟. Quis ex vobis homo qui habet centum oves, si perdíderit unam, * Nonne vadit ad ovem quæ períerat? & cùm invénerit, impónit in húmeros suos gaudens. *Luc.* 15. 4. 5. ℣. Misericórdia Dei super omnem carnem: docet eos & érudit quasi pastor gregem suum. *Eccli.* 18. 12. 13. * Nonne.

Lectio ix.

SEd inter hæc sciéndum est, quia sunt plérique justi in quorum vita tantum est gáudium, ut eis quælibet peccatórum pœniténtia præpóni nullátenus possit. Nam multi, & nullórum sibi malórum sunt cónscii, & tamen in tanti ardóris afflictióne se exércent, ac si à peccátis ómnibus coangustentur. Cuncta étiam lícita réspuunt, ad despéctum mundi sublímiter accingúntur, licére sibi nolunt omne quódlibet, bona sibi ámputant étiam concéssa, contémnunt visibília, invisibílibus accendúntur, laméntis gaudent, in cunctis semetípsos humíliant; & sicut nonnúlli peccáta óperum, sic ipsi cogitatiónum peccáta deplórant. Quid ítaque istos díxerim, nisi justos & pœniténtes, qui se & in pœniténtia de peccáto cogitatiónis humíliant, & recti semper in ópere persevérant?

℟. Ego pascam oves meas: * Quod períerat, requíram; & quod abjéctum erat, redúcam; & † Quod infírmum fúerat, consolidábo. *Ezech.* 34. 15. 16. ℣. Venit Fílius hóminis quærere, & salvum fácere quod períerat. *Luc.* 19. 10. * Quod períerat. Glória. † Quod infírmum fúerat.

Te Deum.

[*Et dicitur in omnibus Dominicis usque ad Adventum.*]

Ad Benedíctus, *Ant.* 6. *C.* Múlier, si perdíderit drachmam unam, quærit diligénter; & cùm invénerit, cónvocat amícas, dicens: Congratulámini mihi, quia invéni drachmam quam perdíderam. *Luc.* 15. 8. 9.

Oratio. Orémus.

PRotéctor in te sperántium Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum; multíplica super nos misericórdiam tuam: ut, te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, ut non amittámus ætérna; Per Dóminum.

A N O N.
oncílio Coloniénsi.
36. part. 9. cap. 9.
;énter pópulus ad-
onéndus est, cur Fé-
potíssimùm dies Do-
, qui à tempóribus
órum in Ecclésia Dei
célebris fuit, insti-
:; nempe ut tum in
mnes páriter conve-
d audiéndum ver-
omini, ad audién-
ioque sacrum, &
iicándum: brévi-
vacándum Deo so-
ies illa tantùm ora-
, hymnis, psalmis,
is spirituálibus tran-
hoc enim est san-
Sábbatum.
agníficat, Ant. 3. E.
n erit in cœlo super
:atóre pœniténtiam
quàm super nona-
vem justis, qui non
pœniténtiâ. Luc.

o, Protéctor, suprà.
le fit Commemora-
'uce, ut habetur in
o, post Vesperas
:a, 29.

SECUNDA.
ro primo Regum.
j. c. 14. 22. ad 27.
[nes Israelítæ qui se
bscónderat in mon-
: Ephraïm, audién-
d fugíssent Phili-
:ociavérunt se cum
ælio. Et erant cum
Saül quasi decem míllia vi-
rórum. Et salvávit Dómi-
nus in die illa Israël. Pugna
autem pervénit usque ad Bé-
thaven. Et viri Israël sociá-
ti sunt sibi in die illa: adju-
rávit autem Saül pópulum,
dicens: Maledíctus vir qui
coméderit panem usque ad
vésperam, donec ulcíscar
de inimícis meis. Et non
manducávit univérsus pó-
pulus panem: omnéque ter-
ræ vulgus venit in saltum,
in quo erat mel super fá-
ciem agri. Ingréssus est ita-
que pópulus saltum, & ap-
páruit fluens mel, nullúsque
applícuit manum ad os
suum; timébat enim pópu-
lus juraméntum. Porrò Jó-
nathas non audíerat cùm ad-
juráret pater ejus pópulum:
extendítque summitátem
virgæ quam habébat in ma-
nu, & intínxit in favum
mellis; & convértit manum
suam ad os suum, & illu-
mináti sunt óculi ejus.
℟. Diléctus, 216.
Lectio ij. v. 36. ad 40.
ET dixit Saül: Irruámus
super Philisthæos nocte,
& vastémus eos usque dum
illucéscat manè, nec relin-
quámus ex eis virum. Di-
xítque pópulus: Omne quod
bonum vidétur in óculis
tuis, fac. Et ait sacérdos:
Accedámus huc ad Deum.
Et consúluit Saül Dómi-
num: Num pérsequar Phi-
lísthiim, si trades eos in
manus Israël? Et non res-

póndit ei in die illa. Dixítque Saül : Applicáte huc univérsos ángulos pópuli : & scitóte , & vidéte per quem accíderit peccátum hoc hódie. Vivit Dóminus salvátor Israël , quia si per Jónatham filium meum factum est , absque retractatióne moriétur.

℟. Dixit Sámuël, 217.

Lectio iij. *v.* 41. *ad* 45.

ET dixit Saül ad Dóminum Deum Israël : Dómine Deus Israël , da indícium : quid est quòd non respónderis servo tuo hódie ? Si in me , aut in Jónatha filio meo est iníquitas hæc , da ostensiónem : aut si hæc iníquitas est in pópulo tuo, da sanctitátem. Et deprehénsus est Jónathas & Saül : pópulus autem exívit. Et ait Saül : Míttite sortem inter me , & inter Jónatham fílium meum : & captus est Jónathas. Dixit autem Saül ad Jónatham : Indica mihi quid féceris. Et indicávit ei Jónathas , & ait : Gustans gustávi in summitáte virgæ quæ erat in manu mea , paúlulùm mellis , & ecce ego mórior. Et ait Saül : Hæc fáciat mihi Deus , & hæc addat , quia morte moriéris , Jónatha. Dixítque pópulus ad Saül : Ergóne Jónathas moriétur, qui fecit salútem hanc magnam in Israël ? hoc nefas est : vivit Dóminus, si ceciderit capíllus de cápite

ejus in terram , qu
Deo operátus est hó
berávit ergo pópulu
tham , ut non more

℟. Si in toto cord

C A N O

Ex Concílio Tride
Sess. 24. *cap.* 1. *de*

STátuit sancta Sy
ut cùm primùm
vacáverit, supplicat
preces públicè priva
habeántur , atque à
lo per civitátem &
sim indicántur : quil
rus populúsque bo
Deo Pastórem válea
tráre.

FERIA TER

De libro primo R

Lectio j. *c.* 15. 16.

AIt Sámuël ad
Sine me , &
bo tibi quæ
sit Dóminus ad me
Dixítque ei : Lóqu
ait Sámuël : Nonne, c
vulus esses in ócul
caput in tríbubus Is
ctus es ? unxítque te
nus in regem super
& misit te Dóminus i
& ait : Vade , & i
peccatóres Amalec ,
gnábis contra eos u
interneciónem eórun
re ergo non audísti
Dómini , sed versus
dam es , & fecísti
in óculis Dómini ?
Saül ad Samuélem ;
audívi vocem Dóm

ambulávi in via per quam misit me Dóminus, & addúxi Agag regem Amalec, & Amalec interféci. Tulit autem de præda pópulus oves & boves, primitias eórum quæ cæsa sunt, ut immolet Dómino Deo suo in Gálgalis.

℟. Deus plebis Israël, 218.

Lectio ij. *v.* 22. *ad* 26.

ET ait Sámuël: Numquid vult Dóminus holocaústa & víctimas, & non pótiùs ut obediátur voci Dómini? Mélior est enim obediéntia quàm víctimæ; & auscultáre, magìs quàm offérre ádipem aríetum: quóniam quasi peccátum ariolándi est, repugnáre: & quasi scelus idololatríæ, nolle acquiéscere. Pro eo ergo quòd abjecísti sermónem Dómini, abjécit te Dóminus ne sis rex.

℟. Dixit Sámuël, 218.

Lectio iij. *v.* 27. *ad* 33.

ET convérsus est Sámuël ut abíret: ille autem apprehéndit summitátem pállii ejus, quæ & scissa est. Et ait ad eum Sámuël: Scidit Dóminus regnum Israël à te hódie, & trádidit illud próximo tuo melióri te. Porrò Triumphátor in Israël non parcet, & pœnitúdine non flectétur: neque enim homo est ut agat pœniténtiam. At ille ait: Peccávi: sed nunc honóra me coram senióribus pópuli mei, & coram Israël, & revértere mecum, ut adórem Dóminum Deum tuum. Revérsus ergo Sámuël secútus est Saúlem; & adorávit Saül Dóminum.

℟. Numquid vult, 219.

C A N O N.

Ex Concílio Nicæno.

An. 325. *can.* 4.

EPíscopum cónvenit máximè ab ómnibus qui sunt in província Epíscopis, ordinári. Si autem hoc diffícile fúerit, aut propter instántem necessitátem, aut propter itíneris longitúdinem; tribus tamen omnimodis in idípsum conveniéntibus, & abséntibus pari modo quoque decernéntibus, & per scripta consentiéntibus, tunc ordinátio celebrétur.

FERIA QUARTA.

De libro primo Regum.

Lectio j.

c. 15. 35. *ad fin. & c.* 16. 1. *ad* 5.

NOn vidit Sámuël ultrà Saül usque ad diem mortis suæ: verúmtamen lugébat Sámuël Saülem, quóniam Dóminum pœnitébat quòd constituísset eum regem super Israël. Dixítque Dóminus ad Samuélem: Usquequo tu luges Saül, cùm ego projécerim eum ne regnet super Israël? Imple cornu tuum óleo, & veni, ut mittam te ad Isaï Bethlehemítem: províde enim in fíliis ejus mihi

regem. Et ait Sámuël: Quómodo vadam? aúdiet enim Saül, & interficiet me. Et ait Dóminus: Vitulum de arménto tolles in manu tua, & dices: Ad immolándum Dómino veni. Et vocábis Isaï ad victimã, & ego osténdam tibi quid fácias, & unges quemcúmque monstrávero tibi. Fecit ergo Sámuël sicut locútus est ei Dóminus. Venitque in Béthlehem; & admirati sunt senióres civitátis occurréntes ei, dixeruntque: Pacificúsne est ingréssus tuus? Et ait: Pacificus: ad immolándum Dómino veni; sanctificámini, & venite mecum ut immolem. Sanctificávit ergo Isaï, & filios ejus, & vocávit eos ad sacrificium.

℞. Diléctus, 216.

Lectio ij. *v.* 6. *ad* 10.

CUmque ingréssi essent, vidit Eliab, & ait: Num coram Dómino est christus ejus? Et dixit Dóminus ad Samuélem: Ne respícias vultum ejus, neque altitúdinem statúræ ejus; quóniam abjéci eum, nec juxta intúitum hóminis ego júdico: homo enim videt ea quæ parent, Dóminus autem intuétur cor. Et vocávit Isaï Abinadab, & addúxit eum coram Samuéle. Qui dixit: Nec hunc elégit Dóminus. Addúxit autem Isaï Samma, de quo ait: Etiam hunc non elégit Dóminus. Addúxit itaque Isaï septem filios suos coram Samuéle: & ait Sámuël ad Isaï: Non elégit Dóminus ex istis.

℞. Dixit Sámuël, 217.

Lectio iij. *v.* 11. *ad* 14.

DIxitque Sámuël ad Isaï: Numquid jam compléti sunt filii? Qui respóndit: Adhuc réliquus est párvulus, & pascit oves. Et ait Sámuel ad Isaï: Mitte, & adduc eum: nec enim discumbémus priúsquam huc ille véniat. Misit ergo, & addúxit eum. Erat autem rufus, & pulcher aspéctu, decoráque fácie. Et ait Dóminus: Surge, unge eum, ipse est enim. Tulit ergo Sámuël cornu ólei, & unxit eum in médio fratrum ejus: & diréctus est spiritus Dómini à die illa in David, & deinceps: surgénsque Sámuël ábiit in Rámatha. Spiritus autem Dómini recéssit à Saül, & exagitábat eum spiritus nequam à Dómino.

℞. Si in toto corde, 217.

CANON.

Ex Concilio Tridentino.

Sess. 24. *cap.* 2. *de reform.*

QUia Christiánæ reipúblicæ non minus necessaria est prædicátio Evangélii, quàm léctio; & hoc est præcipuum Episcopórum munus, statuit & decrévit sancta Synodus omnes Episcopos, Archiepíscopos, Primates, & omnes álios Ecclesiarum Prælatos teneri per seipsos, si legitime im

pedíti non fuerint, ad prædicándum sanctum Jesu Christi Evangélium.

FERIA QUINTA.

De libro primo Regum.

Lectio j. *c.* 17. 1. *ad* 7.

COngregántes Philísthiim ágmina sua in prælium, convenérunt in Socho Judæ: & castrametáti sunt inter Socho & Azeca in finibus Dommim. Porrò Saül & filii Israël congregáti venérunt in Vallem terebínthi, & direxérunt áciem ad pugnándum contra Philísthiim. Et Philísthiim stabant super montem ex parte hac, & Israël supra montem ex áltera parte: vallísque erat inter eos. Et egréssus est vir spúrius de castris Philisthinórum, nómine Góliath, de Geth, altitúdinis sex cubitórum & palmi: & cassis ærea super caput ejus, & loricâ squamátâ induebátur: porrò pondus loricæ ejus, quinque míllia sicclórum æris erat: & ócreas æreas habébat in crúribus; & clypeus æreus tegébat húmeros ejus: hastíle autem hastæ ejus erat quasi liciatórium texéntium, ipsum autem ferrum hastæ ejus sexcéntos siclos habébat ferri: & ármiger ejus antecedébat eum.

℟. Deus plebis Israël, 218.

Lectio ij.

v. 8. *ad* 11.

STansque clamábat advérsùm phalángas Israël, & dicébat eis: Quare venístis paráti ad prælium? Numquid ego non sum Philisthæus, & vos servi Saül? Elígite ex vobis virum, & descéndat ad singuláre certámen: Si quíverit pugnáre mecum, & percússerit me, érimus vobis servi: si autem ego prævalúero, & percússero eum, vos servi éritis, & serviétis nobis. Et aiébat Philisthæus: Ego exprobrávi agmínibus Israël hódie: Date mihi virum, & íneat mecum singuláre certámen. Aúdiens autem Saül, & omnes Israëlítæ, sermónes Philisthæi hujuscémodi, stupébant, & metuébant nimis.

℟. Dixit Sámuël, *suprà* 218.

Lectio iij.

v. 32. *ad* 37.

ET dixit David: Ego servus tuus vadam, & pugnábo advérsùs Philisthæū. Et ait Saül ad David: Non vales resístere Philisthæo isti, nec pugnáre advérsùs eum; quia puer es, hic autem vir bellátor est ab adolescéntia sua. Dixítque David ad Saül: Pascébat servus tuus patris sui gregem, & veniébat leo, vel ursus, & tollébat aríetem de médio gregis; & persequébar

eos, & percutiébam, eruebámque de ore eórum: & illi consurgébant advérsùm me, & apprehendébam mentum eórum, & suffocábam, interficiebámque eos. Nam & leónem, & ursum interféci ego servus tuus: erit ígitur & Philistæus hic incircumcísus, quasi unus ex eis. Nunc vadam, & aúferam oppróbrium pópuli; quóniam quis est iste Philisthæus incircumcísus; qui ausus est maledícere exercítui Dei vivéntis? Et ait David: Dóminus qui erípuit me de manu leónis, & de manu ursi, ipse me liberábit de manu Philisthæi hujus. Dixit autem Saül ad David: Vade, & Dóminus tecum sit.

℟. Numquid vult, 219.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 6. cap. 1. de reform.

CAthedrálibus Ecclésiis quibuscúmque.... præfectos monet... sancta Synodus, ut attendéntes sibi & univérso gregi... vígilent... & ministériũ suũ impleant: implére autem illud se nequáquam posse sciant, si greges sibi commissos mercenariórum more déserant, atque óvium suarum, quarum sanguis de eorum est mánibus à suprémo júdice requiréndus, custodiæ minimè incúmbant.

FERIA SEXTA.

De libro primo Regum.

Lectio j. *c.* 17. 40. *ad* 4[illegible]

TUlit David báculum suum, quem semper habébat in mánibus & elégit sibi quinque limpidíssimos lápides de torrénte & misit eos in peram pastorálem quam habébat secum, & fundam manu tulit; & procéssit advérsùm Philisthæum. Ibat autem Philisthæus incédens, & appropínquans advérsùm David, & ármiger ejus ante eum. Cúmque inspexísset Philisthæus, & vidísset David, despéxit eum: erat enim adoléscens rufus, & pulcher aspéctu. Et dixit Philisthæus ad David: Numquid ego canis sum, quòd tu venis ad me cum báculo? Et maledíxit Philisthæus David in diis suis: dixítque ad David: Veni ad me, & dabo carnes tuas volatílibus cœli, & béstiis terræ. Dixit autem David ad Philisthæum: Tu venis ad me cum gládio, & hasta, & clypeo: ego autem vénio ad te in nómine Dómini exercituum, Dei ágminum Israël.

℟. Diléctus, 216.

Lectio ij. *v.* 48. *ad* 52.

CUm ergo surrexísset Philisthæus, & veniret, & appropinquaret contra David, festinavit David, &

cucúrrit ad pugnam ex advérso Philisthæi. Et misit manum suam in peram, tulítque unum lápidem, & fundâ jecit, & circumdúcens percússit Philisthæum in fronte: & infixus est lapis in fronte ejus, & cécidit in fáciem suam super terram. Prævaluítque David advérsùm Philisthæum in funda & lápide, percussúmque Philisthæū interfécit. Cùmque gládium non habéret in manu David, cucúrrit, & stetit super Philisthæum, & tulit gládium ejus, & edúxit eum de vagína sua; & interfécit eum, præcidítque caput ejus. Vidéntes autem Philísthiim, quòd mórtuus esset fortíssimus eórum, fugérunt. Et consurgéntes viri Israël & Juda vociferáti sunt, & persecúti sunt Philisthæos usque dum veníent in vallem, & usque ad portas Accaron.

℟. Dixit Sámuël, 217.

Lectio iij. *c.* 18. 6. *ad* 12.

POrrò cùm reverterétur percússo Philisthæo David, egréssæ sunt mulíeres de univérsis úrbibus Israël, cantántes, chorósque ducéntes in occúrsum Saül regis, in tympanis lætítiæ, & in sistris. Et præcinébant mulíeres ludéntes, atque dicéntes: Percússit Saül mille, & David decem míllia. Irátus est autem Saül nimis, & displícuit in óculis ejus sermo iste, dixítque: Dedérunt David decem míllia, & mihi mille dedérunt; quid ei súperest, nisi solum regnū? Non rectis ergo óculis Saül aspiciébat David à die illa, & deínceps. Post diem autem álteram invásit spíritus Dei malus Saül, & prophetábat in médio domûs suæ: David autem psallébat manu suâ, sicut per síngulos dies: tenebátque Saül lánceam, & misit eam, putans quòd configere posset David cum paríete: & declinávit David à fácie ejus secúndò. Et tímuit Saül David, eò quòd Dóminus esset cum eo, & à se recessísset.

℟. Si in toto corde, 217.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 22. *cap.* 1. *de reform.*

SI qua ex his (quæ à sacris Canónibus sancíta sunt de Clericórum vita) in desuetúdinem abiísse compérerint Epíscopi; ea quamprímum in usum revocári, & ab ómnibus accuráte custodíri stúdeant; non obstántibus consuetudínibus quibuscúmque, ne subditórum negléctæ emendatiónis ipsi condígnas, Deo víndice, pœnas persólvant.

SABBATO.

De libro primo Regum.

Lectio j. *c.* 26. 6. *ad* 11.

AIt David ad Achímelech Hethæum, & Abísai fílium Sárviæ, fratrem Joab, dicens: Quis

descéndet mecum ad Saül in castra? Dixítque Abísaï: Ego descéndam tecum. Venérunt ergo David & Abísaï ad pópulum nocte, & invenérunt Saül jacéntem & dormiéntem in tentório, & hastam fixam in terra ad caput ejus; Abner autem & pópulum dormiéntes in circúitu ejus. Dixítque Abísaï ad David: Conclúsit Deus inimícum tuum hódie in manus tuas: nunc ergo perfódiam eum lánceâ in terra, semel, & secúndò opus non erit. Et dixit David ad Abísaï: Ne interfícias eum; quis enim exténdet manum suam in christum Dómini, & ínnocens erit? Et dixit David: Vivit Dóminus: quia nisi Dóminus percússerit eum, aut dies ejus vénerit ut moriátur, aut in prælium descéndens períerit; propítius sit mihi Dóminus ne exténdam manum meam in christum Dómini. Nunc ígitur tolle hastam quæ est ad caput ejus, & scyphum aquæ, & abeámus.

Si fiat de Sabbato, ℟℟℟. sumentur ex II. Nocturno Dominicæ præcedentis.

Lectio ij. *v.* 12. *ad* 16.

TUlit ígitur David hastam, & scyphū aquæ, qui erat ad caput Saül, & abiérunt: & non erat quísquam qui vidéret, & intellígeret, & evigiláret; sed omnes dormiébant, quia sopor Dómini irrúerat super eos. Cùmque transísset David ex advérso, & stetísset in vértice montis de longè, & esset grande intervállum inter eos, clamávit David ad pópulum, & ad Abner fílium Ner, dicens: Nonne respondébis, Abner? Et respóndens Abner, ait: Quis es tu qui clamas, & inquiétas regem? Et ait David ad Abner: Numquid non vir tu es? & quis álius símilis tuî in Israël? quare ergo non custodísti dóminum tuum regem? ingréssus est enim unus de turba ut interfíceret regem dóminum tuum. Non est bonum hoc quod fecísti: vivit Dóminus, quóniam fílii mortis estis vos, qui non custodístis dóminum vestrum, christum Dómini: nunc ergo vide ubi sit hasta regis, & ubi sit scyphus aquæ, qui erat ad caput ejus.

Lectio iij. *v.* 17. *ad* 21.

COgnóvit autem Saül vocem David, & dixit: Numquid vox hæc tua, fili mi David? Et ait David: Vox mea, dómine mi rex. Et ait: Quam ob causam dóminus meus perséquitur servum suum? Quid feci? aut quod est malum in manu mea? Nunc ergo audi, oro, dómine mi rex, verba servi tui: Si Dóminus íncitat te advérsùm me, odorétur sacrifícium; si autem fílii hó-

minum, maledícti sunt in conspéctu Dómini; qui ejecérunt me hódie, ut non hábitem in hereditáte Dómini, dicéntes: Vade, servi diis aliénis: & nunc non effundátur sanguis meus in terram coram Dómino; quia egréssus est rex Israël, ut quærat púlicem unum, sicut perséquitur perdix in móntibus. Et ait Saül: Peccávi: revértere, fili mi David; nequáquam enim ultrà tibi malefáciam, eò quòd pretiósa fúerit ánima mea in óculis tuis hódie: appáret enim quòd stultè égerim, & ignoráverim multa nimis.

CANON.

Ex Concílio Viennénsi Œcuménico.

An. 1312. *& Clement. lib.* 5. *tit.* 7. *cap.* 2.

ARchiepíscopo per quævis loca exémpta suæ províncíæ faciénti tránsitum, aut ad ea fórsitan declinánti, ut crucem ante se liberè portári fáciat, benedícat pópulo, divína Offícia... étiam in pontificálibus célebret... præséntis constitutiónis série dúximus concedéndum.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D. * David in sua misericórdia consecútus est sédem regni in sécula. 1. *Mach.* 2. 57.

Oratio, Da nobis, *infrà ad Laudes.*

Commemoratio de Cruce.

DOMINICA IV.
post Pentecosten.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber secúndus Regum.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 4.

FActum est, postquam mórtuus est Saül, ut David reverterétur à cæde Amalec, & manéret in Síceleg duos dies. In die autem tértia appáruit homo véniens de castris Saül veste conscissâ, & púlvere conspérsus caput: & ut venit ad David, cécidit super fáciem suam, & adorávit. Dixítque ad eum David: Unde venis? Qui ait ad eum: De castris Israël fugi. Et dixit ad eum David: Quod est verbum quod factum est? índica mihi. Qui ait: Fugit pópulus ex prælio, & multi corruéntes è pópulo mórtui sunt: sed & Saül & Jónathas filius ejus interiérunt.

℟. Amóto Saül, suscitávit Deus David regem, cui testimónium pérhibens, dixit: * Invéni David virum secúndùm cor meum. *Act.* 13. 22. ℣. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. *Ps.* 88. 21. * Invéni.

Lectio ij. *v.* 5. *ad* 10.

DIxítque David ad adolescéntem qui nuntiábat ei: Unde scis quia mórtuus est Saül, & Jónathas filius ejus? Et ait adolés-

habébant, effudérunt. At non ita generósus ac magnánimus iste David: sed & vivéntem inimícum observávit, & illo defúncto, benevoléntiam quam erga illum gésserat, filiis exhíbuit. Quid illíus mensâ sánctius, quam cingébant filii hostis; hostis, inquam, occídere conáti? Quid illo convívio spirituálius, in quo tam multæ abundábant benedictiónes? Angeli pótiùs quam hóminis convocántis erat. Síquidem inimíci filios ampléčti & amáre, & illíus filium, qui tóties ipsum tentásset è médio tóllere, atque id móliens excessísset è vita, id facit ut in illum chorum referátur.

℞. Appropinquavérunt dies David ut morerétur; præcepítque Salomóni, dicens: * Obsérva custódias Dómini Dei tui, ut ámbules in viis ejus, ut custódias præcépta ejus. 3. *Reg.* 2. 1. 3. ℣. Non auditóres legis justi sunt apud Deum, sed factóres legis justificabúntur. *Rom.* 2. 13. * Obsérva. Glória. * Obsérva.

IN III. NOCTURNO.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 5. 1. *ad* 11.

IN illo témpore; Cùm turbæ irrúerent in Jesum, ut audírent verbum Dei; & ipse stabat secus stagnum Genézareth. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Epíscopi.

Expos. Evang. sec. Luc. lib. 4. §. 68.

UBi Dóminus multis impertívit vária génera sanitátum, nec témpore, nec loco cœpit ab stúdio sanándi turba cohibéri. Vesper incúbuit, sequebántur: stagnum occúrrit, urgébant. Et ídeo ascéndit in Petri navim. Hæc est illa navis quæ adhuc secúndùm Matthæum flúčtuat, secúndùm Lucam replétur píscibus; ut & princípia Ecclésiæ fluctuántis, & posterióra exuberántis agnóscas; pisces enim sunt, qui hanc enávigant vitam. Ibi adhuc discípulis Christus dormit, hìc præcipit. Dormit enim trépidis, perféctis vígilat.

℞. Cùm turbæ irrúerent in Jesum, ut audírent verbum Dei; ascéndens in navim quæ erat Simónis, * Sedens docébat de navícula turbas. *Luc.* 5. 1. 3. ℣. Sapiéntia in cápite turbárum clámitat: Convertímini ad correptiónem meam; en ot téndam vobis verba mea *Prov.* 1. 21. 23. * Sedens

Lectio viij. §. 70. 71.

NOn turbátur hæc navis in qua prudéntia návigat, abest perfídia, fides spirat. Quemádmodù enim turbári póterat, cui præerat is, in quo Ecclésiæ fir

mamémtum est? Illic ergo turbátio, ubi módica fides: hìc secúritas, ubi perfécta diléctio. Dénique etsi áliis imperátur ut laxent rétia sua; soli tamen Petro dícitur: [Duc in altum,] hoc est, in profúndum disputatiónum. Quid enim tam altum, quàm altitúdinem divitiárum vidére, scire Dei Fílium, & professiónem divínæ generatiónis assúmere? Quam licèt mens non queat humána plenæ ratiónis investigatióne comprehéndere; fidei tamen plenitúdo compléctitur.

℟. Ut cessávit Jesus loqui, dixit ad Simónem: Duc in altum, & * Laxáte rétia vestra in captúram. *Luc.* 5. 4. ℣. Ecce ego mittam piscatóres multos, dicit Dóminus; & piscabúntur fílios Israël. *Jer.* 16. 16. * Laxáte.

Lectio ix.

NAm etsi non licet mihi scire quemádmodum natus sit; non licet tamen nescíre quód natus sit. Sériem generatiónis ignóro, sed autoritátem generatiónis agnósco. Non interfúimus cùm à Patre Dei Fílius nasceréretur; sed interfúimus cùm à Patre Dei Fílius dicerétur. Si Deo non crédimus, cui crédimus? Omnia enim quæ crédimus, vel visu crédimus, vel audítu: visus sæpe fállitur, audítus in fide est.

℟. Simon dixit Jesu: Præcéptor, per totam noctem laborántes, nihil cépimus: in verbo autem tuo laxábo rete. Cùm hoc fecíssent * Conclusérunt píscium multitúdinem copiósam. *Luc.* 5. 5. 6. ℣. Ipsi vidérunt ópera Dómini, & mirabília ejus in profúndo. *Ps.* 106. 24. * Conclusérunt. Glória. * Conclusérunt.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G. * Rumpebátur rete eórum: & annuérunt sóciis qui erant in ália navi, ut veníirent. Et venérunt, & implevérunt ambas navículas, ita ut penè mergeréntur. *Luc.* 5. 6. 7.

Oratio. Orémus.

DA nobis, quæsumus, Dómine, ut & mundi cursus pacífico nobis tuo órdine dirigátur, & Ecclésia tua tranquíllâ devotióne lætétur; Per Dóminum.

C A N O N.

Ex Concílio Mediolanénsi quarto.

An. 1576. *part.* 3. *tit.* 1. *de Episcopis.*

MIssæ sacrifícium frequéntiùs celebráre stúdeant Epíscopi. Domínicis verò Festísque diébus, ne id præstáre omíttant, ex Concílii Provinciális primi decréto: hoc verò ipsum fácere curent crébriùs in Ecclésia, quàm in privátis Oratóriis.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. * Simon Petrus prócidit ad génua Jesu, dicens: Exi à

me, quia homo peccátor ſum, Dómine: ſtupor enim circumdéderat eum, & omnes qui cum illo erant, in captúra píſcium quam céperant. *Luc.* 5. 8. 9.

Commemoratio de Cruce, 28.

FERIA SECUNDA.

De libro ſecúndo Regum.

Lectio j. *c.* 2. 1. *ad* 4.

POſt hæc conſúluit David Dóminum, dicens: Num aſcéndam in unam de civitátibus Juda? Et ait Dóminus ad eum: Aſcénde. Dixítque David: Quò aſcéndam? Et reſpóndit ei. In Hebron. Aſcéndit ergo David, & duæ uxóres ejus, Achínoam Jezraelítes, & Abígaïl uxor Nabal Carméli: ſed & viros qui erant cum eo, duxit David ſíngulos cum domo ſua; & manſérunt in óppidis Hebron. Venerúntque viri Juda, & unxérunt ibi David, ut regnáret ſuper domum Juda.

℟. Amóto Saül, 229.

Lectio ij. *v.* 4. *ad* 7.

ET nuntiátum eſt David, quòd viri Jabes Gálaad ſepeliíſſent Saül. Miſit ergo David núntios ad viros Jabes Gálaad, dixítque ad eos: Benedícti vos à Dómino, qui fecíſtis miſericórdiam hanc cum dómino veſtro Saül, & ſepeliſtis eum.

Et nunc retr
dem Dómi
diam, & ve
ego reddam
quòd fecíſtis
Conforténtu
træ, & eſtó
diñis; licèt
ſit dóminus
men me ûnx
in regem ſit

℟. Quaſi

Lectio iij.

ABner aut
princeps
tulit Isboſet
& circumdú
ſtra; regém
ſuper Gálaad
ſuri, & ſuper
per Ephraïm
jamin, & ſu
vérſum. Qua
rum erat I
Saül, cùm re
ſuper Iſraël;
nis regnávit
domus Juda ſ
vid. Et fuit
quos commo
vid, imperai
ſuper domum
annórum, &

℟. Hæc di

C A I

Ex Conci

Seſſ. 24. *cap*

PRovinciá
ſícubi om
moderándis
rigéndis excé
verſiis comp
que ex ſa
permiſſis ren

FERIA TERTIA.

De libro secúndo Regum.

Lectio j. c. 3. 6. *ad* 11.

CUm esset prælium inter domum Saül & domum David, Abner filius Ner regébat domum Saül. Fúerat autem Saúli concubína, nómine Respha, filia Aia. Dixítque Isboseth ad Abner: Quare ingréssus es ad concubínā patris mei? Qui irátus nimis propter verba Isboseth, ait: Numquid caput canis ego sum advérsum Judam hódie, qui fécerim misericórdiam super domum Saül patris tui, & super fratres & próximos ejus, & non trádidi te in manus David, & tu requisísti in me quod argúeres pro muliére hódie? Hæc fáciat Deus Abner, & hæc addat ei, nisi quómodo jurávit Dóminus David, sic fáciam cum eo, ut transferátur regnum de domo Saül, & elevétur thronus David super Israel, & super Judam à Dan usque Bersabée. Et non pótuit respondére ei quidquam, quia metuébat illum.

℟. Quare maledícit, 231.

Lectio ij. v. 12. *ad* 16.

MIsit ergo Abner núntios ad David pro se, dicéntes: Cujus est terra? Et ut loqueréntur: Fac mecum amicítias & erit manus mea tecum, & redúcā ad te univérsum Israël. Qui ait: Optimè; ego fáciā tecū amicítias; sed unam rem peto à te, dicens: Non vidébis fáciem meam ántequam addúxeris Michol filiam Saül; & sic vénies, & vidébis me. Misit autem David núntios ad Isboseth filium Saül, dicens: Redde uxórem meam Michol, quam despóndi mihi centum præpútiis Philísthiim. Misit ergo Isboseth, & tulit eam à viro suo Phaltiël, filio Laïs.

℟. Dixit David, 231.

Lectio iij. v. 17. *ad* 21.

SErmónem quoque intulit Abner ad senióres Israël, dicens: Tam heri quàm nudiustértius quærebátis David ut regnáret super vos: nunc ergo fácite; quóniam Dóminus locútus est ad David, dicens: In manu servi mei David salvábo pópulum meum Israël de manu Philísthiim, & ómnium inimicórum ejus. Locútus est autem Abner étiam ad Bénjamin. Et ábiit ut loquerétur ad David in Hebron ómnia quæ placúerant Israéli, & univérso Bénjamin. Venítque ad David in Hebron cum viginti viris: & fecit David Abner, & viris ejus qui vénerant cum eo, convívium. Et dixit Abner ad David: Surgam, ut cóngregem ad te dóminum meum regem omnem Israël, & íneam te-

cum fœdus, & ímperes ómnibus, sicut desíderat ánima tua.

℟. Appropinquavérunt, 232.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 24. cap. 2. de reform.

METropolitáni, quólibet saltê triénnio post Octávã Paschæ Resurrectiónis Dómini nostri Jesu Christi, seu álio commodióri témpore, pro more provínciæ non prætermíttant Synodũ in província sua cógere; quò Epíscopi omnes, & álii, qui de jure, vel consuetúdine interésse debent (excéptis iis, quibus cum imminénti perículo transfretándum esset,) conveníre omníno teneántur. Synodi Diœcesánæ quotánnis celebréntur.

FERIA QUARTA.

De libro secúndo Regum.

Lectio j. *c. 4. 5. ad* 8.

VEniéntes filii Remmon Berothítæ, Rechab & Báana, ingréssi sunt fervénte die domum Isboseth, qui dormiébat super stratum suum merídie: & ostiária domûs purgans tríticum, obdormívit. Ingréssi sunt autem domum laténter, assuméntes spicas trítici, & percussérunt eum in ínguine

Rechab & Báana
& fugérunt. Cùm
gréssi fuíssent do
dormiébat super
in concláviˌ & p
interfecérunt eu
tóque cápite eju
per viam desérti
& attulérunt c
seth ad David i
dixerúntque ad
ce caput Isbosetl
inimíci tui, qui
ánimam tuam; &
minus dómino m
tiónem hódie d
de sémine ejus.

℟. Amóto Saü

Lectio ij. *v.*

REspóndens
vid Rechab
fratri ejus, filiis
Berothítæ, dixi
Vivit Dóminus
ánimam meam d
gústia, quónian
annuntiáverat m
xerat: Mórtuus
qui putábat se
nuntiáre, ténui
eum in Síceleg
tébat mercédem
núntio: quantò
cùm hómines
fecérunt virum
in domo sua, s
suum, non quæ
nem ejus de ma
& aúferam vos
Præcépit itaque
ris suis, & i
eos: præcidenté
& pedes córu
dérunt eos sup

in Hebron : caput autem Isboseth tulérunt, & sepeliérunt in sepúlcro Abner in Hebron.

℟. Quasi adeps, 230.

Lectio iij. *c.* 5. 1. *ad.* 7.

ET venérunt univérsæ tribus Israël ad David in Hebron, dicéntes: Ecce nos, os tuum, & caro tua sumus : sed & heri & nudiustértius cùm esset Saül rex super nos, tu eras edúcens & redúcens Israël; dixit autem Dóminus ad te: Tu pasces pópulum meum Israël, & tu eris dux super Israël. Venérunt quoque & senióres Israël ad regem in Hebron, & percússit cum eis rex David fœdus in Hebron coram Dómino; unxerúntque David in regem super Israël. Filius trigínta annórum erat David, cùm regnáre cœpísset, & quadragínta annis regnávit. In Hebron regnávit super Judam septem annis, & sex ménsibus : in Jerúsalem autem regnávit trigínta tribus annis super omnem Israël & Judam. Et ábiit rex, & omnes viri qui erant cum eo, in Jerúsalem ad Jebusæum habitatórem terræ : dictúmque est David ab eis: Non ingrediéris huc, nisi abstúleris cæcos & claudos, dicéntes : Non ingrediétur David huc. Cepit autem David arcem Sion : hæc est Cívitas David.

℟. Hæc dicit, 230.

CANON.

Ex Concílio Narbonénsi.

An 1609. *cap.* 27.

ECclésias Epíscopi vísitent moderáto comitátu, ne súbditos nímiis súmptibus ópprimant; eósque secum assúmant, quos probátæ fidei & doctrínæ nóverint, & quórum íntegra fama iis ad quos proficiscántur, exémplo esse possit. Abúsus, si qui irrépserint, tollant; modos státuant quibus in pósterum vitári possint.

FERIA QUINTA.

De libro secúndo Regum.

Lectio j. *c.* 6. 1. *ad* 5.

COngregávit rursum David omnes eléctos ex Israël trigínta míllia. Surrexítque David, & ábiit, & univérsus pópulus qui erat cum eo de viris Juda, ut addúcerent arcam Dei, super quam invocátum est nomen Dómini exercítuum, sedéntis in Chérubim super eam. Et imposuérunt arcam Dei super plaustrum novum: tulerúntque eam de domo Abínadab, qui erat in Gábaa : Oza autem & Ahio filii Abínadab, minábant plaustrum novum. Cùmque tulíssent eam de domo Abínadab, qui erat in Gábaa, custódiens arcam Dei Ahio præcedébat arcam. David autem, & omnis Israël lu-

Párochis piè prudentérque servári stúdeant.

SABBATO.

De libro secúndo Regum.

Lectio j. *c.* 11. 1. *ad* 5.

FActum est verténte anno, eo témpore quo solent reges ad bella procédere, misit David Joab, & servos suos cum eo, & univérsum Israël; & vastavérunt filios Ammon, & obsedérunt Rabba; David autem remánsit in Jerúsalem. Dum hæc ageréntur, áccidit ut surgeret David de strato suo post merídiem, & deambuláret in solário domûs régiæ; vidítque mulíerem se lavántem, ex advérso super solárium suum: erat autem múlier pulcra valde. Misit ergo rex, & requisívit quæ esset múlier. Nuntiatúmque est ei quòd ipsa esset Bethsabée filia Elíam, uxor Uríæ Hethæi. Missis ítaque David núntiis, tulit eam: quæ cùm ingréssa esset ad illum, dormívit cum ea; statímque sanctificáta est ab immundítia sua: & revérsa est in domum suam concépto fœtu; mitténsque nuntiávit David, & ait: Concépi.

Si fiat de Sabbato, ℟℟℟. sumentur ex II. Nocturno Dominicæ præcedentis.

Lectio ij. *v.* 6. *ad* 11.

MIsit autem David ad Joab, dicens: Mitte ad me Uríam Hethæum. Misítque Joab Uríam ad David. Et venit Urías ad David; quæsivítque David quàm rectè ágeret Joab, & pópulus, & quómodo administrarétur bellum. Et dixit David ad Uríam: Vade in domum tuam, & lava pedes tuos. Et egréssus est Urías de domo regis, secutúsque est eum cibus régius. Dormívit autem Urías ante portam domûs régiæ cum áliis servis dómini sui, & non descéndit ad domum suam. Nuntiatúmque est David à dicéntibus: Non ivit Urías in domum suam. Et ait David ad Uríam: Numquid de via venísti? quare non descendísti in domum tuam? Et ait Urías ad David: Arca Dei, & Israël, & Juda hábitant in papiliónibus; & dóminus meus Joab, & servi dómini mei super fáciem terræ manent; & ego ingrédiar domum meam ut cómedam, & bibam, & dórmiam cum uxóre mea? per salútem tuã, & per salútem ánimæ tuæ non fáciam rem hanc.

Lectio iij. *v.* 12. *ad* 17.

AIt ergo David ad Uríam: Mane hìc étiam hódie, & cras dimíttam te. Mansit Urías in Jerúsalem in die illa & áltera: & vocávit eum David ut comédéret coram se & bíberet, & inebriávit eum: qui egréssus véspere, dormívit in strato suo cum servis dómini sui, &

& in domum suam non descéndit. Factum est ergo manè, & scripsit David epístolam ad Joab, misítque per manum Uríæ, scribens in epístola: Pónite Uríam ex advérso belli, ubi fortíssimum est prælium; & derelínquite eum, ut percússus intéreat. Igitur cùm Joab obsidéret urbem, pósuit Uríam in loco ubi sciébat viros esse fortíssimos. Egressíque viri de civitáte, bellábant advérsùm Joab, & cecidérunt de pópulo servórum David; & mórtuus est étiam Urías Hethæus.

CANON.

Ex Concílio Arelaténsi.

An. 813. *can.* 17.

NOverint (Epíscopi) sibi curam populórum & paúperum in protegéndis iísdem ac defendéndis impósitam. Ideóque dùm conspíciunt júdices ac poténtes paúperum oppressóres exístere, priùs eos sacerdotáli admonitióne redárguant, & si contémpserint emendári, eórum insoléntia regis aúribus intimétur; ut quos sacerdotális admonítio non flectit ad justítiam, regális potéstas ab improbitáte coérceat.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Dóminus purgávit peccáta David, & exaltávit in ætérnum cornu ejus: & dedit illi testaméntum regni, & sedem glóriæ in Israël. *Eccli.* 47. 13.

Oratio, Deus, cui accéptum est, *infrà in Laudibus.*

DOMINICA V.

post Pentecosten.

IN I. NOCTURNO.

De libro secúndo Regum.

Lectio j.

c. 11. 26. *ad fin.* & *c.* 12. 1. *ad* 4.

AUdívit uxor Uríæ, quòd mórtuus esset Urías vir suus, & planxit eum. Transácto autem luctu, misit David, & introdúxit eam in domum suam, & facta est ei uxor, peperítque ei filium: & displicuit verbum hoc quod fécerat David coram Dómino. Misit ergo Dóminus Nathan ad David: qui cùm venísset ad eum, dixit ei: Duo viri erant in civitáte una, unus dives, & alter pauper: dives habébat oves, & boves plúrimos valde; pauper autem nihil habébat omníno præter ovem unam párvulam, quam émerat, & nutríerat, & quæ créverat apud eum cum filiis ejus simul, de pane illíus cómedens, & de cálice ejus bibens, & in sinu illíus dórmiens, erátque illi sicut filia. Cùm autem peregrínus quidam venísset ad dívitem, parcens ille súmere de óvibus, & de bobus suis, ut

exhibéret convívium peregríno illi qui vénerat ad se, tulit ovem viri paúperis, & præparávit cibos hómini qui vénerat ad se.

℟. Amóto Saül, 292.

Lectio ij. *c.* 12. 5. *ad* 8.

IRátus autem indignatióne David advérsùs hóminem illum nimis, dixit ad Nathan: Vivit Dóminus, quóniam filius mortis est vir qui fecit hoc: ovem reddet in quádruplum, eò quòd fécerit verbum istud, & non pepércerit. Dixit autem Nathan ad David: Tu es ille vir: hæc dicit Dóminus Deus Israël: Ego unxi te in regem super Israël, & ego érui te de manu Saül, & dedi tibi domum dómini tui, & uxóres dómini tui in sinu tuo, dedique tibi domum Israël & Juda; & si parva sunt ista, adjíciam tibi multò majóra.

℟. Quasi adeps, 230.

Lectio iij. *v.* 9. *ad* 14.

QUare ergo contempsísti verbum Dómini, ut fáceres malum in conspéctu meo? Uríam Hethæum percussísti gládio, & uxórem illíus accepísti in uxórem tibi, & interfecísti eum gládio filiórum Ammon: quamóbrem non recédet gládius de domo tua usque in sempitérnum, eò quòd despéxeris me, & túleris uxórem Uríæ Hethæi, ut esset uxor tua. Itaque hæc dicit Dóminus: Ecce, ego suscitábo super te malum de domo tua, & tollam uxóres tuas in óculis tuis, & dabo próximo tuo, & dórmiet cum uxóribus tuis in óculis solis hujus. Tu enim fecísti abscóndite; ego autem fáciam verbum istud in conspéctu omnis Israël, & in conspéctu solis.

℟. Hæc dicit, 230.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro sancti Ambrósii Epíscopi, de Apológia Prophétæ David.

Apolog. 1. *cap.* 2. §. 5.

Lectio iv.

UNusquísque nostrûm per síngulas horas quàm multa delínquit, & tamen unusquísque de plebe peccátum suum confiténdum non putat. Ille rex tantus ac potens ne exíguo quidem moménto manére penès se delícti passus est consciéntiam: sed præmatúrâ confessióne atque imménso dolóre, réddidit peccátum suũ Dómino. Quem mihi nunc fácilè repérias honorátum ac dívitem, qui si arguátur alicújus culpæ reus, non moléstè ferat? At ille régio clarus império, tot divínis probátus oráculis, cùm à priváto hómine corriperétur, quòd gráviter deliquísset, non indignátus infrémuit, sed conféssus ingémuit culpæ dolóre.

℟. Quare maledícit, 231.

› v. §. 5. 6.
ıique Dóminum do-
r íntimi movit affé-
ut Nathan díceret:
niam pœnítuit te, &
ıus tránstulit peccá-
um.] Matúritas íta-
:niæ, profúndam re-
ıſſe pœniténtiam de-
t, quæ tanti erróris
ım tradúxerit. Alii
es cùm à ſacerdóti-
:ripiúntur, peccátum
ngravant, dum ne-
úpiunt aut defénde-
que eórum lapſus eſt
, ubi ſperátur corré-
ŝancti autem Dómini
nſummáre pium cer-
géſtiunt, & cúrrere
ı ſalútis, sícubi fortè
ıines corrúerint natú-
gìs fragilitáte, quàm
ıdi libídine, acrióres
rréndum reſúrgunt,
s ſtímulo majóra re-
es certámina; ut non
nullum attuliſſe æſti-
lapſus impedimén-
ſed étiam velocitátis
ıva cumuláſſe.
)ixit David, 231.
o vj. c. 4. §. 15.
cávit David, quod ſo-
ıt reges: ſed pœni-
n geſſit, flevit, ingé-
quod non ſolent re-
:onféſſus eſt culpam,
ávit indulgéntiam,
ſtratus deplorávit æ-
.m, jejunávit, orávit,
ſiónis ſuæ teſtimó-
n perpétua ſécula vul-
ɔlóre tranſmíſit. Quod erubéſcunt fácere priváti, rex non erúbuit confitéri. Qui tenéntur légibus, audent ſuum negáre peccátum, dedignántur rogáre indulgéntiam, quam petébat qui nullis légibus tenebátur humánis. Quòd peccávit, conditiónis eſt; quòd ſupplicávit, correctiónis. Lapſus commúnis, ſed ſpeciális conféſſio. Culpam ítaque incidíſſe, natúræ eſt; diluíſſe, virtútis.

℟. Appropinquavérunt, 232.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 5. 20. *ad* 24.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Dico vobis, quia niſi abundáverit juſtítia veſtra pluſquam Scribárum & Phariſæórum, non intrábitis in regnum cœlórum. Et réliqua.

Homília ſancti Joánnis Chryſóſtomi.

Hom. 16. *in Matth.*

CAritas eſt ómniũ mater bonórum, certa diſcipulórum nota, quæ ómnia noſtra cóntinet. Jure ergo radíces & fontes inimicítiæ quæ illam peſſúmdat, cum veheméntia multa Chriſtus ámputat & tollit. Nihil enim ita curat Deus, ut nos mútuis vínculis colligári. Ideo & per ſeípſum & per diſcípulos ſuos, tam in novo quàm in véteri teſtaménto, multo hoc præcéptum ſer-

móne comméndat, & véhemens vindex est eórum qui hoc despíciunt. Etenim nihil ita malítiam omnem indúcit & fundat, ut caritátis remótio..... Sic Caïn fratricída factus est, sic Esaü, sic fratres Joséphi; sic innúmera exórta sunt mala, avúlsâ caritáte.

℟. Audístis quia dictum est antíquis: Non occídes: * Ego autem dico vobis quia omnis qui iráscitur fratri suo, reus erit judício. *Matt.* 5. 21. 22. ℣. Locútus est Dóminus ad Móysen: Lóquere ad omnem cœtum filiórum Israël: Non stabis contra sánguinem próximi tui. *Levit.* 19. 2. 16. * Ego autem dico vobis quia omnis qui iráscitur fratri suo, reus erit judício.

Lectio viij.

NEque in supradíctis gradum sistit, sed ália plura ádhibet, queis osténdit quantùm ejus hábeat ratiónem. Nam cùm per concílium, per judícium & per gehénnam ignis comminátus esset, ália adjécit præcedéntibus cónsona, nempe: [Si offers munus tuum ad altáre, & ibi recordátus fúeris quia frater tuus habet áliquid advérsùm te, relínque munus tuum ante altáre, & vade priùs reconciliári fratri tuo; & tunc véniens, offer munus tuum.] O bonitátem, ô benignitátem, quæ omnem sermónem súperat! Quid enim hisce verbis mansuétius fingi possit? Interrumpátur, inquit, cultus meus, ut cáritas tua máneat. Nam verè sacrifícium est reconciliátio cum fratre. Ideo non dixit: Postquam obtúleris, vel, Antequam ófferas; sed ipso múnere præsénte, & jam sacrifício incipiénte, mittit eum, ut se cum fratre reconcíliet; nec subláto jacénte múnere, nec ántequam munus attúlerit, sed illo in médio jacénte jubet illuc accúrrere.

℟. Si offers munus tuum ad altáre, & ibi recordátus fúeris quia frater tuus habet áliquid advérsùm te; relínque ibi munus tuum ante altáre, & * Vade priùs reconciliári fratri tuo. *Matt.* 5. 23. 24. ℣. Misericórdiam vólui, & non sacrifícium; & sciéntiam Dei, plusquam holocaústa. *Osee* 6. 6. * Vade.

Lectio ix.

CUr ergo sic jubet id ágere, & qua de causa? unum quidem, ut jam dixi, ut osténdat se caritátem magni fácere, & illam esse putáre máximum ómnium sacrifícium, seque sine caritáte sacrifícium non admíttere; secúndum autem ut reconciliatiónis inevitábilem necessitátem ásserat. Nam qui jussus est non priùs offérre quàm reconciliétur, etiámsi non ex amóre pró-

saltem ne sacrificium
féctum máneat, pro-
t ad offénsum fra-
ut inimicítiam sol-
leóque ómnia emphá-
xpréssit verbis, ter-
um excitánsque. Cùm
t enim: [Relínque
tuum,] non ibi
it, sed subjúnxit,
altáre;] & post-
ex loco in horrórem
am conjécit, [Et
] nec tantùm dixit:
;] sed adjúnxit,
; & tunc véniens,
nunus tuum:] per
nnia declárans hanc
n non admíttere eos
micítias mútuò exér-

elínque próximo no-
: * Et tunc † De-
ti tibi peccáta sol-
. Eccli. 28. 2. ℣.
éniens ófferes munus
Matt. 5. 24. * Et
lória. † Deprecánti.
enedíctus, Ant. 8. G*.
bis: Qui díxerit fra-
Raca; reus erit con-
Qui autem díxerit,
reus erit gehénnæ
Matt. 5. 22.
TIO. Orémus.
s, cui accéptum est
crificium reconciliá-
éra fratrum: præ-
æsumus, ut véniam
rũ nostrórum, quam
re tuum accedéntes
us, omnes acceptá-
juriárum oblivióne
ur; Per Dóminum.

C A N O N.

Ex Concílio Mediolanénsi quarto.

An. 1576. part. 3. tit. 1. de Episcopis.

DOmínicis Festísque diébus, ne Epíscopi Ecclésiæ desint, nisi infirmitáte impedíti, ad Concílii Aurelianénsis præscríptum; atque áliis item diébus, quò frequéntiùs per álias quotidiánas pastorális solicitúdinis occupatiónes licébit.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Nisi abundáverit justítia vestra plusquam Scribárum & Pharisæórum, non intrábitis in regnum cœlórum. *Matt.* 5. 20.

FERIA SECUNDA.

De libro secúndo Regum.

Lectio j. *c.* 12. 13. *ad* 17.

DIxit David ad Nathan: Peccávi Dómino. Dixítque Nathan ad David: Dóminus quoque tránstulit peccátum tuum; non moriéris: verúmtamen, quóniam blasphemáre fecísti inimícos Dómini, propter verbum hoc, fílius qui natus est tibi, morte moriétur. Et revérsus est Nathan in domum suam. Percússit quoque Dóminus párvulum quem pepérerat uxor Uríæ David, & desperátus est. Deprecatúsque est David Dóminum pro párvulo; & jejunávit David jejúnio, & ingréssus seórsum, jacuit

super terram. Venérunt autem senióres domûs ejus, cogéntes eum ut súrgeret de terra: qui nóluit, nec comédit cum eis cibum.

℟. Amóto Saül, 229.

Lectio ij. *v.* 18. *ad* 20.

ACcidit autem die séptimâ ut morerétur infans: timuerúntque servi David nuntiáre ei quòd mórtuus esset párvulus; dixérunt enim: Ecce cùm párvulus adhuc víveret, loquebámur ad eum, & non audiébat vocē nostram; quantò magìs, si dixérimus, Mórtuus est puer, se affliget? Cùm ergo David vidísset servos suos mussitántes, intelléxit quòd mórtuus esset infántulus; dixítque ad servos suos: Num mórtuus est puer? Qui respondérunt ei: Mórtuus est. Surréxit ergo David de terra; & lotus unctúsque est: cùmque mutásset vestem, ingréssus est domum Dómini, & adorávit; & venit in domum suam, petivítque ut pónerent ei panem, & comédit.

℟. Quasi adeps, 230.

Lectio iij. *v.* 21. *ad* 25.

DIxérunt autem ei servi sui: Quis est sermo quem fecísti? propter infántem, cùm adhuc víveret, jejunásti & flebas; mórtuo autem púero, surrexísti, & comedísti panem. Qui ait: Propter infántem, dum adhuc víveret, jejunávi & flevi; dicébam enim: Quis scit si fortè donet eum mihi Dóminus, & vivat infans? Nunc autem quia mórtuus est, quare jejúnem? Numquid pótero revocáre eum ámpliùs? ego vadam magìs ad eum; ille verò non revertétur ad me. Et consolátus est David Bethsabée uxórem suam, ingressúsque ad eam dormívit cum ea; quæ génuit filium, & vocávit nomen ejus Sálomon, & Dóminus diléxit eum. Misítque in manu Nathan Prophétæ, & vocávit nomen ejus, Amábilis Dómino, eò quòd diligeret eum Dóminus.

℟. Hæc dicit, 230.

C A N O N.

Ex Concílio Narbonénsi.

An. 1609. *cap.* 26.

CAnónicas Horas distínctè & atténtè, si non cum choro, apud se récitent Epíscopi statis horis, quas præveniéndo pótiùs quàm tardándo persólvere debent.

FERIA TERTIA.

De libro secúndo Regum.

Lectio j. *c.* 13. 23. *ad* 25.

FActum est post tempus biénnii, ut tonderéntur oves Absalom in Baálhasor, quæ est juxta Ephraïm: & vocávit Absalom omnes filios regis, venítque ad regem, & ait ad eum: Ecce tondéntur oves servi tui; véniat, oro, rex

rvis suis ad servum
Dixítque rex ad Ab-
Noli, fili mi, noli
ut veniámus omnes,
émus te. Cùm autem
eum, & noluísset
nedíxit ei.
ìuare maledícit, 231.
ij. *v. 26. ad 29.*
it Absalom: Si non
veníre, véniat, ób-
nobíscum saltem
frater meus. Dixít-
eum rex: Non est
ut vadat tecum. Coé-
ue Absalom eum, &
cum eo Amnon, &
os filios regis. Fece-
Absalom convívium
nvívium regis. Præ-
autem Absalom púe-
, dicens: Observáte
nuléntus fúerit Am-
o, & díxero vobis:
te eum, & interfici-
te timére; ego enim
præcípio vobis: ro-
mi, & estóte viri
Fecérunt ergo púe-
om advérsùm Am-
icut præcéperat eis
n. Surgentésque om-
regis, ascendérunt
mulas suas, & fu-

ixit David, 231.
iij. *v. 30. ad 34.*
ique adhuc pérge-
it in itínere, fama
t ad David, dicens:
t Absalom omnes fi-
is, & non remánsit
iltem unus. Surréxit
ex, & scidit vesti-
ménta sua, & cécidit super terram: & omnes servi illíus qui assistébant ei, scidérunt vestiménta sua. Respóndens autem Jónadab fílius Sémmaa fratris David, dixit: Ne æstimet dóminus meus rex, quòd omnes púeri filii regis occísi sint; Amnon solus mórtuus est, quóniam in ore Absalom erat pósitus ex die quâ oppréssit Thamar sorórem ejus: nunc ergo ne ponat dóminus meus rex super cor suum verbum istud, dicens: Omnes filii regis occísi sunt; quóniam Amnon solus mórtuus est. Fugit autem Absalom.

℟. Appropinquavérunt, 232.

CANON.

Ex Concílio Lateranénsi tértio Œcuménico.

Ann. 1179. *cap.* 8.

NUlla Ecclesiástica ministéria, seu étiam benefícia, vel Ecclésiæ, alicui tribuántur, seu promittántur ántequam vacent; ne desideráre quis mortem próximi videátur, in cujus locum & benefícium se credíderit successúrum.

FERIA QUARTA.

De libro secúndo Regum.

Lectio j. *c. 14. 4. ad 7.*

CUm ingréssa fuísset múlier Thecuítis ad regem, cécidit coram eo super terram, & adorá-

vit, & dixit: Serva me, rex. Et ait ad eam rex: Quid causæ habes? Quæ respóndit: Heu! múlier vídua ego sum, mórtuus est enim vir meus, & ancíllæ tuæ erant duo filii, qui rixáti sunt advérsùm se in agro, nullúsque erat qui eos prohibére posset, & percússit alter álterum, & interfécit eum. Et ecce consúrgens univérsa cognátio advérsùm ancíllam tuam, dicit: Trade eum qui percússit fratrem suum, ut occidámus eum pro ánima fratris sui quem interfécit, & deleámus herédem; & quærunt extínguere scintíllam meam quæ relícta est, ut non supérsit viro meo nomen, & relíquiæ super terram.

℟. Amóto Saül, 229.

Lectio ij. *v.* 10. *ad* 14.

Et ait rex: Qui contradíxerit tibi, addúc eum ad me, & ultrà non addet ut tangat te. Quæ ait: Recordétur rex Dómini Dei sui, ut non multiplicéntur próximi sánguinis ad ulciscéndum, & nequáquam interfíciant fílium meum. Qui ait: Vivit Dóminus, quia non cadet de capíllis filii tui super terram. Dixit ergo múlier: Loquátur ancílla tua ad dóminum meum regem, verbum. Et ait: Lóquere. Dixítque múlier: Quare cogitásti hujuscémodi rem contra pópulum Dei, & locútus est rex verbum istud, ut peccet, & non redúcat ejéctum suum? Omnes mórimur, & quasi aquæ dilábimur in terram, quæ non revertúntur; nec vult Deus períre ánimam, sed retráctat cógitans ne pénitus péreat qui abjéctus est.

℟. Quasi adeps, 230.

Lectio iij. *v.* 19. ad 24.

Et ait rex: Numquid manus Joab tecum est in ómnibus istis? Respóndit múlier, & ait: Per salútem ánimæ tuæ, dómine mi rex, nec ad sinístram, nec ad déxteram est, ex ómnibus his quæ locútus est dóminus meus rex; servus enim tuus Joab, ipse præcépit mihi, & ipse pósuit in os ancíllæ tuæ ómnia verba hæc: ut vérterem figúram sermónis hujus, servus tuus Joab præcépit istud: tu autem, dómine mi rex, sápiens es sicut habet sapiéntiam Angelus Dei, ut intélligas ómnia super terram. Et ait rex ad Joab: Ecce placátus feci verbum tuum: vade ergo, & révoca púerum Absalom. Cadénsque Joab super fáciem suam in terram, adorávit, & benedíxit regi; & dixit Joab: Hódie intelléxit servus tuus, quia invéni grátiam in óculis tuis, dómine mi rex; fecísti enim sermónem servi tui. Surréxit ergo Joab, & ábiit in Gessur, & addúxit Absalom in Jerúsalem. Dixit autem

:vertátur in domum
k fáciem meam non
Revérsus est ítaque
n in domum suam,
n regis non vidit.
æc dicit, 230.

A N O N.

ncílio Tridentíno.
. *cap.* I. *de reform.*
.cclesiárum régimen
ıus quippe Angéli-
eris formidándum)
imè digni fúerint,
que prior vita ac
ætas à puerílibus
usque ad perfectió-
ıs per disciplínæ sti-
Ecclesiásticæ lauda-
.cta, testimónium
, secúndùm vene-
beatórum Patrum
es, assumántur.

A QUINTA.

› secúndo Regum.
. *c.* 14. 31. *ad fin.*
:xit Joab, & venit
Absalom in domum
:, & dixit: Quare
:runt servi tui sé-
eam igni? Et res-
bsalom ad Joab:
:e óbsecrans ut ve-
me, & mítterem
;em, & díceres ei:
eni de Gessur? mé-
: erat ibi esse: ób-
go ut vídeam fá-
is: quòd si memor
itátis meæ, inter-
:. Ingréssus ítaque
regem, nuntiávit
ı: vocatúsque est
Absalom & intrávit ad regem, & adorávit super fáciem terræ coram eo; osculatúsque est rex Absalom.

℟. Quare maledícit, 231.

Lectio ij. *c.* 15. I. *ad* 6.

IGitur post hæc fecit sibi Absalom currus, & équites, & quinquagínta viros qui præcéderent eum. Et manè consúrgens Absalom, stabat juxta intróitum portæ, & omnem virum, qui habébat negótium ut veníret ad regis judícium, vocábat Absalom ad se, & dicébat: De qua civitáte es tu? Qui respóndens aiébat: Ex una tribu Israël ego sum servus tuus. Respondebátque ei Absalom: Vidéntur mihi sermónes tui boni & justi; sed non est qui te aúdiat constitútus à rege. Dicebátque Absalom: Quis me constítuat júdicem super terram, ut ad me véniant omnes qui habent negótium, & justè júdicem? Sed & cùm accéderet ad eum homo ut salutáret illum, extendébat manum suam, & apprehéndens, osculabátur eum. Faciebátque hoc omni Israël veniénti ad judícium, ut audirétur à rege; & solicitábat corda virórum Israël.

℟. Dixit David, 231.

Lectio iij. *v.* 7. *ad* 14.

DIxit Absalom ad regem David: Vadam, & reddam vota mea quæ vovi Dómino in Hebron: Vo-

vens enim vovit ſervus tuus, cùm eſſet in Geſſur Syriæ, dicens: Si redúxerit me Dóminus in Jerúſalem, ſacrificábo Dómino. Dixítque ei rex David: Vade in pace. Et ſurréxit, & ábiit in Hebron. Miſit autem Abſalom exploratóres in univérſas tribus Iſraël, dicens: Statim ut audiéritis clangórem búccinæ, dícite: Regnávit Abſalom in Hebron. Porro cum Abſalom iérunt ducénti viri de Jerúſalem vocáti, eúntes símplici corde, & cauſam pénitus ignorántes. Accersívit quoque Abſalom Achítophel Gilonítem conſiliárium David, de civitáte ſua Gilo. Cùmque immoláret víctimas, facta eſt conjurátio válida; populúſque concúrrens augebátur cum Abſalom. Venit ígitur núntius ad David, dicens: Toto corde univérſus Iſraël ſéquitur Abſalom. Et ait David ſervis ſuis, qui erant cum eo in Jerúſalem: Súrgite, fugiámus.

℟. Appropinquavérunt, 232.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Seſſ. 24. cap. 1. de reform.

SAncta Synodus omnes & ſíngulos (qui ad promotiónem præficiendórũ quodcúmque jus habent) hortátur & monet ut in primis memínerint, nihil ſe ad Dei glóriam & populórum ſalútem utílius poſſe fácere, quàm ſi bonos Paſtóres, & Eccléſiæ gubernándæ idóneos promovéri ſtúdeant.

FERIA SEXTA.

De libro ſecúndo Regum

Lectio j.

c. 15. v. 17. 18. 23. 24. 25. 2

EGréſſus rex & omn Iſraël pédibus ſuis ſtetit procul à domo & univérſi ſervi ejus ambu lábant juxta eum, & legiónes Cérethi, & Phélethi, omnes Gethæi, pugnatóres válidi, ſexcénti viri qui ſe cúti eum fúerant de Get pédites, præcedébant regem... Omnéſque flebant voce magnâ, & univérſus pópulus transíbat: rex quoque transgrediebátur torréntem Cedron, & cunctus pópulus incedébat contra viam quæ réſpicit ad deſértum Venit autem & Sadoc ſacérdos, & univérſi Levítæ cum eo, portántes arcam fœderis Dei, & depoſuérunt arcam Dei: & aſcéndit Abíathar, donec explétus eſſet omnis pópulus qui egréſſus fúerat de civitáte. Et dixit rex ad Sadoc: Repórta arcam Dei in urbem ſi invénero grátiam in óculis Dómini, redúcet me, & oſténdet mihi eam, & tabernáculum ſuum: ſi autem díxerit mihi: Non places: præſtò ſum, fáciat quod bonum eſt coram ſe.

℟. Amóto Saül, 229.

ij. v. 27. ad 31.
: rex ad Sadoc sacer-
tem : O Videns, re-
in civitátem in pa-
ıchímaas filius tuus,
thas filius Abíathar,
i vestri sint vobís-
ecce ego abscóndar
éstribus desérti, do-
ıiat sermo à vobis
s mihi. Reportavé-
;o Sadoc, & Abía-
:am Dei in Jerúsa-
mansérunt ibi. Por-
'id ascendébat cli-
livárum, scandens
, nudis pédibus in-
, & opérto cápite :
omnis pópulus qui
n eo, opérto cápite
bat plorans. Nun-
est autem David,
Achítophel esset in
tióne cum Absalom;
: David : Infátua,
Dómine, consílium
ıhel.
ıuasi adeps, 230.
iij c. 16. 5. ad 12.
t ergo rex David us-
: Báhurim ; & ecce
bátur inde vir de co-
e domûs Saül, nó-
émeï, filius Gera;
bátque egrédiens, &
ébat, mittebátque
contra David, &
univérsos servos re-
rid. Omnis autem
;, & univérsi bella-
dextro & à sinístro
egis incedébant. Ita
loquebátur Séme
ledíceret regi : Egré-
dere, egrédere, vir sángui-
num, & vir Bélial : réddi-
dit tibi Dóminus univérsum
sánguinem domûs Saül :
quóniam invasísti regnum
pro eo, & dedit Dóminus
regnum in manu Absalom
filii tui; & ecce premunt te
mala tua, quóniam vir sán-
guinum es. Dixit autem
Abísaï filius Sárviæ, regi :
Quare maledícit canis hic
mórtuus dómino meo regi?
vadam, & amputábo caput
ejus : Et ait rex : Quid mihi
& vobis est, filii Sárviæ;
dimíttite eum, ut maledí-
cat : Dóminus enim præcé-
pit ei ut maledíceret David;
& quis est qui aúdeat díce-
re, quare sic fécerit? Et ait
rex Abísaï, & univérsis ser-
vis suis : Ecce filius meus
qui egréssus est de útero
meo, quærit ánimam meam;
quantò magis nunc filius Jé-
mini? dimíttite eum, ut ma-
ledícat juxta præcéptum Dó-
mini : si fortè respíciat Dó-
minus afflictiónem meam,
& reddat mihi Dóminus bo-
num pro maledictióne hac
hodiérna.

℟. Hæc dicit, 230.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 24. c. 1. de reform.

MOnet sancta Synodus omnes & síngulos qui ad promotiónem præficiendórum quodcúmque jus habent, aliénis peccátis communicántes mortáliter peccáre, nisi quos digniores &

Ecclésiæ magìs útiles ipsi judicáverint, non quidem précibus, vel humáno affféctu, aut ambiéntium suggestiónibus; sed eórum exigéntibus méritis, præfici diligénter curáverint.

SABBATO.

De libro secúndo Regum.

Lectio j. *c.* 18. 1. *ad* 7.

Consideráto David pópulo suo, constítuit super eos tribúnos & centuriónes; & dedit pópuli tértiam partem sub manu Joab, & tértiam partem sub manu Abísaï filii Sárviæ fratris Joab, & tértiam partem sub manu Ethaï qui erat de Geth; dixítque rex ad pópulum: Egrédiar & ego vobíscum. Et respóndit pópulus: Non exíbis; sive enim fugérimus, non magnópere ad eos de nobis pertinébit; sive média pars cecíderit è nobis, non satìs curábunt; quia tu unus pro decem míllibus computáris: mélius est ígitur ut sis nobis in urbe præsídio. Ad quos rex ait: Quod vobis vidétur rectum, hoc fáciam. Stetit ergo rex juxta portam; egrediebatúrque pópulus per turmas suas, centéni & milléni. Et præcépit rex Joab, & Abísaï, & Ethaï, dicens: Serváte mihi púerum Absalom. Et omnis pópulus audiébat præcipiéntem regem cunctis princípibus pro Absalom. Itaque egréssus est pópulus in campum contra Israël, & factum est prælium in saltu Ephraïm. Et cæsus est ibi pópulus Israël ab exércitu David.

Si fiat de Sabbato, ℟℟℟. *sumentur ex II. Nocturni Dominicæ IV.* 229.

Lectio ij. *v.* 9. *ad* 15.

Accidit autem ut occúrreret Absalom servis David, sedens mulo: cùmque ingréssus fuísset mulus subter condénsam quercum & magnam, adhæsit caput ejus quercui; & illo suspénso inter cœlum & terram, mulus cui inséderat, pertransívit. Vidit autem hoc quíspiam, & nuntiávit Joab, dicens: Vidi Absalom pendére de quercu. Et ait Joab viro qui nuntiáverat ei: Si vidisti, quare non confodísti eum cum terra, & ego dedíssem tibi decem argénteos siclos, & unum bálteum? Qui dixit ad Joab: Si appénderes in mánibus meis mille argénteos, nequáquam mítterem manum meam in filium regis: audiéntibus enim nobis præcépit rex tibi & Abísaï, & Ethaï, dicens: Custodíte mihi púerum Absalom. Sed & si fecíssem contra ánimam meam audácter, nequáquam hoc regem latére potuísset; & tu stares ex advérso? Et ait Joab: Non sicut tu vis, sed ag

grédiar eum coram te. Tulit ergo tres lánceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom; cùmque adhuc palpitáret hærens in quercu, cucurrérunt decem júvenes armígeri Joab, & percutiéntes interfecérunt eum.

Lectio iij. *v.* 31. *ad fin.*

APpáruit Chusi, & véniens ait: Bonum appórto núntium, dómine mi rex; judicávit enim pro te Dóminus hódie de manu ómnium qui surrexérunt contra te. Dixit autem rex ad Chusi: Estne pax púero Absalom? Cui respóndens Chusi: Fiant, inquit, sicut puer, inimíci dómini mei regis, & univérsi qui consúrgunt advérsùs eum in malum. Contristátus ítaque rex, ascéndit cœnáculum portæ, & flevit; & sic loquebátur, vadens: Fili mi Absalom, Absalom fili mi: quis mihi tríbuat ut ego móriar pro te, Absalom fili mi, fili mi Absalom?

CANON.

Ex Concílio * Tridentíno, & ** Albiénsi.

* *An.* 1563. *Sess.* 24 *de reform. cap.* 12. ** *An.* 1254. *can.* 56.

IN Ecclésiis præsértim Cathedrálibus..... nemo ad dignitátes quascúmque, quibus animárum cura subest, promoveátur, nisi qui doctrínâ ad suum munus exequéndum necessáriâ ac morum integritáte commendétur.... Omnia Ecclesiástica bona persónis idóneis & statúto à Canónibus témpore conferántur, nullo præcépto vel promísso, remótis omni conditióne & pacto.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *F.* Sálomon fili, scito Deum patris tui, & servíto ei corde perfécto, & ánimo voluntário: ómnia enim corda scrutátur Dóminus. 1. *Par.* 28. 9.

Oratio, Deus virtútum, *infrà ad Laudes.*

DOMINICA VI. *post Pentecosten.*

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber tértius Regum.

Lectio j.

c. 1. *v.* 1. & *v.* 5. *ad* 8.

REx David senúerat, habebátque ætátis plúrimos dies... Adónias autem fílius Haggith elevabátur dicens: Ego regnábo. Fecítque sibi currus & équites, & quinquagínta viros, qui cúrrerent ante eum. Nec corrípuit eum pater suus aliquándo, dicens: Quare hoc fecísti? Erat autem & ipse pulcher valde, secúndus natu post Absalom. Et sermo ei cum Joab fílio Sárviæ, & cum Abíathar sacerdóte, qui adjuvábant partes Adóniæ. Sadoc verò sacérdos & Banáïas fílius Joíadæ, & Nathan prophéta, & Séméï & Reï,

& robur exércitûs David non erat cum Adónia.

℟. Dixit Dóminus Salomóni: Quia non petísti tibi dies multos, nec divítias, sed postulásti tibi sapiéntiam: * Ecce dedi tibi cor sápiens & intélligens: sed & hæc quæ non postulásti dedi tibi; divítias scílicet & glóriam. 3. *Reg.* 3. 11. 12. 13. ℣. Potens est Deus ómnia fácere superabundánter quàm pétimus. *Ephes.* 3. 20. * Ecce.

Lectio ij. *v.* 32. *ad* 35.

DIxit rex David: Vocáte mihi Sadoc sacerdótem, & Nathan prophétam, & Banáïam filium Joíadæ. Qui cùm ingréssi fuíssent coram rege, dixit ad eos: Tóllite vobíscum servos dómini vestri, & impónite Salomónem filium meum super mulam meam, & dúcite eum in Gihon; & ungat eum ibi Sadoc sacérdos, & Nathan prophéta, in regem super Israël; & canétis búccinâ, atque dicétis: Vivat rex Sálomon. Et ascendétis post eum, & véniet, & sedébit super sólium meum, & ipse regnábit pro me: illique præcípiam ut sit dux super Israël, & super Judam.

℟. Duæ mulíeres contendébant coram Salomóne. Audívit omnis Israël judícium quod judicásset rex, & * Timuérunt regem, vidéntes sapiéntiam Dei esse in eo. 3. *Reg.* 3. 22. ℣. Si quis índiget sapiéntiâ, postulet à Deo qui dat ómnibus affluénter; & dábitur ei. *Jac.* 1. 5. * Timuérunt.

Lectio iij. *v.* 36. *ad* 39.

ET respóndit Banáïas fílius Joíadæ, regi, dicens: Amen: sic loquátur Dóminus Deus dómini mei regis: Quómodo fuit Dóminus cum dómino meo rege, sic sit cum Salomóne, & sublímius fáciat sólium ejus à sólio dómini mei regis David. Descéndit ergo Sadoc sacérdos, & Nathan prophéta, & Banáïas fílius Joíadæ, & Cérethi, & Phélethi; & imposuérunt Salomónem super mulam regis David, & adduxérunt eum in Gihon. Sumpsítque Sadoc sacérdos cornu ólei de tabernáculo, & unxit Salomónem: & cecidérunt búccinâ, & dixit omnis pópulus: Vivat Rex Sálomon.

℟. Regína Saba, audítâ famâ Salomónis in nómine Dómini, venit tentáre eum in ænigmátibus; & dócuit eam ómnia verba quæ proposúerat. * Videns autem omnem sapiéntiam ejus, non habébat ultrà spíritum. 3. *Reg.* 10. ℣. 3. 4. 5. ℣. Regína Austri venit à fínibus terræ audíre sapiéntiam Salomónis. *Luc.* 11. 31. * Videns. Glória Patri. * Videns.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro sancti Augustini Episcopi de Civitáte Dei.

Lectio iv.

Lib. 17. *c.* 8. §. 1.

CUm regi David multa próspera provenissent, cogitávit fácere Deo domum, templum illud scílicet excellentíssimè diffamátum, quod à rege Salomóne filio ejus póstea fabricátum est. Hoc eo cogitánte, factum est verbum Dómini ad Nathan prophétam, quod perférret ad regem. Ubi cùm Deus dixisset, quòd non ab ipso David sibi ædificarétur domus, neque per tantum tempus se mandásse cuíquam in pópulo suo, ut sibi fieret domus cédrina: [Et nunc,] inquit, [hæc dices servo meo David: Hæc dicit Dóminus omnípotens: Suscitábo semen tuum post te, qui erit de ventre tuo, & præparábo regnum ejus. Hic ædificábit mihi domum nómini meo, & dírigam thronum illíus usque in ætérnum.]

℟. Certè in géntibus multis non erat rex símilis Salomóni: * Diléctus Deo suo erat; & ipsum duxérunt ad peccátum mulíeres alienígenæ. 2. *Esdr.* 13. 26. ℣. Hæc scripta sunt ad correptiónem nostram: ítaque qui se exístimat stare, vídeat ne cadat. 1. *Cor.* 10. 11. 12. * Diléctus.

Lectio v. §. 2.

HAnc tam grandem promissiónem qui putat in Salomóne fuísse complétam, multùm errat. Atténdit enim quod dictum est, [Hic ædificábit mihi domum;] quóniam Sálomon templum illud nóbile extrúxit: & non atténdit, [Fidélis erit domus ejus, & regnum ejus usque in ætérnum coram me.] Atténdat ergo & aspíciat Salomónis domum plenam mulíeribus alienígenis coléntibus Deos falsos, & ipsum ab eis regem aliquándo sapiéntem in eámdem idololatríam sedúctum atque dejéctum: & non aúdeat exístimáre Deum, vel hoc promisísse mendáciter, vel talem Salomónem domúmque ejus futúram non potuísse præscíre. Non hinc autem deberémus ambígere, nec si non in Christo Dómino nostro, qui factus est ex fémine David secúndùm carnem, jam viderémus ista compléri; ne vanè atque inániter hìc álium áliquem requirámus, sicut carnáles Judæi.

℟. Oculi Dómini contemplántur univérsam terram, * Et præbent fortitúdinem his qui corde perfécto credunt in eum. 2. *Par.* 16. 9. ℣. Oculi Dómini super justos, & aures ejus in preces eórum. 1. *Petr.* 3. 12. * Et præbent.

Lectio vj. *Post pauca.*

FActa est quidem nonnúlla imágo rei futúræ étiam in Salomóne, in eo quòd templum ædificávit, & pacem hábuit secúndùm nomen suum, (Sálomon quippe pacíficus est Latínè) & in exórdio regni sui mirabíliter laudábilis fuit: sed eádem suâ persónâ per umbram futúri prænuntiábat étiam ipse Christum Dóminum nostrum, non exhibébat. Unde quædam de illo ita scripta sunt, quasi de ipso ista prædícta sint, dum Scriptúra sancta étiam rebus gestis prophétans, quodámmodo in eo figúram delíneat futurórum.

℟. Præcípiens Jósaphat júdicibus: Vidéte, ait, quid faciátis; * Non enim hóminis exercétis judícium, sed Dómini: † Sit timor Dómini vobíscum. 2. *Par.* 19. 6. 7. ℣. Si persónas accípitis, peccátum operámini, redargúti à lege quasi transgressóres. *Jac.* 2. 9. * Non enim. Glória Patri. † Sit timor.

IN III. NOCTURNO.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Marcum.

Lectio vij. *c.* 8. 1. *ad* 9.

IN diébus illis; Cùm turba multa esset (cum Jesu,) nec habérent quod manducárent, convocátis discípulis, ait illis: Miséreor super turbam, quia ecce jam tríduo sustinent me, nec habent quod mandúcent. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Epíscopi.

Expos. Evang. sec. Luc. lib. 6. §. 69.

POstéaquam illa quæ Ecclésiæ typum accépit, à fluxu curáta est sánguinis; postéaquam Apóstoli ad evangelizándum regnum Dei sunt destináti, grátiæ cœléstis impartítur aliméntum. Sed quibus impartiátur, advérte. Non otiósis, non in civitáte quasi in synagóga, vel seculári dignitáte residéntibus, sed inter desérta quæréntibus Christum; qui enim non fastídiunt, ipsi excipiúntur à Christo, & cum ipsis lóquitur Dei Verbum non de seculáribus, sed de regno Dei. Et si qui corporális gerunt úlcera passiónis, his medicínam suam libénter indúlget.

℟. Cùm turba multa esset (cum Jesu,) nec habérent quod manducárent; discípulis * Ait: Miséreor super turbam, quia ecce jam tríduo sustinent me, nec habent quod mandúcent. *Marc.* 8. 1. 2. ℣. Oculi Dómini super metuéntes eum, ut alat eos in fame. *Ps.* 32. 18. 19. * Ait.

Lectio viij. §. 70.

COnsequens ígitur erat, ut quos à vúlnerum dolóre sanáverat, eos alimóniis spiritálibus à jejúnio

liberáret. Itaque nemo cibum áccipit Christi, nisi fúerit antè sanátus. Et illi qui vocántur ad cœnam, priùs vocándo sanántur. Si claudus fuit, gradiéndi facultátem ut veníret, accépit. Si lúmine oculórum privátus erat, domum útique Dómini, nisi refúsâ luce, intráre non pótuit.

℟. Interrogávit discípulos: Quot panes habétis? Dixérunt: Septem. Accípiens septem panes, grátias agens fregit, * Et dabat discípulis suis ut appónerent. *Marc.* 8. 5. 6. ℣. Dicit Dóminus: Cómedent, & supérerit. 4. *Reg.* 4. 43. * Et dabat.

Lectio ix. §. 71.

UBique ígitur mystérii ordo servátur; ut priùs per remissiónem peccatórum vulnéribus medicína tribuátur, póstea alimónia mensæ cœléstis exúberet: quanquam nondum validióribus hæc turba reficiátur aliméntis, neque Christi córpore & sánguine jejúna solidióris fidei corda pascántur. [Lacte,] inquit, [vos potávi, non escâ; nondum enim poterátis, sed nec adhuc quidem potéstis.] In modum lactis quinque sunt panes. Esca autem solídior, corpus est Christi; potus veheméntior, sanguis est Dómini.

℟. Jacta super Dóminum curam tuam, & * Ipse te enútriet: † Non dabit in ætérnum fluctuatiónem justo. *Ps.* 54. 25. ℣. Sint mores sine avarítia; ipse enim dixit: Non te déseram, neque derelinquam. *Hebr.* 13. 5. * Ipse. Glória. † Non dabit.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. a. Præcépit Jesus turbæ discúmbere super terram; & manducavérunt, & saturáti sunt. *Marc.* 8. 6. 8.

Oratio. Orémus.

DEus virtútum, cujus est totum quod est óptimum; ínsere pectóribus nostris amórem tui nóminis, & præsta in nobis religiónis augméntum: ut quæ sunt bona, nútrias; ac, pietátis stúdio, quæ sunt nutríta, custódias; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Cloveshoviénsi secúndo.

An. 747. *can.* 14.

DOmínicus dies legítimâ veneratióne à cunctis celebrétur; sitque divíno tantùm cúltui dedicátus; omnésque Abbátes ac Presbyteri ipso sacratíssimo die in suis Monastériis atque Ecclésiis máneant.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. a. Sustulérunt quod superáverat de fragméntis septem sportas: erant autem qui manducáverant quasi quátuor míllia; & dimísit eos. *Marc.* 8. 8. 9.

FERIA SECUNDA.
De libro tértio Regum.
Lectio j.
c. 2. 1. *ad* 4. & 10. *ad* 11.

APpropinquavérũt dies David ut morerétur, præcepítque Salomóni fílio suo, dicens: Ego ingrédior viam univérsæ terræ: confortáre, & esto vir. Et obsérva custódias Dómini Dei tui, ut ámbules in viis ejus, ut custódias cæremónias ejus, & præcépta ejus, & judícia, & testimónia, sicut scriptum est in lege Móysi; ut intélligas univérsa quæ facis, & quocúmque te vérteris; ut confírmet Dóminus sermónes suos quos locútus est de me, dicens: Si custodíerint fílii tui vias suas, & ambuláverint coram me in veritáte, in omni corde suo, & in omni ánima sua, non auferétur tibi vir de sólio Israël... Dormívit ígitur David cum pátribus suis, & sepúltus est in civitáte David. Dies autem quibus regnávit David super Israël, quadragínta anni sunt: in Hebron regnávit septem annis, in Jerúsalem trigínta tribus.

℟. Dixit Dóminus, 254.
Lectio ij. *c.* 3. 5. *ad* 9.

APpáruit autẽ Dóminus Salomóni per sómnium nocte, dicens: Póstula quod vis ut dem tibi. Et ait Sálomon: Tu fecísti cum servo tuo David patre meo misericórdiam magnam, sicut ambulávit in conspéctu tuo in veritáte, & justítia, & recto corde tecum; custodísti ei misericórdiam tuam grandem, & dedísti ei fílium sedéntem super thronum ejus, sicut est hódie. Et nunc, Dómine Deus, tu regnáre fecísti servum tuum pro David patre meo; ego autem sum puer párvulus, & ignórans egréssum, & introítum meum; & servus tuus in médio est pópuli quem elegísti, pópuli infiníti, qui numerári & supputári non potest præ multitúdine. Dabis ergo servo tuo cor dócile, ut pópulum tuum judicáre possit, & discérnere inter bonum & malum: quis enim póterit judicáre pópulum istum, pópulum tuum hunc multum?

℟. Duæ mulíeres, 254.
Lectio iij. *v.* 10. *ad* 14.

PLácuit ergo sermo coram Dómino, quòd Sálomon postulásset hujuscémodi rem. Et dixit Dóminus Salomóni: Quia postulásti verbum hoc, & non petísti tibi dies multos, nec divítias, aut ánimas inimicórum tuórum, sed postulásti tibi sapiéntiam ad discernéndum judícium; ecce feci tibi secúndùm sermónes tuos, & dedi tibi cor sápiens & intélligens, in

tantum ut nullus ante te símilis tuî fúerit, nec post te surrectúrus sit. Sed & hæc, quæ non postulásti, dedi tibi; divítias scílicet & glóriam, ut nemo fúerit símilis tuî in régibus, cunctis retro diébus: si autem ambuláveris in viis meis, & custodíeris præcépta mea, & mandáta mea, sicut ambulávit pater tuus, longos fáciam dies tuos.

℟. Regína Saba, 254.

CANON.

Ex Concílio Carthaginénsi quarto.

An. 398. *can.* 34.

EPíscopus quólibet loco sedens, stare Presbyterum non patiátur.

FERIA TERTIA.

De libro tértio Regum.

Lectio j. *c.* 5. 2. *ad* 6.

MIsit Sálomon ad Hiram, dicens: Tu scis voluntátem David patris mei, & quia non potúerit ædificáre domum nómini Dómini Dei sui propter bella imminéntia per circúitum, donec daret Dóminus eos sub vestígio pedum ejus. Nunc autem réquiem dedit Dóminus Deus meus mihi per circúitum, & non est satan neque occúrsus malus: quamóbrem cógito ædificáre templum nómini Dómini Dei mei, sicut locútus est Dóminus David patri meo, dicens: Fílius tuus quem dabo pro te super sólium tuum, ipse ædificábit domum nómini meo. Præcipe ígitur ut præcídant mihi servi tui cedros de Líbano, & servi mei sint cum servis tuis; mercédem autem servórum tuórum dabo tibi quamcúmque petíeris; scis enim quómodo non est in pópulo meo vir qui nóverit ligna cædere sicut Sidónii.

℟. Certè in géntibus, 255.

Lectio ij. *v.* 12. *ad* 16.

DEdit Dóminus sapiéntiam Salomóni, sicut locútus est ei: & erat pax inter Hiram & Salomónem, & percussérunt ambo fœdus. Elegítque rex Sálomon operários de omni Israël, & erat indíctio trigínta míllia virórum: mittebátque eos in Líbanum, decem míllia per menses síngulos vicíssim, ita ut duóbus ménsibus essent in dómibus suis; & Adóniram erat super hujuscémodi indictióne. Fuerúntque Salomóni septuagínta míllia eórum qui ónera portábant, & octogínta míllia latomórum in monte; absque præpósitis qui præerant síngulis opéribus, número trium míllium & trecentórum præcipiéntium pópulo, & his qui faciébant opus.

℟. Oculi Dómini, 255.

Lectio iij.

c. 7. 51. *ad fin.* & *c.* 8. 1. *ad* 6.

ET perfécit omne opus quod faciébat Salomon in domo Dómini; & íntulit quæ sanctificáverat David pater suus, argéntum & aurum, & vasa; reposuítque in thesáuris domûs Dómini. Tunc congregáti sunt omnes majóres natu Israël cum princípibus tribuum, & duces familiárum filiórum Israël ad regem Salomonem in Jerúsalem, ut deférrent arcam fœ́deris Dómini, de civitáte David, id est, de Sion. Convenítque ad regem Salomónem univérsus Israël in mense Ethanim, in solémni die, ipse est mensis séptimus. Venerúntque cuncti senes de Israël, & tulérunt arcam sacerdótes, & portavérunt arcam Dómini, & tabernáculum fœ́deris, & ómnia vasa Sanctuárii quæ erant in tabernáculo: & ferébant ea Sacerdótes & Levítæ. Rex autem Salomon, & omnis multitúdo Israël quæ convénerat ad eum, gradiebátur cum illo ante arcam; & immolábant oves & boves absque æstimatióne & número. Et intulérunt sacerdótes arcam fœ́deris Dómini in locum suum, in oráculum Templi, in Sanctum Sanctórum, subter alas Chérubim.

℟. Præcipiens, 256.

C A N O N.

Ex Concílio Carthaginénsi quarto.

An. 398. *can.* 35.

EPíscopus in Ecclésia & in conséssu Presbyterórum sublímior sédeat: intrà domum verò collégam se Presbyterórum esse cognóscat.

FERIA QUARTA.

De libro tértio Regum.

Lectio j. *c.* 9. 1. *ad.* 5.

FActum est cùm perfecísset Sálomon ædifícium domûs Dómini, & ædifícium regis, & omne quod optáverat & volúerat fácere, appáruit ei Dóminus secúndò, sicut apparúerat ei in Gábaon. Dixítque Dóminus ad eum: Exaudívi oratiónem tuam & deprecatiónem tuam, quam deprecátus es coram me: sanctificávi domum hanc quam ædificásti, ut pónerem nomen meum ibi in sempitérnum; & erunt óculi mei & cor meum ibi cunctis diébus. Tu quoque si ambuláveris coram me, sicut ambulávit pater tuus, in simplicitáte cordis, & in æquitáte, & féceris ómnia quæ præcépi tibi, & legítima mea, & judícia mea servavéris: ponam thronum regni tui super Israël in sempitérnum, sicut locútus sum David patri tuo, di-

Non auferétur vir de
: tuo de sólio Israël.
Dixit Dóminus, 254.
o ij. c. 10. 1. ad 5.
gína Saba, auditâ fa-
ià Salomónis in nó-
Dómini, venit tentá-
n in ænigmátibus. Et
sa Jerúsalem multo
:omitátu, & divítiis,
is portántibus aróma-
aurum infinítum ni-
& gemmas pretiósas,
ad regem Salomó-
& locúta est ei uni-
quæ habébat in corde
Et dócuit eam Sálo-
omnia verba quæ pro-
rat. Non fuit sermo
:gem posset latére, &
esponderet ei. Videns
. Regína Saba omnem
itiam Salomónis, &
m quam ædificáverat,
os mensæ ejus, & ha-
la servórum, & ór-
ninistrántium, vestés-
órum, & pincérnas,
ocaústa quæ offerébat
mo Dómini; non ha-
ultrà spíritum.
Duæ mulieres, 254.
o iij. v. 6. ad 10.
citque ad regem: Ve-
ıs est sermo quem au-
in terra mea, super
nibus tuis, & super
itia tua; & non credé-
narrántibus mihi, do-
sa veni, & vidi ócu-
is, & probávi quòd
pars mihi nuntiáta
fúerit: major est sa-
a & ópera tua, quàm

rumor quem audivi. Beáti viri tui, & beáti servi tui qui stant coram te semper, & aúdiunt sapiéntiam tuam. Sit Dóminus Deus tuus benedíctus, cui complacuísti, & pósuit te super thronum Israël, eò quòd diléxerit Dóminus Israël in sempitérnum, & constituit te regem, ut fáceres judícium & justítiam. Dedit ergo centum vigínti taléntca auri, & arómata multa nimis, & gemmas pretiósas.

℟. Regína Saba, 254.

CANON.

Ex Régula Pastorális sancti Gregórii Papæ.

An. 590. part. 2. cap. 6.

Summus locus bene régitur, cùm is qui præest, vítiis pótius quàm frátribus dominátur. Miscénda est lénitas cum severitáte, ut neque multâ asperitáte exulceréntur súbditi, neque nímiâ benignitáte solvántur. Sit ítaque amor, sed non emólliens: sit vigor, sed non exásperans: sit zelus, sed non immoderátè sæviens: sit píetas, sed, non, plusquam expédiat, parcens.

FERIA QUINTA.

De libro tértio Regum.

Lectio j.

c. 11. 1. ad 2. & 4. ad 6.

Rex Sálomon adamávit mulíeres alienígenas multas, filiam quoque Pharaónis, & Moabí-

David, si ascénderit pópulus iste ut fáciat sacrifícia in domo Dómini in Jerúsalem: & convertétur cor pópuli hujus ad dóminum suum Róboam regem Juda, interficiéntque me, & reverténtur ad eum. Et excogitáto consílio fecit duos vítulos aúreos, & dixit eis: Nolíte ultrà ascéndere in Jerúsalem: ecce dii tui, Israël, qui te eduxérunt de terra Ægypti. Posuítque unum in Bethel, & álterum in Dan: & factum est verbum hoc in peccátum; ibat enim pópulus ad adorándum vítulum usque in Dan. Et fecit fana in excélsis, & sacerdótes de extrémis pópuli, qui non erant de fíliis Levi. Constituítque diem solémnem in mense octávo, quintâ décimâ die mensis, in similitúdinem solemnitátis quæ celebrabátur in Juda.

℟. Regína Saba, 254.

CANON.

Ex Concílio Mediolanénsi quarto.

An. 1576. *p.* 3. *tit.* 1. *de Episc.*

FAmília Episcopórum, Ecclésiæ sumptibus sustentáta, in domibúsque ministrórum Dei educáta, céteris propósita esse debet, ad imitatiónem Christianárum virtútum: quamóbrem ejúsmodi sit, quæ prælúceat vitæ & morum exémplis.

SABBAT

De libro tértio Re

Lectio j. *c.* 18. 20.

MIsit Achab ad fílios Israël, gregávit pro in monte Carméli: dens autem Elías ad pópulum, ait: Us claudicátis in duas si Dóminus est Deus, mini eum; si autem sequímini illum. E respóndit ei pópulu bum. Et ait rursus ad pópulum; Ego r prophéta Dómini prophétæ autem Baa dringénti & quinqu viri sunt. Dentur nol boves, & illi éliga bovem unum; & in cædéntes, ponant s gna, ignem autem n pónant: & ego fácia vem álterum, & im super ligna, ignem non suppónam: in nómina deórum vestr & ego invocábo nom mini mei; & Deus exaudíerit per ignem sit Deus. Respónden nis pópulus, ait: O propositio.

Si fiat de Sabbato, *sumentur ex II. No* *Dominicæ præcedenti*

Lectio ij. *v.* 25. *a*

DIxit ergo Elías pr tis Baal: Elígite bovem unum, & fáci

ï vos plures estis; &
: nómina deórum
m, ignémque non
tis. Qui cùm tulíf-
rem quem déderat
érunt: & invocá-
men Baal de mane
l merídiem, dicén-
al, exaúdi nos. Et
t vox, nec qui resf-
t: transiliebántque
uod fécerant. Cùm-
t jam merídies, illu-
lis Elías, dicens:
: voce majóre; Deus
:, & fórsitan lóqui-
: in diversório est,
itínere, aut certè
, ut excitétur. Cla-
ergo voce magnâ,
ebant se juxta ritum
altris & lancéolis,
erfunderéntur sán-

iij. *v.* 36. *ad* 40.
que jam tempus ef-
ut offerrétur holo-
a, accédens Elías
a, ait, Dómine
braham, & Isaac,
el, osténde hódie
es Deus Israël, &
vus tuus, & juxta
um tuum feci óm-
a hæc. Exaúdi me,
e, exáudi me; ut
pópulus iste quia tu
inus Deus, & tu con-
cor eórum íterum.
autem ignis Dómi-
orávit holocaústum,
a, & lápides, púlve-
que; & aquam quæ
aquædúctu lambens.
s Æstiva.

Quod cùm vidísset omnis pópulus, cécidit in fáciem suam, & ait: Dóminus ipse est Deus, Dóminus ipse est Deus.

CANON.

Ex Concílio Mediolanénsi quarto.

An 1576. *part.* 3. *tit.* 1. *de Episcopis.*

QUo loco doméstici & éxteri domi ante cubículum Epíscopi convéniunt; eo loco liber aut de vitis Sanctórum, aut spirituális vitæ exercitatiónibus conscríptus, in mensa sit; ut qui convéniunt, lectióni incúmbere possint, nec verò inánibus confabulatiónibus se dedant.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. f. Fílii prophetárum dixérunt: Requiévit spíritus Elíæ super Eliséum. Et veniéntes in occúrsum ejus, adoravérunt eum proni in terram. 4. *Reg.* 2. 15.

Oratio, Deus, cujus, *infrà in Laudibus.*

DOMINICA VII.

post Pentecosten.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber quartus Regum.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 4.

PRævaricátus est Moab in Israël, postquam mórtuus est Achab. Cecidítque Ochózias per cancéllos cœnáculi sui, quod habébat in Samaría, &

ægrotávit: misítque núntios, dicens ad eos: Ite, consúlite Beélzebub deum Accaron, utrùm vívere queam de infirmitáte mea hac. Angelus autem Dómini locútus est ad Elíam Thesbiten, dicens: Surge, & ascénde in occúrsum nuntiórum regis Samariæ, & dices ad eos: Numquid non est Deus in Israël, ut eátis ad consuléndum Beélzebub deum Accaron? quamóbrē hæc dicit Dóminus: De léctulo super quem ascendísti, non descéndes; sed morte moriéris.

℟. Surréxit Elías prophéta quasi ignis, & verbum ipsíus quasi fácula ardébat; * Verbo Dómini contínuit cœlum. *Eccli.* 48. 1. 3. ℣. Orávit ut non plúeret, & non pluit; & rursum orávit, & cœlum dedit plúviam. *Jac.* 5. 17. 18. * Verbo.

Lectio ij. *v.* 4. *ad* 10.

ET ábiit Elías: reversíque sunt núntii ad Ochóziā. Qui dixit eis: Quare revérsi estis? At illi respondérunt ei: Vir occúrrit nobis, & dixit ad nos: Ite, & revertímini ad regem qui misit vos, & dicétis ei; Hæc dicit Dóminus: Numquid, quia non erat Deus in Israël, mittis ut consulátur Beélzebub deus Accaron? idcírco de léctulo super quem ascendísti, non descéndes; sed morte moriéris. Qui dixit eis: Cujus figúræ & hábitûs est vir ille qui occúrrit vobis, & locútus est verba hæc? At illi dixérunt: Vir pilósus, & zonâ pellíceâ accínctus rénibus. Qui ait: Elías Thesbítes est. Misítque ad eum quinquagenárium príncipem, & quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascéndit ad eum; sedentíque in vértice montis, ait: Homo Dei, rex præcépit ut descéndas. Respondénsque Elías, dixit quinquagenário: Si homo Dei sum, descéndat ignis de cœlo, & dévoret te & quinquaginta tuos. Descéndit ítaque ignis de cœlo, & devorávit eum, & quinquagínta qui erant cum eo.

℟. Accédens Elías ad pópulum ait: Usquequo claudicátis in duas partes? * Si Dóminus est Deus, sequímini eum. 3. *Reg.* 18. 21. ℣. Nemo potest duobus dóminis servire. *Matt.* 6. 24. * Si Dóminus est Deus.

Lectio iij. *v.* 11. *ad* 15.

RUrsúmque misit ad eum, príncipem quinquagenárium álterum, & quinquaginta cum eo. Qui locútus est illi: Homo Dei, hæc dicit rex: Festína, descénde. Respóndens Elías ait: Si homo Dei ego sum, descéndat ignis de cœlo, & dévoret te, & quinquaginta tuos. Descéndit ergo ignis de cœlo, & devorávit illum, & quinquaginta ejus.

Iterum misit príncipem quinquagenárium tértium, & quinquagínta qui erant cum eo. Qui cùm veníſſet, curvávit génua contra Eliã, & precátus eſt eum, & ait: Homo Dei, noli deſpícere ánimam meam, & ánimas ſervórum tuórum qui mecum ſunt. Ecce deſcéndit ignis de cœlo, & devorávit duos príncipes quinquagenários primos, & quinquagénos, qui cum eis erant; ſed nunc óbſecro ut miſereáris ánimæ meæ. Locútus eſt autem Angelus Dómini ad Elíam, dicens: Deſcénde cum eo, ne tímeas. Surréxit ígitur, & deſcéndit cum eo ad regem.

℟. Amplificátus eſt Elías in mirabílibus ſuis, * In túrbine tectus eſt, & in Eliſéo complétus eſt ſpíritus ejus: † Poténtiâ nemo vicit illum. *Eccli.* 48. 4. 13. ℣. Tránſtulit illum Deus; ante translatiónem enim teſtimónium hábuit placuíſſe Deo. *Hebr.* 11. 5. * In túrbine. Glória. † Poténtiâ.

IN II. NOCTURNO.

Ex libris Morálium ſancti Gregórii Papæ.

Lectio iv. *Lib.* 19. *cap.* 5.

SAncti ipſi qui, ſancto ſublevánte Spíritu, ad ſumma rapiúntur, quámdiu in hac vita ſunt, ne áliquâ elatióne ſupérbiant, quibúſdam tentatiónibus reprimúntur: ut nequáquam tantùm perfícere váleant, quantùm volunt; ſed ne extollántur ſupérbiâ, fit in eis ipsárum quædam menſúra virtútum. Hinc eſt enim quòd Elías dum tot virtútibus in alta profecíſſet, quâdam menſúrâ ſuſpénſus eſt, dum Jézabel póſtmodum quamvis regínam, tamen muliérculam fugit.

℟. Dejécit caſtra Aſſyriórum Angelus Dómini, nam * Fecit Ezechías quod plácuit Deo, & fórtiter ivit in via quam mandávit illi Iſaías; in diébus ejus retro rédiit ſol, & áddidit regi vitam. *Eccli.* 48. 24. 25. 26. ℣. Pietas ad ómnia útilis eſt, promiſſiónem habens vitæ quæ nunc eſt, & futúræ. 1. *Tim.* 4. 8. * Fecit.

Lectio v.

PErpéndo ígitur hunc miræ virtútis virũ, ignem de cœlo tráhere, & ſecúndò quinquagenários cum ſuis ómnibus, petitióne ſúbitâ concremáre, verbo cœlos à plúviis claúdere, verbo cœlos ad plúvias aperíre, ſuſcitántem mórtuos, ventúra quoque prævidéntem: & ecce rurſus ánimo occúrrit, quo pavóre ante unam muliérculam fúgerit. Consídero virum timóre percúlſum, de manu Dei mortem pétere, nec accípere: de manu mulíeris mortem fugiéndo vitáre.

℟. Poſtquam coanguſtátus eſt Manáſſes, * Orávit Dóminum, & egit pœni-

téntiam valde coram Deo; & exaudívit oratiónem ejus, reduxítque eum in regnum suum. 2. Par. 33. 12. 13. ℣. Quæ secúndùm Deum tristítia est, pœniténtiam in salútem stábilem operátur. 2. Cor. 7. 10. * Orávit.

Lectio vj.

QUærébat enim mortem dum fúgeret, dicens: [Súfficit mihi, tolle ánimam meam: neque enim mélior sum quàm patres mei.] Unde ergo sic potens, ut tot illas virtútes fáciat? Unde sic infirmus, ut ita féminam pertiméscat: nisi quia aquæ appendúntur mensúrâ: ut ipsi sancti Dei hómines, & multùm váleant per poténtiam Dei, & rursum quâdam mensúrâ moderáti sint per infirmitátem suam? In illis virtútibus Elías, quid de Deo accéperat; in istis infirmitátibus quid de se esse póterat, agnoscébat; in illa poténtia, virtus fuit; in ista, infirmitas custos virtútis. In illis virtútibus, ostendébat quid accéperat; in istis infirmitátibus, hoc quod accéperat, custodiébat. In miráculis monstrabátur Elías, in infirmitátibus servabátur.

℟. Memória Josíæ in omni ore quasi mel; ipse est diréctus divínitus in pœniténtiam gentis, * Tulit abominatiónes impietátis, & in diébus peccatórum corroborávit pietátem. Eccli. 49. 1. 2. 3. 4. ℣. Qui convérti fécerit peccatórem ab erróre viæ suæ, salvábit ánimam ejus à morte. Jac. 5. 20. * Tulit. Glória. * Tulit.

IN III. NOCTURNO.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 7. 15. *ad* 21.

IN illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis: Atténdite à falsis prophétis qui véniunt ad vos in vestiméntis óvium, intrínsecùs autem sunt lupi rapáces: à frúctibus eórum cognoscétis eos. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Epíscopi.

In Psalm. 118. *Serm.* 12.

NOn quicúmque dicit mihi: Dómine, Dómine, intrábit in regnum cœlórum.] Non quicúmque dicit mihi: Tuus sum, meus est. Meus planè es, si sermónem tuum ánimus aut ópera non refútent. Sed quómodo meus est, si mihi dicat verbo: Tuus sum, & opéribus neget, & factis se diábolo adjúdicet & obstríngat? Non est meus quem libído succéndit; quia mea est cástitas. Non est meus quem cura spoliándi minóres exágitat; quia mea est intégritas. Non est meus quem ira móbilis inquiétat; quia mea tranquíllitas est. Non est meus vini crápulâ temuléntus in lucem, ambitióne glóriæ seculáris

ùs, qui in periculum possit sóbriæ modera- is serváre vestigium. sum ego, litigáre non i. Quid mihi ad eum de véniat diábolus, & di- Meus est; nam mihi colla curvávit, mea in plura repério: nomen tuum vindicávit, & m munus? Non est er- hristi, nisi qui est alié- à crímine: non est Chri- nisi qui potest semper hristi sérvulum démon- re.

. Atténdite à falsis pro- is qui * Véniunt ad vos estiméntis óvium, in- ecùs autem sunt lupi ces. *Matt.* 7. 15. ℣. misi eos, & ipsi pro- ant in nómine meo dáciter, ut pereátis. 27. 15. * Véniunt.

Lectio viij.

Am si quis mutábilis est, ut ego qui aut óre mutor, aut indi- ióne, venit ira, & di- Meus est; ante horam s erat, spero quòd íte- meus fiat. Venit tris- , & dicit: Meus est; horam in mea posses- fuit, in meo jure: erí- ánimum præ mœróre póterat, nec óculos e; & si triste áliquid erit, ad me íllico re- tur. Quis ergo est Dei, qui potest dícere; [Ni- nihi cónscius sum?] dicébat Paulus Apóstolus Jesu Christi, quia nulli álii obnóxius tenebátur. Ille ergo dicébat, Christi sum; & respondébat ei Dóminus; Meus es... Et quia persevc- rávit Christi esse, quasi im- pléto certámine, corónam méruit inveníre justítiæ.

℟. Prophétant de corde suo; consuunt pulvíllos sub omni cúbito manûs; & * Fáciunt cervicália sub cá- pite ad capiéndas ánimas. *Ezech.* 13. 17. 18. ℣. A frúctibus eórum cognos- cétis eos. *Matt.* 7. 16. * Fá- ciunt.

Lectio ix.

RECtè ergo Prophéta Da- vid dixit: [Tuus sum,] qui semper in Dómino man- sit. Et quâ ratióne díxerit: [Tuus sum] áddidit: [Jus- tificatiónes tuas exquisívi;] hoc est, nihil aliórum quæ- sívi, sed id solùm quod tuum est desiderávi. Alii quærunt monília pretiósa, ego solas justificatiónes tuas quasi quædam serta justítiæ: álii domum ad domum, vil- lam ad villam jungunt, quasi soli habitáre possint in terra hac, & eleméntum volunt occupáre commúne: álii possessiónem áeris ipsíus vindicáre; mihi in tuis jus- tificatiónibus omne patri- mónium est. Néscio possi- dére nisi quod tui juris est. In tuis elóquiis spirituális mihi cura refúlsit argénti. Mihi pórtio Deus est. Tuus sum ego; quia pars mihi

hereditátis non in auro, non in argénto est, sed in Christo Jesu.

℟. Non omnis qui dicit mihi: Dómine, Dómine, intrábit in regnum cœlórum; sed qui facit voluntátem Patris mei, * Ipse † Intrábit in regnum cœlórum. *Matt.* 7. 21. ℣. Qui custódit mandátum, custódit ánimam suam. *Prov.* 19. 16. * Ipse. Glória. † Intrábit.

Ad Benedíctus, *Ant.* 3. a. Non potest arbor bona malos fructus fácere, neque arbor mala bonos fructus fácere. *Matt.* 7. 18.

Oratio. Orémus.

Deus, cujus providéntia in suî dispositióne non fállitur; te súpplices exorámus, ut nóxia cuncta submóveas, & ómnia nobis profutúra concédas; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 23. *c.* 14. *de reform.*

Curet Epíscopus, ut Presbyteri saltem diébus Domínicis, & Festis solémnibus; si autem curam habúerint animárum, tam frequénter, ut suo múneri satisfáciant, Missas célebrent.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. * Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidétur, & in ignem mittétur. *Matt.* 7. 19.

FERIA SECUNDA.

De libro quarto Regum.

Lectio j.

c. 2. 5. *ad* 10.

Accessérunt filii prophetárum, qui erant in Jéricho, ad Eliséum, & dixérunt ei: Numquid nosti quia Dóminus hódie tollet dóminum tuum à te? Et ait: Et ego novi; siléte. Dixit autem ei Elías: Sede hìc, quia Dóminus misit me usque ad Jordánem. Qui ait: Vivit Dóminus, & vivit ánima tua, quia non derelínquam te. Iéruntígitur ambo páriter, & quinquagínta viri de filiis prophetárum secúti sunt eos, qui & stetérunt è contrà, longè: illi autem ambo stabant super Jordánem. Tulítque Elías pállium suum, & invólvit illud, & percússit aquas, quæ divísæ sunt in utrámque partem; & transiérunt ambo per siccum. Cùmque transíssent, Elías dixit ad Eliséum: Póstula quod vis ut fáciam tibi, ántequam tollar à te. Dixítque Eliséus: Obsecro ut fiat in me duplex spíritus tuus. Qui respóndit: Rem difficilem postulásti; áttamen si víderis me, quando tollar à te, erit tibi quod petísti: si autem non víderis, non erit.

℟. Surréxit, 266.

o ij. ℣. 11. *ad* 15.
mque pérgerent, &
ıcedéntes sermocina-
, ecce currus ígneus,
ui ígnei divisérunt
que: & ascéndit E-
er túrbinem in cœ-
Eliséus autem vidé-
: clamábat: Pater mi,
ni, currus Israël, &
ejus. Et non vidit
mpliùs: apprehendít-
stiménta sua, & sci-
in duas partes. Et le
pállium Elíæ, quod
rat ei: reversúsque
uper ripam Jordánis,
o Elíæ, quod cecíde-
, percússit aquas, &
ınt divísæ. Et dixit:
st Deus Elíæ étiam
Percussítque aquas,
sæ sunt huc atque il-
: tránsiit Eliséus. Vi-
autem filii prophetá-
qui erant in Jéricho è
, dixérunt: Requié-
ritus Elíæ super Eli-
Et veniéntes in oc-
ı ejus, adoravérunt
oni in terram.
ccédens Elías, 266.
iij. *c.* 4. 1. *ad* 7.
lier autem quædam
e uxóribus prophe-
clamábat ad Eliséum,
: Servus tuus vir meus
ıs est, & tu nosti quia
tuus fuit timens Dó-
ı; & ecce créditor
ıt tollat duos filios
ad serviéndum sibi.
xit Eliséus: Quid vis
am tibi? Dic mihi,
quid habes in domo tua? At
illa respóndit: Non hábeo
ancílla tua quidquam in do-
mo mea, nisi parum ólei,
quo ungar. Cui ait: Vade,
pete mútuò ab ómnibus vi-
cínis tuis vasa vácua non
pauca; & ingrédere, & clau-
de óstium tuum, cùm in-
trínsecùs fúeris tu, & filii
tui: & mitte inde in ómnia
vasa hæc; & cùm plena
fúerint, tolles. Ivit ítaque
múlier, & clausit óstium
super se, & super filios suos:
illi offerébant vasa, & illa
infundébat. Cùmque plena
fuíssent vasa, dixit ad filium
suum: Affer mihi adhuc
vas. Et ille respóndit: Non
hábeo. Stetítque óleum. Ve-
nit autem illa, & indicávit
hómini Dei. Et ille: Vade,
inquit, vende óleum, & redde
creditóri tuo; tu autem &
filii tui vívite de réliquo.

℟. Amplificátus est, 267.

CANON.

Ex Concílio Carthaginénsi quarto.

An. 398. *cap.* 15.

EPíscopus vilem supelléctilem, & mensam ac victũ paúperem hábeat; & dignitátis suæ autoritátẽ fide, & vitæ méritis quærat.

FERIA TERTIA.

De libro quarto Regum.

Lectio j. *c.* 4. 8. *ad* 18.

FActa est quædam dies, & transíbat Eliséus per Sunam: erat autem ibi múlier magna, quæ ténuit

eum ut comédéret panem : cùmque frequénter inde transíret, divertébat ad eam ut comédéret panem. Quæ dixit ad virum suum : Animadvérto quòd vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequénter. Faciámus ergo ei cœnáculum parvum, & ponámus in eo léctulum, & mensam, & sellam, & candelábrum, ut cùm vénerit ad nos, máneat ibi. Facta est ergo dies quædam, & véniens divértit in cœnáculum, & requiévit ibi. Dixítque ad Giézi púerum suum : Voca Sunamítidem istam. Qui cùm vocásset eam, & illa stetísset coram eo, dixit ad púerum suum. Lóquere ad eam : Ecce, sédulè in ómnibus ministrásti nobis, quid vis ut fáciam tibi? numquid habes negótium, & vis ut loquar regi, sive príncipi milítiæ? Quæ respóndit : In médio pópuli mei hábito. Et ait : Quid ergo vult ut fáciam ei? Dixítque Giézi : Ne quæras : filium enim non habet, & vir ejus senex est. Præcépit itaque ut vocáret eam : quæ cùm vocáta fuísset, & stetísset ante óstium, dixit ad eam : In témpore isto, & in hac eádem hora, si vita comes fúerit, habébis in útero filium. At illa respóndit : Noli, quæso, dómine mi, vir Dei, noli mentíri ancíllæ tuæ. Et concépit múlier, & péperit filium in témpore & in hora eádem, quâ díxerat Eliséus.

℟. Dejécit, 267.

Lectio ij. *v.* 18. *ad* 21.

Crevit autem puer. Et cùm esset quædam dies, & egréssus isset ad patrem suum, ad messóres, ait patri suo : Caput meum dóleo, caput meum dóleo. At ille dixit púero : Tolle, & duc eum ad matrem suam. Qui cùm tulísset, & duxísset eum ad matrem suam, pósuit eum illa super génua sua usque ad merídiem, & mórtuus est. Ascéndit autem, & collocávit eum super léctulum hóminis Dei, & clausit óstium.

℟. Postquam coangustátus est Manásses, 267.

Lectio iij. *v.* 32. *ad* 37.

Ingréssus est ergo Eliséus domum, & ecce puer mórtuus jacébat in léctulo ejus : ingressúsque clausit óstium super se, & super púerum : & orávit ad Dóminum. Et ascéndit, & incúbuit super púerum, posuítque os suum super os ejus, & óculos suos super óculos ejus, & manus suas super manus ejus; & incurvávit se super eum, & calefácta est caro púeri. At ille revérsus, deambulávit in domo, semel huc atque illuc; & ascéndit, & incúbuit super eum; & oscitávit puer sépties, aperuítque óculos. At ille vocávit Giézi, & dixit ei : Voca Sunamítidem hanc. Quæ vocáta,

ingréssa est ad eum. Qui ait: Tolle filium tuum. Venit illa, & córruit ad pedes ejus, & adorávit super terram: tulítque filium suum, & egréssa est.

℟. Memória Josíæ, 268.

CANON.

Ex Concílio Parisiénsi sexto.

An. 829. cap. 16.

EPíscopus quascúmque res de facultátibus Ecclésiæ, aut suo, aut altérius nómine, quálibet conditióne comparáverit, decrévimus ut non in propinquórum suórum, sed in Ecclésiæ cui præest, jura devéniant. Simíliter & de Presbyteris, qui de Ecclesiárum rebus, quibus præsunt, prædia eo modo emunt, faciéndum statúimus.

FERIA QUARTA.

De libro quarto Regum.

Lectio j. *c.* 5. 9. *ad* 15.

VEnit Náaman (leprósus) cum equis & cúrribus, & stetit ad óstium domûs Eliséi. Misítque ad eum Eliséus núntium, dicens: Vade & laváre sépties in Jordáne, & recípiet sanitátem caro tua, atque mundáberis. Irátus Náaman recedébat, dicens: Putábam quòd egrederétur ad me, & stans invocáret nomen Dómini Dei sui, & tángeret manu suâ locum lepræ, & curáret me. Numquid non melióres sunt Abana, & Pharphar flúvii Damásci ómnibus aquis Israël, ut laver in eis, & munder? Cùm ergo vertísset se, & abíret indignans, accessérunt ad eum servi sui, & locúti sunt ei: Pater, & si rem grandem dixísset tibi prophéta, certè fácere debúeras: quantò magìs quia nunc dixit tibi: Laváre, & mundáberis? Descéndit, & lavit in Jordáne sépties juxta sermónem viri Dei, & restitúta est caro ejus, sicut caro púeri párvuli, & mundátus est. Reversúsque ad virum Dei cum univérso comitátu suo, venit, & stetit coram eo, & ait: Verè scio quòd non sit álius Deus in univérsa terra, nisi tantùm in Israël.

℟. Surréxit, 266.

Lectio ij. *v.* 20. *ad* 23.

DIxítque Giézi puer viri Dei: Pepércit dóminus meus Náaman Syro isti, ut non accíperet ab eo quæ áttulit: vivit Dóminus, quia curram post eum, & accípiam ab eo áliquid. Et secútus est Giézi post tergum Náaman: quem cùm vidísset ille curréntem ad se, desíliit de curru in occúrsum ejus, & ait: Recténe sunt ómnia? Et ille ait: Rectè. Dóminus meus misit me ad te, dicens: Modò venérunt ad me duo adolescéntes de monte Ephraïm, ex filiis prophetárum: da eis taléntum argénti, & vestes mu-

tatórias dúplices. Dixítque Náaman : Mélius est ut accípias duo talénta. Et coégit eum, ligavítque duo talénta argénti in duóbus saccis, & duplícia vestiménta, & impósuit duóbus púeris suis, qui & portavérunt coram eo.

℟. Accédens Elías, 266.

Lectio iij. *v. 24. ad fin.*

CUmque venísset jam vésperi, tulit de manu eórum, & repósuit in domo, dimisítque viros, & abiérunt : ipse autem ingréssus stetit coram dómino suo. Et dixit Eliséus : Unde venis, Giézi ? Qui respóndit : Non ivit servus tuus quòquam. At ille ait : Nonne cor meum in præsénti erat, quando revérsus est homo de curru suo in occúrsum tuî ? Nunc ígitur accepísti argéntum, & accepísti vestes, ut emas olivéta, & víneas, & oves, & boves, & servos, & ancíllas. Sed & lepra Náaman adhærébit tibi, & sémini tuo, usque in sempitérnum. Et egréssus est ab eo leprósus quasi nix.

℟. Amplificátus est, 267.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 25. c. 1. de reform.

ADmonet sancta Synodus Epíscopos omnes, ut..... factis ipsis, ac vitæ actiónibus, quod est véluti perpétuum quoddam prædicándi genus, se múneri suo confórmes osténdant : in primis verò ita mores suos omnes compónant, ut réliqui ab eis frugalitátis, modéstiæ, continéntiæ, ac quæ nos tantópere comméndat Deo, sanctæ humilitátis exémpla pétere possint.

FERIA QUINTA.

De libro quarto Regum.

Lectio j. *c. 6. 24. ad 30.*

FActum est post hæc, congregávit Bénadad rex Syriæ univérsum exércitum suum, & ascéndit, & obsidébat Samaríam. Factáque est fames magna in Samaría : & támdiu obséssa est, donec venumdarétur caput ásini octogínta argénteis, & quarta pars cabi stércoris columbárum quinque argénteis. Cùmque rex Israël transíret per murum, múlier quædam exclamávit ad eum, dicens : Salva me, dómine mi rex. Qui ait : Non te salvat Dóminus, unde te possum salváre ? de área, vel de torculári ? Dixítque ad eam rex : Quid tibi vis ? Quæ respóndit : Múlier ista dixit mihi : Da fílium tuum, ut comedámus eum hódie, & fílium meum comedémus cras; cóximus ergo fílium meum, & comédimus : dixíque ei die álterâ : Da fílium tuum, ut comedámus eum. Quæ abscóndit fílium suum. Quod

cùm audísset rex, scidit vestiménta sua, & transíbat per murum. Vidítque omnis pópulus cilícium quo vestítus erat ad carnem intrínsecùs.

℟. Dejécit, 267.

Lectio ij. *c.* 7. 1. *ad* 5.

DIxit autem Eliséus: Audíte verbum Dómini: Hæc dicit Dóminus: In témpore hoc cras módius símilæ uno statére erit, & duo módii hórdei statére uno, in porta Samaríæ. Respóndens unus de dúcibus, super cujus manum rex incumbébat, hómini Dei, ait: Si Dóminus fécerit, étiam cataráctas in cœlo, numquid póterit esse quod lóqueris? Qui ait: Vidébis óculis tuis, & inde non cómedes. Quátuor ergo viri erant leprósi juxta intróitum portæ, qui dixérunt ad ínvicem: Quid hìc esse vólumus donec moriámur? sive ingredi voluérimus civitátem, fame moriémur; sive mansérimus hìc, moriéndum nobis est: veníte ergo, & transfugiámus ad castra Syriæ; si pepércerint nobis, vivémus; si autem occídere volúerint, nihilóminus moriémur. Surrexérunt ergo vésperi, ut venírent ad castra Syriæ: cùmque veníssent ad princípium castrórum Syriæ, nullum íbidem reperérunt.

℟. Postquam, 267.

Lectio iij. *v.* 16. *ad fin.*

ET egréssus pópulus diripuit castra Syriæ: factúsque est módius símilæ statére uno, & duo módii hórdei statére uno, juxta verbum Dómini. Porrò rex ducem illum, in cujus manu incumbébat, constítuit ad portam; quem conculcávit turba in intróitu portæ, & mórtuus est; juxta quod locútus fúerat vir Dei, quando descénderat rex ad eum. Factúmque est secúndùm sermónem viri Dei, quem díxerat regi, quando ait: Duo módii hórdei statére uno erunt, & módius símilæ statére uno, hoc eódem témpore cras in porta Samaríæ: quando respónderat dux ille viro Dei, & díxerat: Etiámsi Dóminus fécerit cataráctas in cœlo, numquid póterit fieri quod lóqueris? Et dixit ei: Vidébis óculis tuis, & inde non cómedes. Evénit ergo ei sicut prædíctum fúerat, & conculcávit eum pópulus in porta, & mórtuus est.

℟. Memória Josíæ, 268.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 25. *c.* i. *de reform.*

NOn solùm jubet sancta Synodus ut Epíscopi modéstâ supelléctili & mensâ, ac frugáli victu conténti sint; verùm étiam in réliquo vitæ génere, ac tota.... domo cáveant, ne quid appáreat quod à sancto ho

institúto sit aliénum; quodque non simplicitátem, Dei zelum, ac vanitátum contémptum præ se ferat.

FERIA SEXTA.

De libro quarto Regum.

Lectio j. *c.* 8. 7. *ad* 12.

VEnit Eliséus Damáscum, & Bénadad rex Syriæ ægrotábat: nuntiaverúntque ei, dicéntes: Venit vir Dei huc. Et ait rex ad Házaël: Tolle tecum múnera, & vade in occúrsum viri Dei, & cónsule Dóminum per eum, dicens: Si evádere pótero de infirmitáte mea hac? Ivit igitur Hazaël in occúrsum ejus, habens secum múnera, & ómnia bona Damásci, onera quadraginta camelorum. Cùmque stetisset coram eo, ait: Filius tuus Bénadad rex Syriæ misit me ad te, dicens: Si sanari pótero de infirmitate mea hac? Dixítque ei Eliséus: Vade, dic ei: Sanáberis: porrò ostendit mihi Dóminus quia morte morietur. Stetítque cum eo, & conturbatus est usque ad suffusionem vultûs: flevítque vir Dei. Cui Hazaël ait: Quare dominus meus flet? At ille dixit: Quia scio quæ factúrus sis filiis Israël mala.

℟. Surrexit, 266.

Lectio ij. *c.* 9. 1. *ad* 5.

ELiséus autem prophétes vocavit unum de filiis prophetarum, & ait illi: Accínge lumbos tuos, & tolle lentículam ólei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Gálaad. Cùmque véneris illuc, vidébis Jehu filium Jósaphat filii Namsi: & ingréssus suscitábis eum de médio fratrum suórum, & introdúces in intérius cubículum; tenénsque lentículam ólei, fundes super caput ejus, & dices: Hæc dicit Dóminus: Unxi te regem super Israël. Aperiésque óstium, & fúgies, & non ibi subsístes. Abiit ergo adoléscens puer prophétæ in Ramoth Gálaad, & ingréssus est illuc: ecce autem príncipes exércitûs sedébant, & ait: Verbum mihi ad te, ô princeps. Dixítque Jehu: Ad quem ex ómnibus nobis? At ille dixit: Ad te, ô princeps.

℟. Accédens Elias, 266.

Lectio iij. *v.* 6. & 10. *ad* 13.

ET surréxit, & ingréssus est cubiculum: at ille fudit óleum super caput ejus, & ait: Hæc dicit Dóminus Deus Israël: Unxi te regem super pópulum Dómini Israël;.... Aperuítque óstium, & fugit. Jehu autem egréssus est ad servos dómini sui, qui dixérunt ei: Rectène sunt ómnia? quid venit insánus iste ad te? Qui ait eis: Nostis hóminem, & quid locútus sit. At illi respondérunt: Falsum est, sed magis narra nobis. Qui ait eis: Hæc & hæc lo-

ctus est mihi, & ait: Hæc dicit Dóminus: Unxi te regem super Israël. Festinavérunt itaque, & unusquísque tollens pállium suum, posuérunt sub pédibus ejus in similitúdinem tribunális, & cecinérunt tubâ, atque dixérunt: Regnávit Jehu.

℟. Amplificátus est, 267.

CANON.

Ex Concílio Aquisgranénsi.

An. 816. *lib.* 1. *cap.* 138.

OPórtet Ecclésiæ Prælátos, ut de congregatióne sibi commíssa tales éligant boni testimónii fratres, in quibus ónera regíminis securè possint partíri. Quibus étiam talem cónferant potestátem, ut vice illórum fungéntes, & inobediéntes canónicâ censúrâ corrípere, & obediéntes hortándo ad melióra váleant provocáre.

SABBATO.

De libro quarto Regum.

Lectio j.

c. 9. *v.* 14. & *v.* 22. *ad* 26.

COnjurávit Jehu fílius Jósaphat fílii Namsi contra Joram... Cùmque vidísset Joram Jehu, dixit: Pax est Jehu? At ille respóndit: Quæ pax? adhuc fornicatiónes Jézabel matris tuæ, & venefícia ejus multa vigent. Convértit autem Joram manum suam, & fúgiens ait ad Ochóziam: Insídiæ, Ochózia. Porrò Jehu teténdit arcum manu, & percússit Joram inter scápulas: & egréssa est sagítta per cor ejus, statímque córruit in curru suo. Dixítque Jehu ad Badácer ducem: Tolle, prójice eum in agro Naboth Jezrahelítæ: mémini enim quando ego, & tu sedéntes in curru sequebámur Achab patrem hujus, quòd Dóminus onus hoc leváverit super eum, dicens: Si non pro sánguine Naboth, & pro sánguine filiórum ejus, quem vidi herì, ait Dóminus, reddam tibi in agro isto, dicit Dóminus. Nunc ergo tolle, & prójice eum in agrum, juxta verbum Dómini.

Si fiat de Sabbato, ℟℟℟. *sumentur ex II. Nocturno Dominicæ præcedentis.*

Lectio ij. *v.* 27. & *v.* 29. *ad* 31.

OChózias autem rex Juda videns hoc, fugit per viam domûs horti; persecutúsque est eum Jehu, & ait: Etiam hunc percútite in curru suo; & percussérunt eum in ascénsu Gaver, qui est juxta Jéblaam, qui fuit in Magéddo, & mórtuus est ibi.... Anno undécimo Joram fílii Achab, regnávit Ochózias super Judam; venítque Jehu in Jézrahel. Porrò Jézabel introítu ejus audíto, depínxit óculos suos stíbio, & ornávit caput suum, & respéxit per fenéstram ingrediéntem Jehu per portam, & ait: Num-

quid pax potest esse Zambri, qui interfécit dóminum suum?

Lectio iij. *v.* 32. *ad* 36.

LEvavítque Jehu fáciem suam ad fenéstram, & ait: Quæ est ista? & inclinavérunt se ad eum duo vel tres eunúchi. At ille dixit eis: Præcipitáte eam deórsum; & præcipitavérunt eam, aspersúsque est sánguine páries, & equórum úngulæ conculcavérũt eam. Cùmque introgréssus esset, ut coméderet, biberétque, ait: Ite, & vidéte maledíctam illam, & sepelíte eam, quia filia regis est. Cùmque issent ut sepelírent eam, non invenérunt nisi calváriam, & pedes, & summas manus. Reversíque nuntiavérunt ei. Et ait Jehu: Sermo Dómini est, quem locútus est per Elíam Thesbíten, dicens: In agro Jézrahel cómedent canes carnes Jézabel.

CANON.

Ex Concílio Aquisgranénsi.

An. 816. *lib.* 1. *cap.* 138.

VIcárii Prælatórum sicut álios præcédunt magistério, ita nimírum innocéntis vitæ infórment exémplo; ut juxta Apóstolum, exémplo sint céteris, in verbo, in conversatióne, in caritáte, in fide, in castitáte.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *F.* Fecit Joas rectum coram Dómino cunctis diébus, quibus dócuit eum Joíada Sacérdos. 4. *Reg.* 12. 2.

Oratio, Largíre, *infrà ad Laudes.*

DOMINICA VIII.

post Pentecosten.

IN I. NOCTURNO.

De libro quarto Regum.

Lectio j. *c.* 11. 1. *ad* 4.

ATHália mater Ochóziæ, videns mórtuum filium suum, surréxit, & interfécit omne semen régium. Tollens autẽ Jósaba filia regis Joram, soror Ochóziæ, Joas filium Ochóziæ, furáta est eum de médio filiórum regis qui interficiebántur, & nutrícem ejus de triclínio: & abscóndit eum à facie Atháliæ, ut non interficerétur. Erátque cum ea sex annis clam in domo Dómini: porrò Athália regnávit super terram. Anno autem séptimo misit Joíada, & assúmens centurióres & mílites, introdúxit ad se in templum Dómini; pepigítque cum eis fœdus; & adjúrans eos in domo Dómini, osténdit eis filium regis.

℟. Surréxit, 266.

Lectio ij. *v.* 12. *ad* 17.

PRoduxítque filium regis, & pósuit super eum diadéma, & testimónium; fecerúntque eum regem, & unxérunt: & plaudéntes manu, dixérunt: Vivat rex.

Audívit autem Athália vocem pópuli curréntis; & ingréssa ad turbas in templum Dómini, vidit regem stantem super tribúnal juxta morem, & cantóres, & tubas prope eum, omnémque pópulum terræ lætántem, & canéntem tubis: & scidit vestiménta sua, clamavítque: Conjurátio, conjurátio. Præcépit autem Joíada centuriónibus, qui erant super exércitum, & ait eis: Edúcite eam extra septa templi, & quicúmque eam secútus fúerit, feriátur gládio. Díxerat enim sacérdos: Non occidátur in templo Dómini. Imposuerúntque ei manus, & impegérunt eam per viam introitûs equórum, juxta palátium, & interfécta est ibi. Pépigit ergo Joíada fœdus inter Dóminum, & inter regem, & inter pópulum, ut esset pópulus Dómini; & inter regem & pópulum.

℟. Accédens Elías, 266.

Lectio iij. *c.* 13. 14. *ad* 21.

ELiséus autem ægrotábat infirmitáte, quâ & mórtuus est; descendítque ad eum Joas rex Israël, & flebat coram eo, dicebátque: Pater mi, pater mi, currus Israël, & auríga ejus. Et ait illi Eliséus: Affer arcum, & sagíttas. Cùmque attulísset ad eum arcum, & sagíttas, dixit ad regem Israël: Pone manum tuam super arcum. Et cùm posuísset ille manum suam, superpósuit Eliséus manus suas mánibus regis, & ait: Aperi fenéstram orientálem. Cùmque aperuísset, dixit Eliséus: Jace sagíttã. Et jecit. Et ait Eliséus: Sagítta salútis Dómini, & sagítta salútis contra Syriam: percutiésque Syriam in Aphec, donec consúmas eam. Et ait: Tolle sagíttas. Qui cùm tulísset, rursum dixit ei: Pércute jáculo terram. Et cùm percussísset tribus vícibus, & stetísset, irátus est vir Dei contra eum, & ait: Si percussísses quínquies, aut séxies, sive sépties, percussísses Syriam usque ad consumptiónem: nunc autem tribus vícibus percúties eam. Mórtuus est ergo Eliséus, & sepeliérunt eum. Latrúnculi autem de Moab venérunt in terram in ipso anno. Quidam autem sepeliéntes hóminem, vidérunt latrúnculos, & projecérunt cadáver in sepúlcro Eliséi. Quod cùm tetigísset ossa Eliséi, revíxit homo, & stetit super pedes suos.

℟. Amplificátus est, 267.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Cyrílli Jerosolymitáni.

Catech. 2. *n.* 13.

Lectio iv.

ACHab rex Samaríæ sceleratíssimus, idolórum cultor, cùm venísset Elías

Prophéta, & minas duntáxat intentásset, sacco se índuit, & scidit vestiménta. Et quid dicit clemens Deus ad Elíam? [Vidísti quómodo compúnctus est Achab à fácie mea?] Tanquam férvidum Prophétæ ingénium léniens, ut ad misericórdiam inclináret. Vultis cognóscere quàm forte sit pœniténtia armórum genus, quantùm conféssio étiam advérsùs hostes præváleat? Centum octogínta quinque hóstium míllia Ezechias per confessiónem ruit. Et hoc adhuc mínimum. Senténtiâ Dei advérsùm se pronuntiátam, per pœniténtiam dissólvit. Ægrotánti enim ipsi dixit Isaias: [Moriéris tu, nec vives.] Quæ jam spes, quæ ultrà salus vel expectátio, pronuntiánte Prophétâ? At ille non revocátus est à pœniténtia, memor ejus quod scriptum est: [Cùm avérsus ingemúeris, tunc salváberis.]

℟. Dejécit, 267.

Lectio v. *n.* 15.

COnvérsus est ad pariétem,] & mentem per oratiónem ad cœlum tendens: [Dómine, (ait,) meménto mei;] súfficit enim ad sanatiónem te mei meminísse. Tempóribus non [illegible]jaces, sed ipse es vitæ [illegible]er & legislátor. Non [illegible] secúndùm genitúram [illegible]strórum complexióne, [illegible]lli delirant, vitæ nostræ rátio decúrrit, sed secúndùm tuam voluntátem. Et illi, cujus desperáta vita fúerat, annórum quíndecim vitæ accéssio datur.

℟. Postquàm, 267.

Lectio vj. *n.* 15. & 16.

COnvértere tu quoque, & ingemísce; & óstium claude: ora ut tibi dimittátur, ut uréntes te flammas disjíciat Deus. Potest enim pœniténtia & ignem extínguere; potest & leónes cicuráre. Quòd si diffídas, cógita quid olim contígerit Ananíæ & sóciis. Quales in camínum ignis fontes effudérunt? Quanta vis aquæ flammam ad cúbitos quadraginta novem ascendéntem restínguere sufficiébat? Sed ubi flamma veheménter superferebátur, ibi plúrimus pœniténtiæ fons effúsus est, cùm illi dícerent: [Quóniam justus es in omnibus quæ fecísti nobis; & peccávimus, & transgréssi sumus, & iníquè égimus.] Cùm fornácis flammas compréssérit pœniténtia, tu dúbitas utrùm gehénnæ ignem restínguere váleat?

℟. Memória Josíæ, 268.

IN III. NOCTURNO.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

Lectio vij. *c.* 16. 1. *ad* 9.

IN illo témpore; Dicébat Jesus & ad discípulos suos: Homo quidam erat dives, qui habébat víllicum: &

hic diffamátus est apud illum quasi dissipásset bona ipsíus. Et réliqua.

Homília sancti Augustini Epíscopi.

Serm. 113. *de Verbis Evang.* §. 2. *Aliàs Serm.* 35. *de Verbis Domini.*

HOc ait Dóminus noster Jesus Christus: [Fácite vobis amícos de divítiis iniquitátis.] Hoc quidam malè intelligéndo rápiunt res aliénas, & áliquid inde paupéribus largiúntur, & putant se fácere quod præcéptum est. Dicunt enim: Rápere res aliénas, mammóna est iniquitátis; erogáre inde áliquid, máximè egéntibus sanctis, hoc est fácere amícos de mammóna iniquitátis. Intelléctus iste corrigéndus est, immo de tábulis cordis vestri omníno deléndus est. Nolo sic intelligátis. De justis labóribus fácite eleemósynas: ex eo quod rectè habétis, date. Non enim corruptúri estis júdicem Christum, ut non vos aúdiat cum paupéribus, quibus tóllitis.

℟. Víllicus diffamátus est apud dívitem quasi dissipásset bona ipsíus; & ait illi: Quid hoc aúdio de te? * Redde rationem villicatiónis tuæ; jam enim non póteris villicáre. *Luc.* 16. 1. 2. ℣. Horréndè & citò apparébit, quóniam judícium duríssimum his qui præsunt, fiet. *Sap.* 6. 6. * Redde.

Lectio viij. §. 4.

EST quidem & álius intelléctus; nec ipsum tacébo. Mammóna iniquitátis, divítiæ sunt séculi omnes, undecúmque sint. Undecúmque enim congregéntur, mammóna iniquitátis est; id est, divítiæ sunt inquitatis. Quid est, divitiæ sunt iniquitátis? Pecúnia est, quã nómine divitiárũ appéllat iníquitas. Si enim veras divítias quæris, áliæ sunt. Tálibus Job nudus abundábat, quando in Deum cor plenum habébat, & laudes Deo pérditis ómnibus rebus tanquam gemmas pretiosíssimas proferébat. De quo thesaúro, si nihil habébat? Ipsæ sunt veræ divítiæ. Istæ autem ab iniquitáte appellántur divítiæ.

℟. Ego vobis dico: * Fácite vobis amícos de mammóna iniquitátis; ut cum defecéritis, recípiant vos in ætérna tabernácula. *Luc.* 16. 9. ℣. Eleemósyna facit inveníre misericórdiam, & vitam ætérnam. *Tob.* 12. 9. * Fácite.

Lectio ix. §. 4. 5.

HAbes illas divítias, non reprehéndo. Heréditas venit, pater tuus dives fuit, & dimísit tibi. Honéstè acquisivísti; de justis labóribus plenam domum habes, non reprehéndo. Tamen étiam sic noli illas dicere divítias. Nam si dicis illas

divítias, amábis illas; & si amáveris illas, períbis cum illis. Perde, ne péreas; dona, ut acquíras; sémina, ut metas. Has divítias noli appelláre; quia veræ non sunt. Paupertáte plenæ sunt, & semper obnóxiæ cásibus. Quales divítiæ sunt, propter quas latrónem times, propter quas times servum tuum, ne te occíso aúferat, & fúgiat? Si veræ divítiæ essent, securitátem tibi darent. Ergo illæ sunt veræ divítiæ, quas cùm habuérimus, pérdere non póssumus. Et ne fortè propter illas furem tímeas, ibi erunt ubi nullus aúferat. Audi Dóminum tuum: [Thesaurizáte vobis thesaúros in cœlo, quò fur non accédat.] Tunc erunt divítiæ, quando eas migráveris. Quándiu in terra sunt, divítiæ non sunt.

℟. Ignem extínguit aqua, & eleemósyna resístit peccátis; * Et qui reddit grátiam, † In témpore casûs sui invéniet firmaméntum. *Eccli.* 3. 33. 34. ℣. Qui séminat in benedictiónibus, de benedictiónibus & metet. 2. *Cor.* 9. 6. * Et qui. Glória. † In témpore.

Ad Benedíctus, *Ant.* 4. E. Ait víllicus intrà se: Quid fáciam, quia dóminus meus aufert à me villicatiónem? fódere non váleo, mendicáre erubésco: scio quid fáciam, ut, cùm amótus fúero à villicatióne, recípiant me in domos suas. *Luc.* 16. 3. 4.

Oratio. Orémus.

Largíre nobis, quǽsumus, Dómine, semper spíritum cogitándi quæ recta sunt, propítius & agéndi; ut qui sine te esse non póssumus, secúndùm te vívere valeámus. Per Dóminũ.

CANON.

Ex Concílio Turonénsi tértio.

An. 813. *can.* 37.

Excéptis diébus Domínicis, & illis Solemnitátibus, quibus & universális Ecclésia, ob recordatiónem Domínicæ Resurrectiónis solet stando oráre, fixis in terras génibus, supplíciter Dei cleméntiam nobis profutúram, nostrorúmque críminum indulgéntiam deposcéndum est; cujus rei in Evangélio ipse Dóminus nobis dedit exémplum.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Laudávit dóminus víllicum iniquitátis, quia prudénter fecísset: quia fílii hujus sǽculi prudentióres fíliis lucis in generatióne sua sunt. *Luc.* 16. 8.

FERIA SECUNDA.

De libro quarto Regum.

Lectio j. *c.* 18. 1. *ad* 6.

Anno tértio Osée filii Ela regis Israël, regnávit Ezechías fílius Achaz regis Juda. Vi-

ginti quinque annórum erat, cùm regnáre cœpísset: & vigínti novem annis regnávit in Jerúsalem: nomen matris ejus Abi, fília Zacharíæ. Fecítque quod erat bonum coram Dómino, juxta ómnia quæ fécerat David pater ejus. Ipse dissipávit excélsa, & contrívit státuas, & succídit lucos, confregítque serpéntem æneum, quem fécerat Móyses: siquidem usque ad illud tempus fílii Israël adolébant ei incénsum: vocavítque nomen ejus Nohéstan. In Dómino Deo Israël sperávit: ítaque post eum non fuit símilis ei de cunctis régibus Juda, sed neque in his qui ante eum fuérunt: & adhæsit Dómino, & non recéssit à vestígiis ejus, fecítque mandáta ejus, quæ præcéperat Dóminus Móysi.

℟. Surréxit, 266.

Lectio ij. *v. 9. ad* 13.

ANno quarto regis Ezechíæ, qui erat annus séptimus Osée fílii Ela regis Israël, ascéndit Salmánasar rex Assyriórum in Samaríã, & oppugnávit eam, & cepit. Nam post annos tres, anno sexto Ezechíæ, id est, nono anno Osée regis Israël, capta est Samaría: & tránstulit rex Assyriórum Israël in Assyrios, collocavítque eos in Hala & in Habor flúviis Gozan in civitátibus Medórum: quia non audiérunt vocem Dómini Dei sui, sed prætergréssi sunt pactum ejus: ómnia quæ præcéperat Móyses servus Dómini, non audiérunt, neque fecérunt. Anno quarto décimo regis Ezechíæ, ascéndit Sennácherib rex Assyriórum ad univérsas civitátes Juda munítas; & cepit eas.

℟. Accédens Elías, 266.

Lectio iij.

c. 19. 14. *ad* 19.

CUm accepísset Ezechías lítteras de manu nuntiórum, & legísset eas, ascéndit in domum Dómini, & expándit eas coram Dómino, & orávit in conspéctu ejus, dicens: Dómine Deus Israël, qui sedes super Chérubim, tu es Deus solus regum ómnium terræ: tu fecísti cœlum & terram: inclína aurem tuam, & audi; áperi, Dómine, óculos tuos, & vide; audi ómnia verba Sennácherib, qui misit ut exprobráret nobis Deum vivéntem. Verè, Dómine, dissipavérunt reges Assyriórum gentes, & terras ómnium. Et misérunt deos eórum in ignem: non enim erant dii, sed ópera mánuum hóminum ex ligno & lápide, & perdidérunt eos. Nunc ígitur, Dómine Deus noster, salvos nos fac de manu ejus, ut sciant ómnia regna terræ, quia tu es Dóminus Deus solus.

℟. Amplificátus est, 267.

CANON.

Ex Concílio Aquisgranénsi.

An. 816. *lib.* 1. *cap.* 115.

QUia evidénti autoritáte liquet canónicam institutiónem céteris præstáre institutiónibus; debent, necésse est, qui hujus professiónis censéntur nómine, procuráre quáliter in semetípsis eámdem institutiónem vitâ & móribus exórnent, pótiùs quàm dehonéstent.

FERIA TERTIA.

De libro quarto Regum.

Lectio j. *c.* 19. 35. *ad fin.*

FActum est in nocte illa, venit Angelus Dómini, & percússit in castris Assyriórũ centũ octogínta quinque míllia. Cùmque dilúculo surrexísset, vidit ómnia córpora mortuórũm; & recédens ábiit, & revérsus est Sennácherib rex Assyriórum, & mansit in Nínive. Cùmque adoráret in templo Nesroch deum suũ, Adrámelech & Sárasar filii ejus percussérunt eum gládio, fugerúntque in terram Armeniórum, & regnávit Asarháddon fílius ejus pro eo.

℟. Dejécit, 267.

Lectio ij. *c.* 20. 1. *ad* 6.

IN diébus illis ægrotávit Ezechías usque ad mortem: & venit ad eum Isaías filius Amos, prophéta, dixítque ei: Hæc dicit Dóminus Deus: Præcipe dómui tuæ; moriéris enim tu, & non vives. Qui convértit fáciem suam ad paríetem, & orávit Dóminum, dicens: Obsecro, Dómine, meménto, quæso, quómodo ambuláverim coram te in veritáte, & in corde perfécto, & quod plácitum est coram te, fécerim. Flevit ítaque Ezechías fletu magno. Et ántequam egrederétur Isaías médiam partem átrii, factus est sermo Dómini ad eum, dicens: Revértere, & dic Ezechíæ duci pópuli mei: Hæc dicit Dóminus Deus David patris tui: Audívi oratiónem tuam, & vidi lácrymas tuas; & ecce sanávi te; die tértio ascéndes templum Dómini: & addam diébus tuis quíndecim annos: sed & de manu regis Assyriórum liberábo te, & civitátem hanc, & prótegam urbem istam, propter me, & propter David servum meum.

℟. Postquam coangustátus est Manásses, 267.

Lectio iij. *v.* 7. *ad* 11.

DIxítque Isaías: Afférte massam ficórum. Quam cùm attulíssent, & posuíssent super ulcus ejus, curátus est. Díxerat autem Ezechías ad Isaíam: Quod erit signum quia Dóminus me sanábit, & quia ascensúrus sum die tértiâ templum Dómini? Cui ait Isaías: Hoc erit signum à Dómino,

quòd factúrus sit Dóminus sermónem quem locútus est: Vis ut ascéndat umbra decem líneis, an ut revertátur tótidem grádibus? Et ait Ezechías: Fácile est umbram créscere decem líneis: nec hoc volo ut fiat, sed ut revertátur retrórsum decem grádibus. Invocávit ítaque Isaías prophéta Dóminum, & redúxit umbram per líneas, quibus jam descénderat in horológio Achaz, retrórsum decem grádibus.

℟. Memória Josíæ, *suprà*, 268.

CANON.

Ex Concílio Aquisgranénsi.

An. 816. *lib.* 1. *cap.* 139,

QUi præpósiti vocántur: tales & tam strénui constituéndi sunt, qui & vitæ probábilis sint, & ea quæ sibi injúncta sunt, fidéliter humilitérque éxpleant; & pro eo, quòd áliis prælάti sunt, nequáquam parvipéndant canónica institúta; sed quantò plùs implicántur in fratrum curis, tantò magis stúdeant cœléstibus obtemperáre mónitis.

FERIA QUARTA.

De libro quarto Regum.

Lectio j. *c.* 20. 12. *ad* 13.

IN témpore illo misit Bérodach Báladan, filius Báladan, rex Babyloniórum, lítteras & múnera ad Ezechíam: audíerat enim quòd ægrotásset Ezechías. Lætátus est autem in advéntu eórum Ezechías, & osténdit eis domum arómatum, & aurum, & argéntum, & pigménta vária, unguénta quoque, & domum vasórum suórum, & ómnia quæ habére póterat in thesáuris suis. Non fuit quod non monstráret eis Ezechías in domo sua, & in omni potestáte sua.

℟. Surréxit, 266.

Lectio ij. *v.* 14. *ad* 19.

VEnit autem Isáias prophéta ad regem Ezechíam, dixítque ei: Quid dixérunt viri isti? aut únde venérunt ad te? Cui ait Ezechías: De terra longínqua venérunt ad me, de Babylóne. At ille respóndit: Quid vidérunt in domo tua? Ait Ezechías: Omnia quæcúmque sunt in domo mea, vidérunt: nihil est quod non monstráverim eis in thesáuris meis. Dixit ítaque Isáias Ezechíæ: Audi sermónem Dómini: Ecce dies vénient, & auferéntur ómnia quæ sunt in domo tua, & quæ condidérunt patres tui usque in diem hanc, in Babylónem: non remanébit quidquam, ait Dóminus. Sed & de fíliis tuis qui egrediéntur ex te, quos generábis; tolléntur, & erunt eunúchi in palátio regis Babylónis. Dixit Ezechías ad Isáiam: Bonus sermo Dómini, quem locútus es: sit pax & véritas in diébus meis.

℟. Accédens Elías, 266.

Lectio iij. *c.* 22. 1. *ad* 5.

OCto annórum erat Josías cùm regnáre cœpíſſet; trigínta & uno anno regnávit in Jerúſalem: nomen matris ejus Idida, fília Hadaía de Béſecath. Fecítque quod plácitum erat coram Dómino, & ambulávit per omnes vias David patris ſui: non declinávit ad déxteram, ſive ad ſiníſtram. Anno autem octávo décimo regis Josíæ, miſit rex Saphan fílium Aſlía filii Méſſulã, ſcribã templi Dómini, dicens ei: Vade ad Hélciam ſacerdótem magnum, ut conflétur pecúnia quæ illáta eſt in templum Dómini, quam collegérunt janitóres templi à pópulo, detúrque fabris per præpóſitos domûs Dómini: qui & diſtríbuant eam his qui operántur in templo Dómini, ad inſtauránda ſartatécta templi.

℟. Amplificátus eſt, 267.

C A N O N.

Ex Concílio Rotomagénſi. *An.* 1581. *tit. de Epiſc. & Capitulis, num.* 15.

CAnónici Cathedrálium Eccleſiárum, eâ ſint morum integritáte ornáti, ut nomen ſuum tuéri & retinére poſſint, ac præ áliis Cléricis Canónici ſeu reguláres ex obſerváta Eccléſiæ diſciplínæ perféctiùs régula nominári mereántur; à quibus céteros ſtúdium & amórem ac tanquam régulam cultûs divíni non pígeat accípere.

FERIA QUINTA.

De libro quarto Regum.

Lectio j. *c.* 22. 10. *ad* 13.

NArrávit Saphan ſcriba regi, dicens: Librum dedit mihi Hélcias ſacérdos. Quem cùm legíſſet Saphan coram rege, & audíſſet rex verba libri legis Dómini, ſcidit veſtiménta ſua. Et præcépit Hélciæ ſacerdóti, & Ahicam filio Saphan, & Achobor filio Micha, & Saphan ſcribæ, & Azaíæ ſervo regis, dicens: Ite, & consúlite Dóminum ſuper me, & ſuper pópulo, & ſuper omni Juda, de verbis volúminis iſtíus quod invéntum eſt: magna enim ira Dómini ſuccénſa eſt contra nos, quia non audiérunt patres noſtri verba libri hujus, ut fácerent omne quod ſcriptum eſt nobis.

℟. Dejécit, 267.

Lectio ij. *c.* 23. 2. *ad* 4.

AScendítque rex templum Dñi, & omnes viri Juda, universíque qui habitábant in Jerúſalem cum eo ſacerdótes & prophétæ, & omnis pópulus à parvo uſque ad magnum: legítque cunctis audiéntibus ómnia verba libri fœderis, qui invéntus eſt in domo Dómini. Stetítque rex ſuper gradum:

& fœdus percússit coram Dómino, ut ambulárent post Dóminum, & custodírent præcépta ejus, & testimónia, & cæremónias, in omni corde, & in tota ánima, & suscitárent verba fœderis hujus, quæ scripta erant in libro illo: acquievítque pópulus pacto. Et præcépit rex Hélciæ pontífici, & sacerdótibus secúndi órdinis, & janitóribus ut projícerent de templo Dómini ómnia vasa quæ facta fúerant Baal, & in luco, & univérsæ milítiæ cœli: & combússit ea foris Jerúsalem in conválle Cedron, & tulit púlverem eórum in Bethel.

℟. Postquam, 267.

Lectio iij. *v.* 14. *ad* 18.

ET contrívit státuas, & succídit lucos; replevítque loca eórum óssibus mortuórum: ínsuper & altáre quod erat in Bethel, & excélsum quod fécerat Jeróboam fílius Nabat, qui peccáre fecit Isráel; & altáre illud, & excélsum destrúxit, atque combússit, & comminuit in púlverem, succendítque étiam lucum. Et convérsus Josías, vidit ibi sepúlcra quæ erant in monte, misítque, & tulit ossa de sepúlcris, & combússit ea super altáre, & pólluit illud juxta verbum Dómini, quod locútus est vir Dei, qui prædíxerat verba hæc. Et ait: Quis est títulus ille, quem vídeo? Respondéruntque ei cives urbis illíus: Sepúlcrum est hóminis Dei, qui venit de Juda, & prædíxit verba hæc, quæ fecísti super altáre Bethel. Et ait: Dimíttite eum, nemo commóveat ossa ejus. Et intácta mansérunt ossa illíus, cum óssibus prophétæ qui vénerat de Samaría.

℟. Memória Josíæ, 268.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *An.* 1624. *tit. de Canonicis, &c. cap.* 9. §. 8.

DEcet Metropolitánam Ecclésiam, & álias Cathedráles Ecclésias, eas persónas in gravitáte & sciéntia commendátas ad Canonicátus elígere & assúmere, ut ex iis corpus Capítuli coaléscens, Senátus Episcopórum, unde consílium accérsant, méritò dici possit.

FERIA SEXTA.

De libro quarto Regum.

Lectio j. *c.* 24. 1. *ad* 4.

IN diébus Jóakim ascéndit Nabuchodónosor rex Babylónis, & factus est ei Jóakim servus tribus annis: & rursum rebellávit contra eum. Immisítque ei Dóminus latrúnculos Chaldæórũ, & latrúnculos Syriæ, & latrúnculos Moab, & latrúnculos filiórum Ammon; & immísit eos in Judam, ut dispérderent eum, juxta verbum Dómini, quod lo-

cútus fúerat per servos suos prophétas. Factum est autem hoc per verbum Dómini contra Judam, ut auférret eum coram se, propter peccáta Manásse univérsa quæ fecit, & propter sánguinem innóxium quem effúdit, & implévit Jerúsalem cruóre innocéntium; & ob hanc rem nóluit Dóminus propitiári.

℟. Surréxit, 266.

Lectio ij. *v.* 8. *ad* 14.

DEcem & octo annórum erat Jóachin, cùm regnáre cœpísset, & tribus ménsibus regnávit in Jerúsalem: nomen matris ejus Nohésta, filia Elnathan de Jerúsalem. Et fecit malum coram Dómino, juxta ómnia quæ fécerat pater ejus. In témpore illo ascendérunt servi Nabuchodónosor regis Babylónis in Jerúsalem, & circúmdata est urbs munitiónibus. Venítque Nabuchodónosor rex Babylónis ad civitátem cum servis suis, ut oppugnárent eam. Egressúsque est Jóachin rex Juda ad regem Babylónis, ipse & mater ejus, & servi ejus, & príncipes ejus, & eunúchi ejus; & suscépit eum rex Babylónis anno octávo regni sui. Et prótulit inde omnes thesáuros domûs Dómini, & thesáuros domûs régiæ; & concídit univérsa vasa áurea quæ fécerat Sálomon rex Israël in templo Dómini juxta verbum Dómini. Et tránstulit omnem Jerúsalem, & univérsos príncipes, & omnes fortes exércitûs, decem míllia, in captivitátem; & omnem artíficem & clusórem; nihílque relíctum est, excéptis paupéribus pópuli terræ.

℟. Accédens Elías, 266.

Lectio iij.

v. 15. *ad* 17. & *v.* 19. *ad fin.*

TRánstulit quoque Jóachin in Babylónẽ, & matrẽ regis, & uxóres regis, & eunúchos ejus; & júdices terræ duxit in captivitátẽ de Jerúsalẽ in Babylónẽ. Et omnes viros robústos, septem míllia, & artífices & clusóres mille, omnes viros fortes & bellatóres; duxítque eos rex Babylónis captívos in Babylónem. Et constítuit Matthániam pátruum ejus pro eo; imposuítque nomen ejus Sedéciam....... Et fecit malum coram Dómino, juxta ómnia quæ fécerat Jóakim. Irascebátur enim Dóminus contra Jerúsalem & contra Judam, donec projíceret eos à fácie sua: recessítque Sedécias à rege Babylónis.

℟. Amplificátus est, 267.

C A N O N.

Ex Concílio Aquisgranénsi.

An. 816. *lib.* 1. *cap.* 124.

DEcet ut Canonicórum talis sit véstium cultus, qui occasióne vanitátis cáreat; & nihil novitátis, nihil superfluitátis redóleat.

SABBATO.

SABBATO.

De libro quarto Regum.

Lectio j. *c.* 25. 1. *ad* 7.

FActum est anno nono regni (Sedéciæ,) mense décimo, décimâ die mensis, venit Nabuchodónosor rex Babylónis, ipse & omnis exércitus ejus in Jerúsalem, & circumdedérunt eam, & extruxérunt in circúitu ejus munitiónes. Et clausa est cívitas atque valláta usque ad undécimum annum regis Sedéciæ, nonâ die mensis: prævaluítque fames in civitáte, nec erat panis pópulo terræ. Et interrúpta est cívitas, & omnes viri bellatóres nocte fugérunt per viam portæ, quæ est inter dúplicem murum ad hortum regis: (porrò Chaldæi obsidébant in circúitu civitátem.) Fugit ítaque Sedécias per viam quæ ducit ad campéstria solitúdinis. Et persecútus est exércitus Chaldæórum, regem; comprehendítque eum in planítie Jéricho: & omnes bellatóres qui erant cum eo, dispérsi sunt, & reliquérunt eum. Apprehénsum ergo regem duxérunt ad regem Babylónis in Réblatha; qui locútus est cum eo judícium. Fílios autem Sedéciæ occídit coram eo, & óculos ejus effódit, vinxítque eum caténis, & addúxit in Babylónem.

Si fiat de Sabbato ℟℟℟. *sumentur ex II. Nocturno Dominicæ VII.*

Lectio ij. *v.* 8. *ad* 12.

MEnse quinto, séptimâ die mensis, ipse est annus nonus décimus regis Babylónis, venit Nabuzárdan princeps exércitûs, servus regis Babylónis, in Jerúsalem; & succéndit domum Dómini, & domum regis, & domos Jerúsalem, omnémque domum combússit igni. Et muros Jerúsalem in circúitu destrúxit omnis exércitus Chaldæórum, qui erat cum príncipe mílitum. Réliquam autem pópuli partem quæ remánserat in civitáte, & pérfugas qui transfúgerant ad regem Babylónis, & réliquum vulgus tránstulit Nabuzárdan princeps milítiæ: & de paupéribus terræ relíquit vinitóres & agrícolas.

Lectio iij. *v.* 27. *ad fin.*

FActum est verò in anno trigésimo séptimo transmigratiónis Jóachin regis Juda, mense duodécimo, vigésimâ séptimâ die mensis, sublevávit Evilmérodach rex Babylónis, anno quo regnáre cœperat, caput Jóachin regis Juda de cárcere. Et locútus est ei benignè; & pósuit thronum ejus super thronum regum qui erant cum eo in Babylóne; & mutávit vestes ejus quas habúerat in cárcere, & comedébat panem semper in con-

spéctu ejus cunctis diébus vitæ suæ. Annónam quoque constituit ei sine intermissióne, quæ & dabátur ei à rege per síngulos dies, ómnibus diébus vitæ suæ.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 24. cap. 12. de reform.

CAnónici vestitu decénti tam in Ecclésia quàm extra, assíduè utántur; ab illicitísque venatiónibus, aucúpiis, chóreis, tabérnis, lusibúsque abstíneant; atque eâ morum integritáte pólleant, ut méritò Ecclésiæ Senátus dici possit.

Ad Magníficat, *Ant.* 3. *a.* Numquid considerásti servum meum Job, quòd non sit ei símilis in terra, vir simplex & rectus, ac timens Deum, & recédens à malo, & adhuc rétinens innocéntiam? *Job* 2. 3.

Oratio, Páteant aures, *infrà ad Laudes.*

DOMINICA IX. *post Pentecosten.*

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber Job.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 3.

VIr erat in terra Hus, nómine Job, & erat vir ille simplex & rectus, ac timens Deum, & recédens à malo: natique sunt ei septem filii & tres fíliæ. Et fuit posséssio ejus septem míllia óvium, & tria míllia camelórum, quingénta quoque juga boum, & quingéntæ ásinæ, ac família multa nimis; erátque vir ille magnus inter omnes Orientáles.

℟. Job córruens in terram, adorávit, & dixit: * Nudus egréssus sum de útero matris meæ, & nudus revértar illuc: Dóminus dedit, Dóminus ábstulit: sit nomen Dómini benedíctum. *Job* 1. 20. 21. ℣. Nihil intúlimus in hunc mundum; haud dúbium quòd nec auférre quid póssumus. 1. *Tim.* 6. 7. * Nudus egréssus sum.

Lectio ij. *v.* 4. *ad* 5.

ET ibant filii ejus, & faciébant convívium per domos, unusquísque in die suo. Et mitténtes vocábant tres soróres suas ut coméderent & bíberent cum eis. Cùmque in orbem transíssent dies convívii, mittébat ad eos Job, & sanctificábat illos; consurgénsque dilúculo offerébat holocaústa pro síngulis. Dicébat enim: Ne fortè peccáverint filii mei, & benedíxerint Deo in córdibus suis. Sic faciébat Job cunctis diébus.

℟. Quis respondébit Deo? vel quis dícere potest: Cur ita facis? Deus cujus iræ nemo resístere potest, & sub quo curvántur qui portant orbem. * Quantus sum ego, ut respóndeam ei? *Job* 9. 12. 13. 14. ℣. O homo, tu quis es, qui res-

pondeas Deo? Rom. 9. 20. *Quantus.

Lectio iij. *v. 6. ad* 12.

QUâdam autem die, cùm venissent filii Dei ut assisterent coram Dómino, áffuit inter eos étiam satan. Cui dixit Dóminus: Unde venis? Qui respóndens, ait: Circuívi terram, & perambulávi eam. Dixítque Dóminus ad eum: Numquid considerásti servum meum Job, quòd non sit ei símilis in terra, homo simplex & rectus, ac timens Deum, & recédens à malo? Cui respóndens satan, ait: Numquid Job frustrà timet Deũ? nonne tu vallásti eum, ac domum ejus, universámque substántiam per circúitum, opéribus mánuum ejus benedixísti, & posséssio ejus crevit in terra? Sed exténde paúlulùm manum tuam, & tange cuncta quæ póssidet, nisi in fáciem benedíxerit tibi. Dixit ergo Dóminus ad satan: Ecce, univérsa quæ habet, in manu tua sunt: tantùm in eum ne exténdas manum tuam. Egressúsque est satan à fácie Dómini.

℟. Benedíctio peritúri super me veniébat, & cor víduæ consolátus sum: justítiâ indútus sum; * Oculus fui cæco, & pes claudo, † Pater eram paúperum. Job 29. 13. 14. 15. 16. ℣. Factus sum infirmis infirmus, ómnibus ómnia factus sum. 1. Cor. 9. 22. *Oculus. Glória. † Pater.

IN II. NOCTURNO.

Ex libris Morálium sancti Gregórii Papæ.

Lectio iv. *lib.* 2. *c.* 12.

DOminus dedit, Dóminus ábstulit: sicut Dómino plácuit, ita factum est.] Sanctus vir (Job) tentánte adversário, cuncta perdíderat, sed tamen sciens quia contra se satan tentándi vires, nisi permitténte Dño, non habébat, non ait: Dóminus dedit, diábolus ábstulit; sed, [Dóminus dedit, Dóminus ábstulit.] Fortásse enim fúerat doléndum, si quod Dóminus dedit, hostis abstulísset: at postquam non ábstulit, nisi ipse qui dedit, sua recépit, non nostra ábstulit: si enim ab illo accépimus, quibus in hac vita útimur, cur doleámus, quòd ipso judicánte exígimur, quo largiénte fenerámur? Nec aliquándo injústus est créditor, qui dum præfixo reddéndi témpore non constríngitur: quando vult, éxigit quod fenerátur. Ubi & benè subjúngitur: [Sicut Dómino plácuit, ita factum est.] Cùm enim in hac vita ea quæ nólumus, pátimur; necésse est, ut ad eum qui injústum velle nihil potest, stúdia nostræ voluntátis inclinémus.

℟. Beátus homo qui corrípitur à Deo: increpatiónem ergo Dómini ne répro-

bes; * Quia ipse vúlnerat, & medétur. *Job* 5. 17. 18. ℣. Noli neglígere disciplínam Dómini; neque fatigéris dum ab eo argúeris. *Hebr.* 12. 5. * Quia.

Lectio v.

MAgna quippe est consolátio in eo quod dísplicet, quòd illo ordinánte erga nos ágitur, cui non nisi justum placet. Si ígitur justa Deo placére scimus; pati autem nulla, nisi quæ Dómino placúerint, póssumus, justa sunt cuncta quæ pátimur, & valde injústum est, si de justa passióne murmurámus. Sed quia orátor fortis quo modo assertiónem partis suæ contra adversárium allegávit, audívimus; nunc quo modo in oratiónis suæ término júdicem benedicéndo laudet, audiámus. Séquitur: [Sit nomen Dómini benedíctū.] Ecce omne quod rectum sensit, Dómini benedictióne conclúsit, ut hinc adversárius inspíciat, & ad pœnam suam victus erubéscat; quia ipse Dómino cóntumax étiam in beatitúdine cónditus éxtitit, cui homo hymnum glóriæ étiam percússus dicit.

℟. Addidit Dóminus ómnia quæcúmque fúerant Job, duplícia; & fratres sui consoláti sunt eum: * Dóminus autem benedíxit novíssimis Job, magis quàm princípio ejus, *Job* 42. 10. 11. 12. ℣. Fidélis Deus est, qui non patiétur vos tentári supra id quod potéstis; sed fáciet étiam cum tentatióne provéntum. 1. *Cor.* 10. 13. * Dóminus autem benedíxit.

Lectio vj.

INtuéndum verò est, quia hostis noster tot nos jáculis pércutit, quot tentatiónibus afflígit. Quotídie namque in ácie stamus, quotídie tentatiónum ejus tela excípimus. Sed & nos contra illum jácula míttimus, si confóssi tribulatiónibus, humília respondémus. Beátus ígitur Job percússus damno rerum, percússus morte filiórum; quia vim dolóris vertit in laudem conditóris, dicens: [Dóminus dedit, Dóminus ábstulit: sicut Dómino plácuit, ita factum est; sit nomen Dómini benedíctum:] supérbum hostem humilitáte percússit, crudélem patiéntiâ stravit.

℟. Patiéntes estóte & vos, & confirmáte corda vestra; * Exémplum accípite labóris, & patiéntiæ: † Sufferéntiam Job audístis, & finem Dómini vidístis. *Jac.* 5. 8. 10. 11. ℣. Sustinéte misericórdiam Dómini: respícite natiónes hóminum; & scitóte quia nullus sperávit in Dómino, & confúsus est. *Eccli.* 2. 7. 11. * Exémplum. Glória. † Sufferéntiam.

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 19. 44. *ad* 47.

IN illo témpore; Ut appropinquávit Jesus Jerúsalem, videns civitátem, flevit super illam, dicens: Quia si cognovísses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi; nunc autem abscóndita sunt ab óculis tuis. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

Homil. 39. *in Evang. post initium.*

QUia evérsam jam Jerúsalem nóvimus, atque eversióne suâ in mélius commutátam, quia expúlsos latrónes à templo, atque ipsum jam dirutum scimus, debémus ex rebus exterióribus intrórsùs áliquam similitúdinem tráhere, atque ex evérsis ædifíciis parietum, morum ruínam timére. [Videns (enim) civitátem, flevit super illam, dicens: Quia si cognovísses, & tu.] Hoc semel egit, cùm peritúram civitátem esse nuntiávit. Hoc quotídie Redémptor noster per eléctos suos ágere nullátenus cessat, cùm quosdam ex bona vita ad mores réprobos perveníssE consíderat. Plangit enim eos qui nésciunt cur plangántur, qui, juxta Salomónis verba, [Lætántur cùm malè fécerint, & exúltant in rebus péssimis.] Qui si damnatiónem suam quæ eis ímminet, agnovíssent, semetípsos cum lácrymis electórum plángerent.

℟. Ut appropinquávit Jesus Jerúsalem, videns civitátem, flevit super illam, dicens: * Si cognovísses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi; nunc autem abscóndita sunt ab óculis tuis. *Luc.* 19. 41. 42. ℣. Si in via Dei ambulásses, habitásses útique in pace sempitérna. *Baruch* 3. 13. * Si cognovísses.

Lectio viij.

BEnè autem peritúræ ánimæ senténtia quæ súbditur, cónvenit: [Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi; nunc autem abscóndita sunt ab óculis tuis.] Suam hîc diem habet ánima pervérsa, quæ transitório gaudet in témpore. Cui ea quæ adsunt, ad pacem sunt: quia dum rebus temporálibus lætátur, dum honóribus extóllitur, dum in carnis voluptáte resólvitur, dum nullâ ventúræ pœnæ formídine terrétur, pacem habet in die sua, quæ grave damnatiónis suæ scándalum in die habébit aliéna. Ibi enim affligénda est, ubi justi lætabúntur: & cuncta quæ modò ei ad pacem sunt, tunc in amaritúdinem rixæ verténtur; quia rixári secum incípiet, cur damnatiónem quam pátitur non

expávit ; cur à prospiciéndis malis sequéntibus óculos mentis clausit.

℟. Vénient dies in te ; & circúmdabunt te inimíci tui vallo, * Et circúmdabunt te, & coangustábunt te úndique. *Luc.* 19. 43. ℣. Jáciam contra te ággerem, & muniménta ponam in obsidiónem tuam ; humiliáberis, & erit sicut pulvis multitúdo ventilántium te : erítque repéntè conféstim. *Isai.* 29. 3. 4. 5. 6. * Et circúmdabunt te.

Lectio ix.

UNde ei dícitur : [Nunc autem abscóndita sunt ab óculis tuis.] Pervérsa quippe ánima rebus præséntibus dédita, in terrénis voluptátibus resolúta, abscóndit sibi mala sequéntia ; quia prævidére futúra réfugit, quæ præséntem lætítiam pertúrbant : dumque in præséntis vitæ oblectatiónibus se déserit, quid áliud quàm clausis óculis ad ignem vadit ? Unde benè scriptum est : [In die bonórum ne ímmemor sis malórum.]. Et inde per Paulum dícitur : [Qui gaudent, tanquam non gaudéntes sint.] Quia, & si qua est præséntis témporis, ita est agénda lætítia, ut nunquam amaritúdo sequéntis judícii recédat à memória : quátenus dum mens pávida extrémæ ultiónis timóre transfígitur, quantùm nunc præsens lætítia, tantùm pòst ira súbsequens temperétur.

℟. Ad terram prostérnent te, & fílios tuos qui in te sunt ; * Et non relínquent in te lápidem super lápidem, eò quòd non cognóveris tempus visitatiónis tuæ. *Luc.* 19. 44. ℣. Congregábo omnes gentes ad Jerúsalem in prælium ; & capiétur cívitas, & vastabúntur domus. *Zach.* 14. 1. 2. * Et non relínquent. Glória. * Et non relínquent.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. G. Ingréssus Jesus in templum, cœpit ejícere vendéntes in illo, & eméntes ; & erat quotídie in templo. *Luc.* 19. 45. 47.

Oratio. Orémus.

PAteant aures misericórdiæ tuæ, Dñe, précibus supplicántium ; & ut peténtibus desideráta concédas, fac eos, quæ tibi sunt plácita, postuláre ; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Vaurénsi.

An. 1368. *cap.* 84.

PArochiáni diébus Domínicis & Festívis ad suam Parochiálem Ecclésiam véniant, Missas íntegras auditúri.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. *G.* * Scriptum est : Quia domus mea, domus oratiónis est : Vos autem fecístis illam spelúncam latrónum. *Luc.* 19. 46.

FERIA SECUNDA.

De libro Job.

Lectio j.

c. 1. 13. *ad* 16.

CUm autem quâdam die filii & filiæ ejus comédérent, & bíberent vinum in domo fratris sui primogéniti, núntius venit ad Job, qui díceret: Boves arábant, & ásinæ pascebántur juxta eos, & irruérunt Sabæi, tulerúntque ómnia, & púeros percussérunt gládio, & evási ego solus ut nuntiárem tibi. Cùmque adhuc ille loquerétur, venit alter, & dixit: Ignis Dei cécidit è cœlo, & tactas oves puerósque consúmpsit, & effúgi ego solus ut nuntiárem tibi.

℟. Job córruens, 290.

Lectio ij.

v. 17. *ad* 19.

SEd & illo adhuc loquénte, venit álius, & dixit: Chaldæi fecérunt tres turmas, & invasérunt camélos, & tulérunt eos, nec non & púeros percussérunt gládio, & ego fugi solus ut nuntiárem tibi. Adhuc loquebátur ille, & ecce álius intrávit, & dixit: Fíliis tuis & filiábus vescéntibus, & bibéntibus vinum in domo fratris sui primogéniti, repéntè ventus véhemens irruit à regióne desérti, & concússit quátuor ángulos domûs, quæ córruens oppréssit líberos tuos, & mórtui sunt, & effúgi ego solus ut nuntiárem tibi.

℟. Quis respondébit, 290.

Lectio iij. *v.* 20. *ad fin.*

TUnc surréxit Job, & scidit vestiménta sua, & tonso cápite córruens in terram, adorávit, & dixit: Nudus egréssus sum de útero matris meæ, & nudus revértar illuc: Dóminus dedit, Dóminus ábstulit: sicut Dómino plácuit, ita factum est: sit nomen Dómini benedíctum. In ómnibus his non peccávit Job lábiis suis, neque stultum quid contra Deum locútus est.

℟. Benedíctio peritúri, 291.

CANON.

Ex Concílio Basileénsi.

An. 1431. *Seß.* 21. *cap.* 4.

QUi in Matutínis ante finem Psalmi, *Veníte, exultémus*, in áliis Horis ante finem primi Psalmi, in Missa ante últimum *Kyrie, eléïson*, usque in finem divíno Officio non interfúerit, nisi fortè necessitáte cogénte, ac petítâ & obténtâ à Præside Chori licéntiâ, discédere opórteat, pro illa Hora absens censeátur; salvis Ecclesiárum consuetudínibus, si quæ fortè circa hoc arctióres exístant.

FERIA TERTIA.

De libro Job.

Lectio j. *c.* 2. 1. *ad* 5.

FActum est cùm quâdam die veníssent filii Dei, & starent coram Dómino, venísset quoque satan inter eos, & staret in conspéctu ejus, ut díceret Dóminus ad satan: Unde venis? Qui respóndens, ait: Circuívi terram; & perambulávi eam. Et dixit Dóminus ad satan: Numquid considerásti servum meum Job, quòd non sit ei símilis in terra, vir simplex & rectus, ac timens Deum, & recédens à malo, & adhuc rétinens innocéntiam: Tu autem commovísti me advérsùs eum, ut affligerem eum frustrà. Cui respóndens satan, ait: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro ánima sua; alióquin mitte manum tuam, & tange os ejus & carnem, & tunc vidébis quòd in fáciem benedicat tibi.

℞. Beátus homo, 291.

Lectio ij. *v.* 6. *ad* 10.

DIxit ergo Dóminus ad satan: Ecce, in manu tua est, verúmtamen ánimam illíus serva. Egréssus igitur satan à fácie Dómini, percússit Job úlcere péssimo, à planta pedis usque ad vérticem ejus: qui testâ sániem radébat, sedens in sterquilínio. Dixit autem illi uxor sua: Adhuc tu pérmanes in simplicitáte tua? bénedic Deo, & mórere. Qui ait ad illam: Quasi una de stultis muliéribus locúta es: si bona suscépimus de manu Dei, mala quare non suscipiámus? In ómnibus his non peccávit Job lábiis suis.

℞. Addidit Dóminus, 292.

Lectio iij. *v.* 11. *ad fin.*

IGitur audiéntes tres amíci Job omne malum quod accidísset ei, venérunt sínguli de loco suo, Eliphaz Themanítes, & Baldad Suhítes, & Sophar Naamathítes. Condixerant enim, ut páriter veniéntes visitárent eum, & consolaréntur. Cùmque elevássent procul óculos suos, non cognovérunt eum; & exclamántes ploravérunt, scissísque véstibus sparsérunt púlverem super caput suum in cœlum. Et sedérunt cum eo in terra septem diébus & septem nóctibus, & nemo loquebátur ei verbum; vidébant enim dolórem esse veheméntem.

℞. Patiéntes estóte, 292.

CANON.

Ex Concílio Senonénsi.

An. 1528. *in decretis morum, cap.* 18.

STatúimus, ut in Ecclésiis, horis débitis, laudes divínæ per síngulas Horas, non cursim ac festinán-

ter, sed tractim cum pausa decénti, (præsértim in médio cujúslibet Versículi Psalmórum) débitam faciéndo inter solémne & feriále Officium differéntiam, reveréntter ab ómnibus persolvántur.

FERIA QUARTA.

De libro Job.

Lectio j. *c.* 3. 1. *ad* 10.

POst hæc apéruit Job os suum, & maledíxit diéi suo, & locútus est: Péreat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est: Concéptus est homo. Dies ille vertátur in ténebras, non requírat eum Deus désuper, & non illustrétur lúmine. Obscúrent eum ténebræ, & umbra mortis; óccupet eum calígo, & involvátur amaritúdine. Noctem illam tenebrósus turbo possídeat, non computétur in diébus anni, nec numerétur in ménsibus. Sit nox illa solitária, nec laude digna. Maledícant ei qui maledícunt diéi, qui paráti sunt suscitáre Levíathan: obtenebréntur stellæ calígine ejus: expéctet lucem, & non vídeat, nec ortum surgéntis auróræ; quia non conclúsit óstia ventris qui portávit me, nec ábstulit mala ab óculis meis.

℟. Job córruens, 290.

Lectio ij. *c.* 4. 1. *ad* 9.

REspóndens autem Elíphaz Themanítes, dixit: Si cœpérimus loqui tibi, fórsitan moléstè accípies; sed concéptum sermónem tenére quis póterit? Ecce docuísti multos, & manus lassas roborásti; vacillántes confirmavérũt sermónes tui, & génua treméntia confortásti: nunc autem venit super te plaga, & defecísti; tétigit te, & conturbátus es. Ubi est timor tuus, fortitúdo tua, patiéntia tua, & perféctio viárum tuárum? Recordáre, óbsecro te, quis unquam ínnocens périit? aut quando recti deléti sunt? Quin pótiùs vidi eos qui operántur iniquitátem, & séminant dolóres, & metunt eos, flante Deo, perísse, & spíritu iræ ejus esse consúmptos.

℟. Quis respondébit, 290.

Lectio iij. *c.* 6. 1. *ad* 4.

REspóndens autem Job, dixit: Utinam appenderéntur peccáta mea, quibus iram mérui; & calámitas quam pátior, in statéra: quasi aréna maris hæc grávior apparéret: unde & verba mea dolóre sunt plena: quia sagíttæ Dómini in me sunt, quarum indignátio ébibit spíritum meum, & terróres Dómini mílitant contra me.

℟. Benedíctio peritúri, 291.

CANON.

Ex Concílio Senonénsi.

An. 1528. in decretis morum, cap. 18.

HOras Canónicas dictúri, ... cùm in Choro fúerint, gravitátem servent quam locus & officium expóscunt; non cum áliis confabulántes seu colloquéntes, aut lítteras seu scriptúras álias legéntes; ..... sed omnes, præsértim qui majóri funguntur honóre, in Psalmis, Hymnis & Cánticis, Deo alácriter moduléntur.

FERIA QUINTA.

De libro Job.

Lectio j. *c. 8. 1. ad 7.*

REspóndens Baldad Suhítes, dixit: Usquequo loquéris tália, & spíritus múltiplex sermónes oris tui? Numquid Deus supplántat judícium? aut Omnípotens subvértit quod justum est? Etiamsi fílii tui peccavérunt ei, & dimísit eos in manu iniquitátis suæ; tu tamen si dilúculo consurréxeris ad Deum, & Omnipoténtem fúeris deprecátus; si mundus & rectus incésseris, statim evigilábit ad te, & pacátum reddet habitáculum justítiæ tuæ; in tantum, ut si prióra tua fúerint parva, & novíssima tua multipliceńtur nimis.

℟. Beátus homo, 291.

Lectio ij. *c. 9. 1. ad 10.*

ET respóndens Job, ait: Verè scio quòd ita sit, & quòd non justificétur homo compósitus Deo. Si volúerit conténdere cum eo, non póterit ei respondére unum pro mille. Sápiens corde est, & fortis róbore: quis réstitit ei, & pacem hábuit? Qui tránstulit montes, & nesciérunt hi quos subvértit in furóre suo. Qui cómmovet terram de loco suo, & colúmnæ ejus concutiúntur. Qui præcipit soli, & non óritur; & stellas claudit quasi sub signáculo. Qui exténdit cœlos solus, & gráditur super fluctus maris. Qui facit Arctúrum, & Orióna, & Hyadas, & interióra Austri. Qui facit magna, & incomprehensibília, & mirabília, quorum non est númerus.

℟. Addidit Dóminus, 292.

Lectio iij. *c. 11. 1. ad 6.*

REspóndens autem Sophar Naamathítes, dixit: Numquid qui multa lóquitur, non & áudiet? aut vir verbósus justificábitur? Tibi soli tacébunt hómines? & cùm céteros irríseris, à nullo confutáberis? Dixísti enim: Purus est sermo meus, & mundus sum in conspéctu tuo. Atque útinam Deus loquerétur tecum, & aperíret lábia sua tibi; ut osténderet tibi secréta sapiéntiæ, & quòd múltiplex esset lex ejus; & intellígeres quòd

multò minóra exigáris abeo, quàm merétur iníquitas tua.

℟. Patiéntes estóte, 292.

C A N O N.

Ex Concílio Senonénsi.
An. 1528. in decretis morum, cap. 18.

NEmo, cùm Horæ in commúni cantántur, legat vel dicat privátim Offícium. Nam non solùm Officium, quo obnóxius est, Choro súbtrahit; sed & álios psalléntes pertúrbat. Horum autem transgressóres, illíus Horæ in qua circa prædícta excésserint, vel ália majóri, prout transgressiónis grávitas exégerit, plectántur pœnâ.

FERIA SEXTA.
De libro Job.

Lectio j. *c.* 32. 1. *ad* 5.

OMisérunt tres viri isti respondére Job, eò quòd justus sibi viderétur. Et irátus, indignatúsque est Eliu fílius Barachel Buzítes, de cognatióne Ram. Irátus est autem advérsùm Job, eò quòd justum se esse díceret coram Deo. Porrò advérsùm amícos ejus indignátus est, eò quòd non inveníssent responsiónem rationábilem, sed tantúmmodo condemnássent Job. Igitur Eliu expectávit Job loquéntem, eò quòd senióres essent qui loquebántur. Cùm autem vidísset quòd tres respondére non potuíssent, irátus est veheménter.

℟. Job córruens, 290.

Lectio ij. *c.* 36. 1. *ad* 7.

ADdens quoque Eliu, hæc locútus est: Sústine me paúlulùm, & indicábo tibi; adhuc enim hábeo quod pro Deo loquar: répetam sciéntiam meam à princípio, & operatórem meum probábo justum: verè enim absque mendácio sermónes mei, & perfécta sciéntia probábitur tibi. Deus poténtes non ábjicit, cùm & ipse sit potens: sed non salvat ímpios, & judícium paupéribus tribuit: non áuferet à justo óculos suos, & reges in sólio cóllocat in perpétuum, & illi erigúntur.

℟. Quis respondébit, 290.

Lectio iij. *c.* 38. 1. *ad* 11.

REspóndens autem Dóminus Job de túrbine, dixit: Quis est iste invólvens senténtias sermónibus imperítis? Accínge sicut vir lumbos tuos: intérrogábo te, & respónde mihi. Ubi eras, quando ponébam fundaménta terræ? Indica mihi, si habes intelligéntiam. Quis pósuit mensúras ejus, si nosti? vel quis teténdit super eam líneam? super quo bases illíus solidátæ sunt? aut quis demísit lápidem anguláren ejus, cùm me laudárent simul astra matutína, & jubilárent omnes fílii Dei? Quis conclú-

sit óstiis mare, quando erumpébat quasi de vulva procédens: cùm pónerem nubem vestiméntum ejus, & calígine illud quasi pannis infántiæ obvólverem? Circúmdedi illud términis meis, & pósui vectem, & óstia; & dixi: Usque huc vénies, & non procédes ámpliùs, & hic confrínges tuméntes fluctus tuos.

℟. Benedíctio peritúri, 291.

CANON.

Ex Concílio Senonénsi.

An. 1528. *in decretis morum, cap.* 19.

QUicúmque in Ecclésia beneficiátus, præsértim de majóribus, divinórum témpore per Ecclésiam vel foris circa eam deambulándo, aut cum áliis colloquéndo vagári visus fúerit; non solùm illíus Horæ, sed totíus diéi distributiónes ipso facto amíttat; & si semel corréptus non destíterit, per mensem distributiónibus cáreat: &, si pertinácia exégerit, gravióri pœnæ subjiciátur.

SABBATO.

De libro Job.

Lectio j. *c.* 42. 1. *ad* 6.

REspóndens Job Dómino, dixit: Scio quia ómnia potes, & nulla te latet cogitátio. Quis est iste qui celat consílium absque sciéntia? ídeo insipiénter locútus sum, & quæ ultra modum excéderent sciéntiam meam. Audi, & ego loquar: interrogábo te, & respónde mihi. Audítu auris audívi te, nunc autem óculus meus videt te. Idcírco ipse me reprehéndo, & ago pœniténtiam in favílla & cínere.

Si fiat de Sabbato, ℟℟℟. *sumentur ex II. Nocturno Dominicæ præcedentis.*

Lectio ij. *v.* 7. *ad* 8.

POstquam autem locútus est Dóminus verba hæc ad Job, dixit ad Eliphaz Themaníten: Irátus est furor meus in te, & in duos amícos tuos, quóniam non estis locúti coram me rectum, sicut servus meus Job: súmite ergo vobis septem tauros, & septem aríetes, & ite ad servum meum Job, & offérte holocáustum pro vobis: Job autem servus meus orábit pro vobis; fáciem ejus suscípiam, ut non vobis imputétur stultítia; neque enim locúti estis ad me recta, sicut servus meus Job.

Lectio iij. *v.* 9. 10. & 16.

ABiérunt ergo Eliphaz Themanítes, & Baldad Suhítes, & Sophar Naamathítes, & fecérunt sicut locútus fúerat Dóminus ad eos; & suscépit Dóminus

ciem Job. Dóminus quoque convérsus est ad pœniténtiam Job, cùm oráret pro amícis suis. Et áddidit Dóminus ómnia quæcúmque fúerant Job, dúplicia..... Vixit autem Job post hæc, centum quadragínta annis; & vidit fílios suos, & fílios filiórum suórum usque ad quartam generatiónem; & mórtuus est senex & plenus diérum.

CANON.

Ex Concílio Coloniénsi.

An. 1536. *part.* 3. *cap.* 13.

UTinam optándo à Deo óptimo máximo consequi possímus, ne quisquam lucri causâ divínis interésset; alióqui non accessúrus sacra, véluti quem nummi magìs quàm Dei amor in templum trahit, quæstum pietátem esse putans; qui, non dúbium, ex número eórum est, de quibus Isaías dixit: Omnes díligunt múnera, sequúntur retributiónes.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. a. Cùm ab infántia semper Deum timúerit, non est contristátus contra Deum quòd plaga cæcitátis evénerit ei, sed immóbilis in Dei timóre permánsit, agens grátias Deo ómnibus diébus vitæ suæ. *Tob.* 2. 13. 14.

Oratio, Omnipoténs, sempitérne Deus, *infrà ad Laudes.*

DOMINICA X.

post Pentecosten.

In I. Nocturno.

Incipit liber Tobíæ.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 8.

TObías ex tribu & civitáte Néphthali, (quæ est in superióribus Galilææ supra Naásson, post viam quæ ducit ad Occidéntem, in sinístro habens civitátem Sephet,) cùm captus esset in diébus Salmánasar regis Assyriórum, in captivitáte tamen pósitus, viam veritátis non deséruit; ita ut ómnia quæ habére póterat, quotídie concaptívis frátribus qui erant ex ejus génere, impertíret. Cùmque esset júnior ómnibus in tribu Néphthali, nihil tamen pueríle gessit in ópere. Dénique cùm irent omnes ad vítulos áureos quos Jeróboam fécerat rex Israël, hic solus fugiébat consórtia ómnium; sed pergébat in Jerúsalem ad templum Dómini, & ibi adorábat Dóminum Deum Israël, ómnia primitíva sua & décimas suas fidéliter ófferens, ita ut in tértio anno proselýtis & ádvenis ministráret omnem decimatiónem. Hæc & his simília secúndùm legem Dei puérulus observábat.

℟. Tobías in captivitá pósitus, viam veritátis non deséruit; cùmque irent o

nes ad vítulos aúreos quos Jeróboam fécerat, * Pergébat in Jerúsalem ad templum Dómini, & ibi adorábat. *Tob.* 1. 2. 5. 6. ℣. Jerosólymis est locus ubi adoráre opórtet. *Joan.* 4. 20. * Pergébat.

Lectio ij. *v.* 9. *ad* 14.

CUm verò factus esset vir, accépit uxórem Annam de tribu sua; genuítque ex ea filium, nomen suum impónens ei, quem ab infántia timére Deum dócuit, & abstinére ab omni peccáto. Igitur cùm per captivitátem devenísset cum uxóre sua, & filio in civitátem Níniven cum omni tribu sua; (cùm omnes éderent ex cibis gentílium,) iste custodívit ánimam suam, & nunquam contaminátus est in escis eórum. Et quóniam memor fuit Dómini in toto corde suo, dedit illi Deus grátiam in conspéctu Salmánasar regis; & dedit illi potestátem quocúmque vellet ire, habens libertátem quæcúmque fácere voluísset.

℟. Quómodo potúeris, esto miséricors: si multum tibi fúerit, abundánter tríbue; * Si exíguum tibi fúerit, étiam exíguum libénter impertíri stude. *Tob.* 4. 8. 9. ℣. Si volúntas prompta est, secúndùm id quod habet accépta est. 2. *Cor.* 8. 12. * Si exíguum.

Lectio iij. *v.* 15. *ad* 20.

PErgébat ergo ad omnes qui erant in captivitáte, & mónita salútis dabat eis. Cùm autem venísset in Rages civitátem Medórum, & ex his quibus honorátus fúerat à rege, habuísset decem talénta argénti; & cùm in multa turba géneris sui Gabélum egéntem vidéret, qui erat ex tribu ejus, sub chirógrapho dedit illi memorátum pondus argénti. Post multum verò témporis, mórtuo Salmánasar rege, cùm regnáret Sennácherib filius ejus pro eo, & filios Israël exósos habéret in conspéctu suo; Tobías quotídie pergébat per omnem cognatiónem suam, & consolabátur eos, dividebátque unicuíque, prout póterat, de facultátibus suis; esuriéntes alébat, nudísque vestiménta præbébat, & mórtuis atque occísis sepultúram solícitus exhibébat.

℟. Noli timére, fili mi; paúperem quidem vitam gérimus, sed * Multa bona habébimus, si timuérimus Deum, & recessérimus ab omni peccáto, & fecérimus benè. *Tob.* 4. 23. ℣. Nonne Deus elégit paúperes in hoc mundo, dívites in fide, & herédes regni, quod repromísit diligéntibus se? *Jac.* 2. 5. * Multa. Glória. * Multa.

IN II. NOCTURNO.
Ex libro sancti Ambrósii Epíscopi, de Tobía.
Cap. 1. §. 1. 2. 3.
Lectio iv.

LEcto prophético libro qui inscríbitur Tobías, quamvis plenè vobis virtútes sancti Prophétæ Scriptúra insinuáverit, tamen compendiário mihi sermóne de ejus méritis recenséndis & opéribus apud vos utèndum árbitror; ut ea quæ Scriptúra histórico more digéssit látiùs, nos strictiùs comprehendámus, virtútum ejus génera velut quodam breviário colligéntes. Fuit vir justus, miséricors, hospitális, & hoc virtútum prædìtus choro, súbiit ærúmnam captivitátis, quam ferébat humíliter atque patiénter, commúnem magis injúriam, quàm privátam dolens; nec sibi virtútum suffrágia nihil profuísse deplórans, sed magìs eam sibi contuméliam minórem peccatórum suórum prétio illátam arbitrátus. Méruit edíctum, ne quis ex fíliis captivitátis mórtuum sepultúræ daret.

℟. Cognáti Tobíæ irridébant vitam ejus. Tobías verò increpábat eos, dicens: * Fílii sanctórum sumus, vitam illam expectámus quam Deus datúrus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo. *Tob.* 2. 15. 17. 18. ℣. Teneámus spei nostræ confessiónem indeclinábilem; fidélis enim est qui repromísit. *Hebr.* 10. 23. * Fílii.

Lectio v. §. 3. 4. 5.

AT ille interdícto non revocabátur magis quàm incitabátur, ne deséreret offícium pietátis, mortis metu viderétur; erat enim misericórdiæ prétium, mortis pœna. Talis flagítii deprehénsus reus, vix tandem per amícum pótuit dirépto património egénus & exul restítui suis. Iterum in his versabátur offíciis; & si quid aliménti foret, peregrínum cum quo cibum súmeret, quærébat. Itaque cùm fessus à sepultúræ revertísset múnere, appósitis sibi edéndi subsídiis, misso fílio, quærébat consórtem convívii. Dum convíva accersítur, nuntiátis insepúlti córporis relíquiis, convívium deserébat; nec putábat pium, ut ipse cibum súmeret, cùm in público corpus jacéret exánime. Hoc illi quotidiánum opus, & magnum opus, & magnum quidem.

℟. Dixit Angelus: Quando orábas cum lácrymis, & sepeliébas mórtuos, & derelinquébas prándium tuũ, * Ego óbtuli oratiónem tuam Dómino. *Tob.* 12. 12. ℣. Oratiónes tuæ & eleemósynæ tuæ ascendérunt in memóriam in conspéctu Dei. *Act.* 10. 4. * Ego.

Lectio vj. *cap.* 2. §. 6. 7.

TAm sancto fessus offício Prophéta dum requiéscit in cubículo suo, cadénte de pásserum nido albúgine cæcitátem íncidit, nec conquéstus ingémuit, nec dixit: Hæc merces labórum meórum. Fraudári magìs se dóluit obsequiórũ quàm oculórum múnere; nec cæcitátem pœnam, sed impediméntum putábat..... Commendáverat próximo suo pecúniam quamdam, quam toto vitæ suæ témpore in tanta indigéntia non popóscit. Vix ubi se fessum vidit, & depósitum senectúte, insinuávit filio; non tam cúpiens commendátum repóscere, quàm solícitus ne fraudáret herédem. Quòd ígitur commendávit pecúniam, & non fenerávit, justi servávit officium. Malum est enim fenus quo quærúntur usúræ: sed non illud fenus malum, de quo scriptum est: [Fénera próximo tuo in témpore necessitátis illíus.]

℟. Quia accéptus eras Deo, * Necésse fuit ut tentátio probáret te; & * Nunc misit me Dóminus ut curárem te, & Saram uxórem filii tui à dæmónio liberárem. *Tob.* 12. 13. 14. ℣. Quem díligit Dóminus castígat, flagéllat autem omnem filium quem récipit. *Hebr.* 12. 6. * Necésse fuit. Glória. † Nunc.

IN III. NOCTURNO.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 18. 9. *ad* 14.

IN illo témpore; Dixit Jesus & ad quosdam qui in se confidébant tanquam justi, & aspernabántur céteros, parabólam istam: Duo hómines ascendérunt in templum ut orárent, unus Pharisæus, & alter Publicánus. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Serm. 115. *de verb. Evang.*

PHarisæus dicébat: [Grátias tibi, Deus, quia non sum sicut céteri hómines.] Díceret saltem, sicut multi hómines. Quid est, sicut céteri hómines; nisi omnes præter ipsum? Ego, inquit, justus sum, céteri peccatóres. [Non sum sicut céteri hómines, injústi, raptóres, adúlteri.] Et ecce tibi ex vicíno Publicáno majóris tumóris occásio. [Sicut, (inquit,) Publicánus iste.] Ego, inquit, solus sum, iste de céteris est. Non sum, inquit, talis qualis iste, per justítias meas, quibus iníquus non sum.

℟. Dixit Jesus ad quosdam qui in se confidébant tanquam justi, & aspernabántur céteros: * Duo hómines ascendérunt in templum ut orárent, unus Pharisæus, & alter Publicánus. *Luc.* 18. 9. 10. ℣. Non est apud Dóminum glória pec-

ronæ : qui adórat Deum in oblectatióne, suscipiétur; & deprecátio illíus usque ad nubes propinquábit. *Eccli.* 35. 15. 20. * Duo hómines.

Lectio viij.

JEjúno bis in Sábbato, décimas do ómnium quæcúmque posſídeo.] Quid rogáverit Deum, quære in verbis ejus, non invénies. Ascéndit oráre; nóluit Deum rogáre, sed se laudáre. Parum est non Deum rogáre, sed se laudáre; ínsuper & rogánti insultáre. Publicánus autem de longínquo stabat, & Deo tamen ipse propinquábat. Cordis consciéntia removébat, píetas applicábat. Publicánus de longínquo stabat; sed Dóminus eum de propínquo attendébat.

℞. Ne accésseris ad Dóminum dúplici corde, * Ne fúeris hypócrita in conspéctu hóminum, & non scandalizéris in lábiis tuis. *Eccli.* 1. 36. 37. ℣. Pharisæus stans hæc apud se orábat: Deus, grátias ago tibi, quia non sum sicut céteri hóminum. *Luc.* 18. 11. * Ne fúeris.

Lectio ix.

EXcélsus enim Dóminus & humília réspicit :] excélsos autem, quaiis erat ille Pharisæus, à longè cognóscit. Excélsa quidem Deus à longè cognóscit, sed non ignóscit. Adhuc audi humilitátem Publicáni. Parum est, quia de longínquo stabat; nec óculos suos ad cœlum levábat: ut aspicerétur, non aspiciébat. Respícere sursum non audébat: premébat consciéntia, spes sublevábat. Adhuc audi : [Percutiébat pectus suum.] Pœnas de seípso exigébat; proptérea Dóminus confiténti parcébat. [Percutiébat pectus suum, dicens: Dómine, propítius esto mihi peccatóri.] Ecce qui rogat. Quid miráris, si Deus ignóscit, quando ipse se agnóscit?

℞. Publicánus à longè stans nolébat nec óculos ad cœlum leváre. * Dico vobis : Descéndit hic justificátus in domum suam ab illo. *Luc.* 18. 13. 14. ℣. Humília te in ómnibus, & coram Deo invénies grátiam. *Eccli.* 3. 20. * Dico. Glória. * Dico.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D. * Publicánus percutiébat pectus suum, dicens : Deus, propítius esto mihi peccatóri. *Luc.* 8. 13.

Oratio. Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui abundántiâ pietátis tuæ & mérita súpplicum excédis & vota; effúnde super nos misericórdiam tuam; ut dimíttas quæ consciéntia métuit, & adjícias quod orátio non præsúmit; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Turonénsi.

An 1583. *tit.* 8. *de Euchariſt. & Miſſæ ſacrificio.*

MIſſas primam, majórem, Parœciáles, & in iis Ecclésiis quibus duæ Miſſæ debent aut consuevérunt celebrári, horâ conveniénte, útpote sextâ & nonâ ante merídiem, non priùs aut tárdiùs célebrent hi quibus incúmbit, poténtûm quorúmvis, étiam nobílium, aut aliárum personárum favóre, précibus, minis seu comminatiónibus, in contrárium non prævalitúris.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. *G.** Omnis qui se exáltat, humiliábitur; & qui se humíliat, exaltábitur. *Luc.* 18. 14.

FERIA SECUNDA.

De libro Tobíæ.

Lectio j. *c.* 2. 1. *ad* 6.

POst hæc cùm esset dies festus Dómini, & factum esset prándium bonum in domo Tobíæ, dixit fílio suo: Vade, & adduc áliquos de tribu nostra, timéntes Deum, ut epuléntur nobíscum. Cùmque abiísset, revérsus nuntiávit ei unum ex fíliis Israël jugulátum jacére in platéa. Statímque exíliens de accúbitu suo, relínquens prándium jejúnus pervénit ad corpus; tolléńsque illud portávit ad domum suam occúltè, ut, dum sol occubuísset, cautè sepelíret eum. Cùmque occultásset corpus, manducávit panem cum luctu & tremóre, mémorans illum sermónem quem dixit Dóminus per Amos Prophétam: Dies festi vestri converténtur in lamentatiónem & luctum.

℟. Tobías, 301.

Lectio ij. *v.* 7. *ad* 12.

CUm verò sol occubuísset, ábiit, & sepelívit eum. Arguébant autem eum omnes próximi ejus, dicéntes: Jam hujus rei causâ interfíci jussus es, & vix effugísti mortis impérium, & íterum sépelis mórtuos? Sed Tobías plùs timens Deum quàm regem, rapiébat córpora occisórum, & occultábat in domo sua, & médiis nóctibus sepeliébat ea. Cóntigit autem ut quâdam die fatigátus à sepultúra, véniens in domum suam, jactásset se juxta paríetem, & obdormísset, & ex nido hirúndinum dormiénti illi cálida stércora incíderent super óculos ejus, fierétque cæcus. Hanc autem tentatiónem ídeo permísit Dóminus evenire illi, ut pósteris darétur exémplum patiéntiæ ejus, sicut & sancti Job.

℟. Quómodo, 302.

Lectio iij.

c. 2. 19. *ad fin.* & *c.* 3. 1. *ad* 4.

ANna verò uxor ejus ibat ad opus textrínum quotidie, & de labóre mánuum

suárum victum, quem cónsequi póterat, deferébat. Unde factum est, ut hœdum caprárum accípiens detulísset domi; cujus cùm vocem balántis vir ejus audísset, dixit: Vidéte ne fortè furtívus sit: réddite eum dóminis suis; quia non licet nobis aut édere ex furto áliquid, aut contíngere. Ad hæc uxor ejus iráta respóndit: Manifèstè vana facta est spes tua, & eleemósynæ tuæ modò apparuérunt. Atque his & áliis hujuscémodi verbis exprobrábat ei. Tunc Tobías ingémuit, & cœpit oráre cum lácrymis, dicens: Justus es, Dómine, & ómnia judícia tua justa sunt; & omnes viæ tuæ, misericórdia, & véritas, & judícium: & nunc, Dómine, memor esto meî, & ne vindíctam sumas de peccátis meis, neque reminiscáris delícta mea, vel paréntum meórum; quóniam non obedívimus præcéptis tuis, ídeo tráditi sumus in direptiónem, & captivitátem, & mortem, & in fábulam, & in impropérium ómnibus natiónibus in quibus dispersísti nos.

℟. Noli timére, 302.

CANON.

Ex Concílio Vaurénsi.

An. 1368. *cap.* 52.

NUllus Canónicus distributiónes quotidiánas, quæ solis Horis canónicis intereséntibus dari debent, recípiat, nisi in eísdem Horis personáliter intérsit, aut occasióne dicti Officii, & pro negótiis Capítuli utílibus, omni fraude cessánte, fúerit personáliter occupátus, seu infirmitáte deténtus.

FERIA TERTIA.

De libro Tobíæ.

Lectio j. *c.* 4. 1. *ad* 6.

CUm Tobías putáret oratiónem suam exaudíri ut mori potuísset, vocávit ad se Tobíam fílium suum, dixítque ei: Audi, fili mi, verba oris mei, & ea in corde tuo, quasi fundaméntum cónstrue. Cùm accéperit Deus ánimam meam, corpus meum sépeli: & honórem habébis matri tuæ ómnibus diébus vitæ ejus; memor enim esse debes, quæ & quanta perícula passa sit propter te in útero suo. Cùm autem & ipsa compléverit tempus vitæ suæ, sepélias eam circa me. Omnibus autem diébus vitæ tuæ in mente habéto Deum; & cave ne aliquándo peccáto conséntias, & prætermíttas præcépta Dómini Dei nostri.

℟. Cognáti Tobíæ, 303.

Lectio ij. *v.* 7. *ad* 14.

EX substántia tua fac eleemósynam, & noli avértere fáciem tuam ab ullo paú-

pere; ita enim fiet ut nec à te avertátur fácies Dómini. Quómodo potúeris, ita esto miséricors. Si multum tibi fúerit, abundánter tríbue; si exíguum tibi fúerit, étiam exíguum libénter impertíri stude: præmium enim bonum tibi thesaurízas in die necessitátis; quóniam eleemósyna ab omni peccáto, & à morte líberat, & non patiétur ánimam ire in ténebras. Fidúcia magna erit coram summo Deo eleemósyna ómnibus faciéntibus eam. Atténde tibi, fili mi, ab omni fornicatióne; & præter uxórem tuam nunquam patiáris crimen scire. Supérbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominári permíttas; in ipsa enim inítium sumpsit omnis perdítio.

℞. Dixit Angelus, 303.

Lectio iij. *v.* 15. *ad fin.*

QUicúmque tibi áliquid operátus fúerit, statim ei mercédem restítue, & merces mercenárii tui apud te omníno non remáneat. Quod ab álio óderis fieri tibi, vide ne tu aliquándo álteri fácias. Panem tuum cum esuriéntibus & egénis cómede, & de vestiméntis tuis nudos tege. Panem tuum & vinum tuum super sepultúram justi constítue, & noli ex eo manducáre & bíbere cum peccatóribus. Consilium semper à sapiénte perquíre. Omni témpore bénedic Deum; & pete ab eo ut vias tuas dírigat, & ómnia consília tua in ipso permáneant. Indico étiam tibi, fili mi, dedísse me decem talénta argénti, dum adhuc infántulus esses, Gabélo, in Rages civitáte Medórum, & chirógraphum ejus apud me hábeo; & ídeo perquíre quómodo ad eum pervénias, & recípias ab eo suprà memorátum pondus argénti, & restítuas ei chirógraphum suum. Noli timére, fili mi; paúperem quidem vitam gérimus, sed multa bona habébimus, si timuérimus Deum, & recessérimus ab omni peccáto, & fecérimus benè.

℞. Quia accéptus eras Deo, 304.

CANON.

Ex Concílio Basileénsi.

An. 1435. *sess.* 21. *decr.* 4. *& Senon. an.* 1485. *cap.* 4. *in fine.*

JUbet hæc sancta Synodus quòd in illis Ecclésiis, in quibus síngulis Horis certæ distributiónes statútæ non sunt, omníno étiam de grossis frúctibus, si opus sit, deputéntur, ut juxta mensúram labóris plùs minúsve quisque cápiat emoluménti, tollens prorsus abúsum illum, quo in una duntáxat Hora præsens totíus diéi distributiónes usúrpat.

FERIA QUARTA.

De libro Tobíæ.

Lectio j. *c*. 5. 5. *ad* 8.

TUnc egréssus Tobías, invénit júvenē spléndidum, stantem præcínctum, & quasi parátum ad ambulándum. Et ignórans quòd Angelus Dei esset, salutávit eum, & dixit: Unde te habémus, bone júvenis? At ille respóndit: Ex filiis Israël. Et Tobías dixit ei: Nosti viam quæ ducit in regiónem Medórum? Cui respóndit: Novi; & ómnia itínera ejus frequénter ambulávi, & mansi apud Gabélum fratrem nostrum, qui morátur in Rages civitáte Medórum, quæ pósita est in monte Ecbátanis.

℟. Tobías, 301.

Lectio ij. *c*. 6. 1. *ad* 6.

PRoféctus est autem Tobías, & canis secútus est eum, & mansit primâ mansióne juxta flúvium Tigris. Et exívit ut laváret pedes suos; & ecce piscis immánis exívit ad devorándum eum. Quem expavéscens Tobías clamávit voce magnâ, dicens: Dómine, invádit me. Et dixit ei Angelus: Apprehénde bránchiam ejus, & trahe eum ad te. Quod cùm fecísset, attráxit eum in siccum, & palpitáre cœpit ante pedes ejus. Tunc dixit ei Angelus; Exéntera hunc piscem; & cor ejus, & fel, & jecur repóne tibi; sunt enim hæc necessária ad medicaménta utíliter. Quod cùm fecísset, assávit carnes ejus, & secum tulérunt in via; cétera salliérunt, quæ sufficerent eis, quoúsque pervenírent in Rages civitátem Medórum.

℟. Quómodo, 302.

Lectio iij. *v*. 10. *ad* 18.

ET dixit ei Tobías: Ubi vis ut maneámus? Respondénsque Angelus, ait: Est hìc Ráguël nómine, vir propínquus de tribu tua, & hic habet filiam nómine Saram, sed neque másculum, neque féminam ullam habet áliam præter eam. Tibi debétur omnis substántia ejus, & opórtet eam te accípere cónjugem: pete ergo eam à patre ejus, & dabit tibi eam in uxórem. Tunc respóndit Tobías, & dixit: Audio quia trádita est septem viris, & mórtui sunt: sed & hoc audívi, quia dæmónium occídit illos: tímeo ergo, ne fortè & mihi hæc evéniant; & cùm sim únicus paréntibus meis, depónam senectútem illórum cum tristítia ad ínferos. Tunc Angelus Ráphaël dixit ei: Audi me, & osténdam tibi qui sunt, quibus prævalére potest dæmónium: hi namque qui conjúgium ita suscípiunt, ut Deum à se & à sua mente exclúdant, & suæ libídini ita vacent, sicut equus &

mulus quibus non est intelléctus, habet potestátem dæmónium super eos: tu autem cùm accéperis eam, ingréssus cubículum, per tres dies cóntinens esto ab ea, & nihil áliud nisi oratiónibus vacábis cum ea.

℟. Noli timére, 302.

CANON.

Ex Concílio Coloniénsi.

Ann. 1536. *part.* 3. *cap.* 5.

QUàm à vero abérrant qui exístimant sese non alicújus offícii in Ecclésia exercéndi, sed quiétis & inértiæ tantùm causâ Canonicátus esse adéptos! perínde atque satis sit, paucis quibúsdam Cléricis ádmodum ignáris, ténui prétio condúctis, curam divíni Offícii commítti.

FERIA QUINTA.

De libro Tobíæ.

Lectio j. *c.* 7. 1. *ad* 7.

INgréssi sunt ad Raguélem, & suscépit eos Ráguël cum gaúdio. Intuénsque Tobíam Ráguël, dixit Annæ uxóri suæ: Quàm símilis est júvenis iste consobríno meo! Et cùm hæc dixísset, ait: Unde estis, júvenes fratres nostri? At illi dixérunt: Ex tribu Néphthali sumus, ex captivitáte Nínive. Dixítque illis Ráguël: Nostis Tobíam fratrem meum? Qui dixérunt: Nóvimus. Cumque multa bona loquerétur de eo, dixit Angelus ad Raguélem: Tobías de quo interrógas, pater istíus est. Et misit se Ráguël, & cum lácrymis osculátus est eum; & plorans supra collum ejus, dixit: Benedíctio sit tibi, fili mi, quia boni & óptimi viri fílius es.

℟. Cognáti Tobíæ, 303.

Lectio ij. *v.* 9. *ad* 17.

CUmque hortarétur eos discúmbere ad prándium, Tobías dixit: Hìc ego hódie non manducábo neque bibam, nisi priùs petitiónem meam confírmes, & promíttas mihi dare Saram fíliam tuam. Quo audíto verbo Ráguël expávit, sciens quid evénerit illis septem viris qui ingréssi sunt ad eam; & timére cœpit ne fortè & huic simíliter contíngeret: & cùm nutáret, & non daret peténti ullum respónsum, dixit ei Angelus: Noli timére dare eam isti, quóniam huic timénti Deum debétur conjux fília tua; proptérea álius non pótuit habére illam. Tunc dixit Ráguël: Non dúbito quòd Deus preces & lácrymas meas in conspéctu suo admíserit, & credo quóniam ídeo fecit vos veníre ad me, ut ista conjungerétur cognatióni suæ secúndùm legem Móysi: & nunc noli dúbium gérere quòd tibi eam tradam. Et apprehéndens déxteram fíliæ suæ, dextræ Tobíæ trádidit, di-

cens : Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob vobíscum sit, & ipse conjúngat vos, impleátque benedictiónem suam in vobis. Et accéptâ chartâ, fecérunt conscriptiónem conjúgii. Et post hæc epuláti sunt, benedicéntes Deum.

℟. Dixit Angelus, 302.

Lectio iij. *c.* 8. 3. *ad* 10.

TUnc Ráphaël Angelus apprehéndit dæmóniũ, & religávit illud in desérto superióris Ægypti. Tunc hortátus est vírginem Tobías, dixítque ei : Sara, exúrge, & deprecémur Deum hódie, & cras, & secúndum cras ; quia his tribus nóctibus Deo júngimur ; tértiâ autem transáctâ nocte in nostro érimus conjúgio ; filii quippe sanctórum sumus, & non póssumus ita conjúngi sicut gentes quæ ignórant Deum. Surgéntes autem páriter, instánter orábant ambo simul, ut sánitas darétur eis. Dixítque Tobías : Dómine Deus patrum nostrórum, benedícant te cœli & terræ, maréque & fontes, & flúmina, & omnes creatúræ tuæ quæ in eis sunt : tu fecísti Adam de limo terræ, dedistíque ei adjutórium Hevam ; & nunc, Dómine, tu scis quia non luxúriæ causâ accípio sorórem meam cónjugem, sed solâ posteritátis dilectióne, in qua benedicátur nomen tuum in sécula seculórum. Dixit quoque Sara : Miserére nobis, Dómine, miserére nobis, & consenescámus ambo páriter sani.

℟. Quia accéptus eras Deo, 304.

C A N O N.

Ex Concílio Reménsi.

An. 1583. *tit. de Capitulis & Canonicis*, *art.* 6.

OMnes Canónici, étiam dignitátes obtinéntes, suâ quisque hebdómadâ Missam magnam celebráre, aliáque divína Officia perágere, per seípsos, vel, si néqueant, per álios Canónicos cogántur, nonobstánte quálibet consuetúdine, & privilégio.

FERIA SEXTA.

De libro Tobíæ.

Lectio j. *c.* 9. 1. *ad* 7.

TUnc vocávit Tobías Angelum ad se, quem quidem hóminem existimábat, dixítque ei : Azária frater, peto ut auscúltes verba mea. Si meípsum tradam tibi servum, non ero condígnus providéntiæ tuæ : tamen óbsecro te, ut assúmas tibi animália sive servítia, & vadas ad Gabélum in Rages civitátem Medórum ; reddásque ei chirógraphum suum, & recípias ab eo pecúniam, & roges eum veníre ad núptias meas ; scis enim ipse quóniam númerat pater meus dies, &

si tardávero unâ die plùs, contristátur ánima ejus. Et certè vides quómodo adjurávit me Ráguël, cujus adjuraméntum spérnere non possum. Tunc Ráphaël assúmens quátuor ex servis Raguélis, & duos camélos, in Rages civitátem Medórum perréxit: & invéniens Gabélum, réddidit ei chirógraphum suum, & recépit ab eo omnem pecúniam: indicavítque ei de Tobía fílio Tobíæ, ómnia quæ gesta sunt; fecítque eum secum veníre ad núptias.

℟. Tobías, 301.

Lectio ij. *c.* 10. 1. *ad* 6.

CUm verò moras fáceret Tobías causâ nuptiárum, sollícitus erat pater ejus Tobías, dicens: Putas quare morátur fílius meus, aut quare deténtus est ibi? putásne Gabélus mórtuus est, & nemo reddet illi pecúniam? Cœpit autem contristári nimis ipse, & Anna uxor ejus cum eo; & cœpérunt ambo simul flere, eò quòd die statúto mínimè reverterétur fílius eórum ad eos. Flebat ígitur mater ejus irremediabílibus lácrymis, atque dicébat: Heu, heu me, fili mi, ut quid te mísimus peregrinári, lumen oculórum nostrórum, báculum senectútis nostræ, solátium vitæ nostræ, spem posteritátis nostræ? ómnia simul in te uno habéntes, te non debúimus dimíttere à nobis. Cui dicébat Tobías: Tace, & noli turbári; sanus est fílius noster, satis fidélis est vir ille cum quo mísimus eum.

℟. Quómodo, 302.

Lectio iij. *c.* 11. 5. *ad* 15.

ANna autem sedébat secus viam quotídie in supercílio montis, unde respícere póterat de longínquo. Et dum ex eódem loco specularétur advéntum ejus, vidit à longè; & íllico agnóvit veniéntem fílium suum; currénsque nuntiávit viro suo, dicens: Ecce venit fílius tuus. Dixítque Ráphaël ad Tobíam: At ubi introíeris domum tuam, statim adóra Dóminum Deum tuum; & grátias agens ei, accéde ad patrem tuum, & osculáre eum; statímque lini super óculos ejus ex felle isto piscis quod portas tecum; scias enim quóniam mox aperiéntur óculi ejus; & vidébit pater tuus lumen cœli, & in aspéctu tuo gaudébit. Tunc præcucúrrit canis qui simul fúerat in via, & quasi núntius advéniens blandiménto suæ caudæ gaudébat. Et consúrgens cæcus pater ejus, cœpit offéndens pédibus cúrrere; & datâ manu púero occúrrit óbviàm fílio suo: & suscípiēs osculátus est eum cum uxóre sua, & cœpérunt ambo flere præ gáudio. Cùmque adorássent Deum, & grátias egíssent, consedérunt.

sunt. Tunc sumens Tobías de felle piscis, linívit óculos patris sui: & sustinuit quasi dimídiam ferè horam; & cœpit albúgo ex óculis ejus quasi membrána ovi égredi, quam apprehéndens Tobías traxit ab óculis ejus; statimque visum recépit. Et glorificábant Deum.

℟. Noli timére, 302.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 24. cap. 12. de reform.

OBtinéntibus in Cathedrálibus aut Collegiátis Dignitátes, Canonicátus, Præbéndas, aut Portiónes, non líceat vigóre cujúslibet statúti aut consuetúdinis, ultra tres menses, ab iisdem Ecclésiis quólibet anno abésse, salvis nihilóminus eárum Ecclesiárum constitutiónibus, quæ lóngius servítii tempus requírunt.

SABBATO.

De libro Tobíæ.

Lectio j. c. 12. 1. ad 5.

TUnc vocávit ad se Tobías filium suum, dixítque ei: Quid póssumus dare viro isti sancto qui venit tecum? Respóndens Tobías, dixit patri suo: Pater, quam mercédem dábimus ei? aut quid dignum póterit esse benefíciis ejus? Me duxit & redúxit sanum, pecúniam à Gabélo ipse recépit, uxórem ipse me habére fecit, & dæmónium ab ea ipse compéscuit, gaúdium paréntibus ejus fecit, meipsum à devoratióne piscis erípuit, te quoque vidére fecit lumen cœli, & bonis ómnibus per eum repléti sumus: quid illi ad hæc potérimus dignum dare? sed peto te, pater mi, ut roges eum si fortè dignábitur medietátem de ómnibus quæ alláta sunt, sibi assúmere. Et vocántes eum, pater scílicet & filius, tulérunt eum in partem, & rogáre cœpérunt ut dignarétur dimídiam partem ómnium quæ attulérant, accéptam habére.

Si fiat de Sabbato, ℟℟℟. sumentur ex II. Nocturno Dominicæ præcedentis.

Lectio ij. v. 11. ad 20.

TUnc dixit eis occúltè: Manifésto vobis veritátem, & non abscóndam à vobis occúltum sermónem. Quando orábas cum lácrymis, & sepeliébas mórtuos, & derelinquébas prándium tuum, & mórtuos abscondébas per diem in domo tua, & nocte sepeliébas eos, ego óbtuli oratiónem tuam Dómino. Et quia accéptus eras Deo, necésse fuit ut tentátio probáret te. Et nunc misit me Dóminus ut curárem te, & Saram uxórem filii tui à dæmónio liberárem. Ego enim sum Ráphaël Angelus, unus ex

septem qui astámus ante Dóminum. Cùmque hæc audíssent, turbáti sunt, & treméntes cecidérunt super terram in fáciem suam. Dixítque eis Angelus: Pax vobis, nolíte timére; étenim cùm essem vobíscum, per voluntátem Dei eram: ipsum benedícite, & cantáte illi. Vidébar quidem vobíscum manducáre, & bíbere; sed ego cibo invisíbili, & potu, qui ab homínibus vidéri non potest, utor. Tempus est ergo ut revértar ad eum qui me misit.

Lectio iij. *c.* 14. 5. *ad* 17.

IN hóra autem mortis suæ Tobías vocávit ad se Tobíam filium suum, & septem júvenes fílios ejus nepótes suos, dixítque eis: Propè erit intéritus Nínive; non enim éxcidit verbum Dómini: & fratres nostri qui dispérsi sunt à terra Israël, reverténtur ad eam. Omnis autem desérta terra ejus replébitur, & domus Dei quæ in ea incénsa est, íterum reædificábitur; ibíque reverténtur omnes timéntes Deum, & relínquent gentes idóla sua, & vénient in Jerúsalem, & inhabitábunt in ea; & gaudébunt in ea omnes reges terræ, adorántes regem Israël. Audíte ergo, filii mei, patrem vestrum: servíte Dómino in veritáte, & inquírite ut faciátis quæ plácita sunt illi; & fíliis vestris mandáte ut fáciant justítias & eleemósynas, ut sint mémores Dei, & benedícant eum in omni témpore in veritáte, & in tota virtúte sua. Nunc ergo, filii, audíte me, & nolíte manére hìc; sed quâcúmque die sepeliéritis matrem vestram circa me in uno sepúlcro, ex eo dirígite gressus vestros ut exeátis hinc: vídeo enim quia iníquitas ejus finem dabit ei. Factum est autem post óbitum matris suæ, Tobías abscéssit ex Nínive... Vidítque quintam generatiónem, filios filiórum suórum. Et complétis annis nonagínta novem in timóre Dómini, cum gaúdio sepeliérunt eum. Omnis autem cognátio ejus, & omnis generátio ejus in bona vita, & in sancta conversatióne permánsit; ita ut accépti essent tam Deo quàm homínibus, & cunctis habitántibus in terra.

CANON.

Ex Concílio Cameracénsi.

An. 1565. *tit.* 6. *cap.* 7.

NOn sint Canónici in sédibus suis otiósi; nec putent se functos offício, si vicáriâ tantùm óperâ cultum divínum celebrári curent.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Venit Assur in multitúdine fortitúdinis suæ: Dóminus autem omnípotens trádidit eum in manus féminæ, &

confódit eum. *Judith* 16. 5. 7.

Orat. Sentiámus, Dómine, *infrà ad Laudes.*

DOMINICA XI. *post Pentecosten.*

In I. Nocturno.

Incipit liber Judith.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 5.

ARpháxad rex Medórum, subjugáverat multas gentes império suo; & ipse ædificávit civitátem potentíssimã quam appellávit Ecbátanis, ex lapídibus quadrátis & sectis: fecit muros ejus in latitúdinem cubitórum septuagínta, & in altitúdinem cubitórum trigínta, turres verò ejus pósuit in altitúdinem cubitórum centum. Per quadrum verò eárum latus utrúmque vicenórum pedum spátiõ tendebátur; posuítque portas ejus in altitúdinem túrrium. Et gloriabátur quasi potens in poténtia exércitûs sui, & in glória quadrigárum suárũ. Anno ígitur duodécimo regni sui, Nabuchodónosor rex Assyriórum, qui regnábat in Nínive civitáte magna, pugnávit contra Arpháxad, & obtínuit eum.

℟. Scitóte quóniam exaúdiet Dóminus preces vestras, si manéntes permanséritis in jejúniis & oratiónibus: *Mémores estóte Móysi, qui Amalec confidéntem in virtúte sua, non ferro pugnándo, sed précibus sanctis orándo dejécit. *Judith* 4. 12. 13. ℣. Omnia quæcúmque petiéritis in oratióne credéntes, accipiétis. *Matt.* 21. 22. * Mémores.

Lectio ij. *c.* 2. 1. *ad* 5.

ANno tértio décimo Nabuchodónosor regis, vigésimâ & secúndâ die mensis primi, factum est verbum in domo Nabuchodónosor regis Assyriórum, ut defénderet se. Vocavítque omnes majóres natu, omnésque duces, & bellatóres suos, & hábuit cum eis mystérium consílii sui: dixítque cogitatiónem suam in eo esse, ut omnem terram suo subjugáret império. Quod dictum cùm placuísset ómnibus, vocávit Nabuchodónosor rex Holoférnem príncipem milítiæ suæ, & dixit ei: Egrédere advérsùs omne regnum Occidéntis, & contra eos præcípuè, qui contempsérunt impérium meum.

℟. Judith vídua habens super lumbos suos cilícium jejunábat ómnibus diébus vitæ suæ, * Timébat Dóminum valde, nec erat qui loquerétur de illa verbum malum. *Judith* 8. 6. 8. ℣. Hæc erat plena opéribus bonis, & eleemósynis quas faciébat. *Act.* 9. 36. * Timébat.

Lectio iij.

c. 4. 1. *ad* 7.

TUnc audiéntes hæc filii Israël, qui habitábant in terra Juda, timuérunt valde à fácie ejus. Tremor & horror invásit sensus eórum, ne hoc fáceret Jerúsalem & templo Dómini, quod fécerat céteris civitátibus & templis eárum. Et misérunt in omnem Samaríam per circúitum usque Jéricho, & præoccupavérunt omnes vértices móntium; & muris circumdedérunt vicos suos, & congregavérunt fruménta in præparatiónem pugnæ. Sacérdos étiam Eliachim scripsit ad univérsos qui erant contra Esdrelon, quæ est contra fáciem campi magni juxta Dóthaïn, & univérsos per quos viæ tránsitus esse póterat, ut obtinérent ascénsus móntium, per quos via esse póterat ad Jerúsalem, & illic custodírent ubi angústum iter esse póterat inter montes. Et fecérunt filii Israël secúndùm quod constitúerat eis sacérdos Dómini Eliachim.

℟. Æquo ánimo estóte, fratres; expectémus à Dómino misericórdiam; * Fórsitan enim indignatiónem suam abscíndet, & † Dabit glóriam nómini suo. *Judith* 7. 23. 24. ℣. Nihil solíciti sitis, sed in omni oratióne & obsecratióne petitiónes vestræ innotéscant apud Deum. *Philipp.* 4. 6. * Fórsitan. Glória. † Dabit.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro sancti Ambrósii Epíscopi, de Elía & jejúnio.

Lectio iv. *c.* 9. §. 28. 29.

POténtes vinum prohibéntur bíbere; ne, cùm bíberint, obliviscántur sapiéntiam. Bibébant vinum in ebrietáte poténtes, qui Holoférni príncipi milítiæ regis Assyriórum se trádere gestiébant, sed non bibébat fémina Judith, jejúnans ómnibus diébus viduitátis suæ, præter festórum diérum solemnitátes. His armis muníta procéssit, & omnem Assyriórum circumvénit exércitum. Sóbrii vigóre consílii ábstulit Holoférnis caput, servávit pudicítiam, victóriam reportávit. Hæc enim succíncta jejúnio, in castris prætendébat aliénis: ille vino sepúltus jacébat, ut ictum vúlneris sentíre non posset. Itaque uníus mulíeris jejúnium innúmeros stravit exércitus ebriórum.

℟. Reputántes peccátis nostris hæc ipsa supplícia minóra esse, * Flagélla Dómini, quibus corrípimur, ad emendatiónem & non ad perditiónem nostram evenísse credámus. *Judith* 8, 27. ℣. A Dómino corrípimur, ut non cum hoc mundo damnémur. 1. *Cor.* 11, 32. * Flagélla.

Lectio v. §. 30. 31.

Esther quoque púlcrior facta est jejúnio; Dóminus enim grátiam sóbriæ mentis augébat. Omne genus suum, id est, totum pópulum Judæórum à persecutiónis acerbitátibus liberávit; ita ut regem sibi fáceret esse subjéctum, non libídinis ardóre flammátum, sed cœlésti miseratióne convérsum; ita ut, & pœna retorquerétur in ímpium, & honor sacris redderétur altáribus. Itaque illa quæ tríduo jejunávit contínuo, & corpus suum aquâ lavit, plus plácuit, & vindíctam rétulit. Aman autem, dum se regáli jactat convívio, inter ipsa vina pœnam suæ ebrietátis exsolvit. Est ergo jejúnium reconciliatiónis sacrifícium, virtútis increméntum, quod fecit étiam féminas fortióres augménto grátiæ.

℟. Quia pátiens Dóminus est, in hoc ipso pœniteámus, & * Humiliémus illi ánimas nostras; expectémus húmiles consolatiónem ejus. *Judith* 8. 14. 16. 20. ℣. Deus supérbis resístit, humílibus autem dat grátiam. *Jac.* 4. 6. * Humiliémus.

Lectio vj. *c.* 10. §. 34.

Non sola autem fames quæritur, sed plena disciplína jejúnii. Aliis dícitur. [In diébus jejúnii vestrórum invenítis voluntátes vestras, & omnes súbditos vobis stimulátis.... Non tale jejúnium ego elégi, dicit Dóminus.] Quod jejúnium improbétur, audívimus: nunc audiámus quod sit probábile. [Sed solve omnem colligatiónem injustítiæ tuæ: dissólve obligatiónes violentárum commutatiónum; dimítte confráctos in remissiónem, & omnem conscriptiónem iníquam dirúmpe. Frange esuriénti panem tuum; & egénos non habéntes tectum, induc in domum tuam: & si víderis nudum, coóperi eum; & domésticos séminis tui non despícias.]

℟. Non in multitúdine est virtus tua, Dómine, nec supérbi ab inítio placuérunt tibi, sed * Humílium & mansuetórum semper tibi plácuit deprecátio. *Judith* 9. 16. ℣. Omnis qui se exáltat, humiliábitur; & qui se humíliat, exaltábitur. *Luc.* 18. 14. * Humílium. Glória. * Humílium.

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Marcum.

Lectio vij. *c.* 7. 31. *ad fin.*

In illo témpore; Exiens Jesus de fínibus Tyri, venit per Sidónem ad mare Galilææ inter médios fines Decapóleos. Et addúcunt ei surdum & mutum, & deprecabántur eum, ut im-

pónat illi manum. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

Lib. 1. *in Ezech. Homil.* 10. *ante medium.*

QUid est quòd creátor ómnium Deus cùm surdum & mutum sanáre voluísset, in aures illíus suos dígitos misit, & éxpuens, linguam ejus tétigit? Quid per dígitos Redemptóris, nisi dona sancti-Spíritûs designántur? Unde cùm in álio loco ejecísset dæmónium, dixit: [Si in dígito Dei ejício dæmónia, profécto pervénit in vos regnum Dei.] Qua de re per Evangelístam álium dixísse descríbitur: [Si ego in Spíritu Dei ejício dæmones, ígitur pervénit in vos regnum Dei.] Ex quo utróque loco collígitur, quia dígitus Dei, Spíritus vocátur. Dígitos ergo in aurículas míttere, est per dona Spíritûs-sancti mentem surdi ad obediéndum aperíre.

℟. Exiens de fínibus Tyri, * Venit Jesus inter médios fines Decapóleos; & addúcunt ei surdum & mutum. *Marc.* 7. 31. 32. ℣. Deus ipse véniet, & aures surdórum patébunt, & apérta erit lingua mutórum. *Isai.* 35. 4. 5. 6. * Venit Jesus.

Lectio viij.

QUid est verò quòd éxpuens, linguam ejus tétigit? Salíva nobis est ex ore Redemptóris, acc sapiéntia in elóquio div Salíva quippe ex cápite fluit in ore. Eâ ergo sa tiâ, quæ ipse est, dum gua nostra tángitur, ad prædicatiónis verba mátur. [Qui suspície cœlum, ingémuit:] quòd ipse necessárium mitum habéret, qui d quod postulábat; sed ad eum gémere, qui præsidet, dócuit; ut & res nostræ per dona Spír sancti aperíri, & lingua salívam oris, id est, sciéntiam divínæ locuti solvi débeat ad verba dicatiónis.

℟. Deprecabántur Je ut impónat illi manum apprehéndens eum de ba seórsum, * Misit tos suos in aurículas e & éxpuens, tétigit ling ejus. *Marc.* 7. 32. 33. Deo est omnis medéla. *cli.* 38. 2. * Misit.

Lectio ix.

CUi mox, [Ephphét est, Adaperíre, díci & statim apértæ sunt a ejus, & solútum est ví lum linguæ ejus.] Q re notándum est quia p ter clausas aures dictum Adaperíre. Sed cui a cordis ad obediéndum tæ fúerint, ex subseq procul dúbio étiam lin ejus vínculum sólvitur bona quæ ipse fécerit, é faciénda áliis loquátur.

& benè ádditur : [Et loquebátur rectè.] Ille enim rectè lóquitur, qui priùs obediéndo fécerit, quæ loquéndo ádmonet esse faciénda.

℟. Suspíciens Jesus in cœlum, ingémuit, & ait illi : Ephphéta, quod est, Adaperíre ; & statim apértæ sunt aures ejus, & * Solútum est vínculum linguæ ejus, & † Loquebátur rectè. *Marc.* 7. 34. 35. ℣. Aures audiéntium diligénter auscultábunt, & lingua balbórum velóciter loquétur & planè. *Isai.* 32. 4. * Solútum est. Glória. † Loquebátur.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G. * Præcépit illis ne cui dícerent : quantò autem eis præcipiébat, tantò magis plùs prædicábant ; & eò ámpliùs admirabántur. *Marc.* 7. 36. 37.

ORATIO. Orémus.

SEntiámus, Dómine, quǽsumus, auxílium grátiæ tuæ, quæ ad obediéndum tibi aures nostras adapériat, & linguam nostram solvat ad rectè piéque loquéndum; Per Dóminum.

CANON.

Ex Synodo Trecénsi.

An. 1459. *lib.* 3. *fol.* 93.

INhíbeant Sacerdótes suis Parochiánis, ne diébus Domínicis negótia seculária exérceant, sive núndinas, sive mercáta frequéntent, propter quod à servítio divíno impediántur ; sed ad Ecclésiam véniant præcépta Ecclesiástica auditúri, ut sciant quáliter in hebdómada opórteat eos vívere, sicut festa cólere, & jejúnia celebráre.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Benè ómnia fecit ; & surdos fecit audíre, & mutos loqui. *Marc.* 7. 37.

FERIA SECUNDA.

De libro Judith.

Lectio j. *c.* 8. 4. *ad* 8.

ERat Judith vídua jam annis tribus, & ménsibus sex. Et in superióribus domûs suæ fecit sibi secrétum cubículum, in quo cum puéllis suis morabátur ; & habens super lumbos suos cilícium, jejunábat ómnibus diébus vitæ suæ, præter sábbata, & neoménias, & festa domûs Israël : erat autem elegánti aspéctu nimis ; cui vir suus relíquerat divítias multas, & famíliam copiósam, ac possessiónes arméntis boum & grégibus óvium plenas : & erat hæc in ómnibus famosíssima, quóniam timébat Dóminum valde ; nec erat qui loquerétur de illa verbum malum.

℟. Scitóte, 315.

Lectio ij. *c.* 10, 11. *ad* 17.

FActum est autem cùm descénderet montem circa ortum diéi, occurrérunt ei exploratóres Assy-

riórum, & tenuérunt eam, dicéntes: Unde venis? aut quò vadis? Quæ respóndit: Filia sum Hebræórum, ídeo ego fugi à fácie eórum, quóniam futúrum agnóvi quòd dentur vobis in deprædatiónem, pro eo quòd contemnéntes vos, noluérunt ultro trádere seípsos, ut inveníren misericórdiam in conspéctu vestro..... Et dixérunt ad eam: Conservásti ánimam tuam eò quòd tale reperísti consílium, ut descénderes ad dóminum nostrum: hoc autem scias, quóniam cùm stéteris in conspéctu ejus, benè tibi fáciet, & eris gratíssima in corde ejus. Duxerúntque illam ad tabernáculũ Holoférnis, annuntiántes eam. Cùmque intrásset ante fáciem ejus, statim captus est in suis óculis Holoférnes.

℟. Judith vídua, 315.

Lectio iij. *c.* 13. 3. *ad* 10.

ERat Judith sola in cubículo. Porrò Holoférnes jacébat in lecto nímiâ ebrietáte sopítus. Dixítque Judith puéllæ suæ, ut staret foris ante cubículum, & observáret. Stetítque Judith ante lectum, orans cum lácrymis, & labiórum motu in siléntio, dicens: Confírma me, Dómine Deus Israël, & réspice in hac hora ad ópera mánuum meárum, ut sicut promisísti, Jerúsalem civitátem tuam érigas; & hoc quod credens per te posse fieri cogitávi, perfíciam. Et cùm hæc dixísset, accéssit ad colúmnam quæ erat ad caput lécttuli ejus; & pugiónem ejus, qui in ea ligátus pendébat, exólvit. Cùmque evaginásset illum, apprehéndit comam cápitis ejus, & ait: Confírma me, Dómine Deus, in hac hora. Et percússit bis in cervícem ejus; & abscídit caput ejus.

℟. Æquo ánimo, 316.

CANON.

Ex Concílio Coloniénsi primo.

An. 1536. *part.* 12. *cap.* 3.

OLim Conciliári constitutióne cautum est, ut non solùm apud quámlibet Cathedrálem Ecclésiam, sed & apud álias, nimírum Collegiátas, quarum sufficere póterunt facultátes, constituátur Magíster idóneus, qui Cléricos earúmdem Ecclesiárum dóceat & instítuat: apud Metrópolim autem Theólogum habéri prǽceptum est.

FERIA TERTIA.

De libro Judith.

Lectio j. *c* 15. 1. *ad* 4.

CUm omnis exércitus decollátum Holoférnem audísset, fugit mens & consílium ab eis, & solo tremóre & metu agitáti, fugæ præsídium sumunt; ita ut nullus loquerétur cum próximo suo, sed inclináto cápite, relíctis om-

tibus, videntes festinábant Hebræos, quos armátos super se veníre audiébant, fugiéntes per vias campórum, & sémitas cóllium. Vidéntes ítaque filii Israël fugiéntes, secúti sunt illos; descenderúntque clangéntes tubis, & ululántes post ipsos. Et quóniam Assyrii non adunáti, in fugam ibant præcípites: filii autem Israël uno ágmine persequéntes, debilitábant omnes quos inveníre potuíssent.

℟. Reputántes, 316.

Lectio ij. *v. 9. ad* 13.

JOacim autem summus póntifex de Jerúsalem venit in Bethúliam cum univérsis presbyteris suis, ut vidéret Judith. Quæ cum exiísset ad illum, benedixérunt eam omnes unâ voce, dicéntes: Tu glória Jerúsalem, tu lætítia Israël, tu honorificéntia pópuli nostri; quia fecísti viríliter, & confortátum est cor tuum; eò quòd castitátem amáveris, & post virum tuum, álterum nescíeris: ídeo & manus Dómini confortávit te, & ídeo eris benedícta in ætérnum. Et dixit omnis pópulus: Fiat, fiat. Per dies autem trigínta vix collécta sunt spólia Assyriórum à pópulo Israël.

℟. Quia pátiens, 317.

Lectio iij. *c. 16. 22. ad* 29.

ET factum est post hæc, omnis pópulus post victóriam venit in Jerúsalem adoráre Dóminum: & mox ut purificáti sunt, obtulérunt omnes holocáusta, & vota, & repromissiónes suas. Porrò Judith univérsa vasa béllica Holoférnis quæ dedit illi pópulus, & conopéum quod ipsa sustúlerat de cubíli ipsíus, óbtulit in anathéma obliviónis. Erat autem pópulus jucúndus secúndùm fáciem sanctórum, & per tres menses gáudium hujus victóriæ celebrátum est cum Judith. Post dies autem illos unusquísque rédiit in domum suam; & Judith magna facta est in Bethúlia, & præclárior erat univérsæ terræ Israël. Erat étiam virtúti cástitas adjúncta, ita ut non cognósceret virum ómnibus diébus vitæ suæ, ex quo defúnctus est Manásses vir ejus. Erat autem diébus festis procédens cum magna glória. Mansit autem in domo viri sui annos centum quinque, & dimísit abram suam líberam, & defúncta est, ac sepúlta cum viro suo in Bethúlia, luxítque illam omnis pópulus diébus septem.

℟. Non in multitúdine est, 317.

CANON.

Ex Concílio Moguntíno.

An. 1549. *cap.* 66.

QUò magis Ecclésiæ idóneis minístris abúndent, decérnimus, ut Capítula quarúmlibet Ecclesiá-

rum in província constitutárum, ex Cléricis seculáribus beneficiátis, juxta cujúsque Collégii facultátes & personárum númerum, adolescéntes áliquot bonæ spei & dócilis ingénii, ad privilegiátas Universitátes pro stúdio potíssimum Theológico, cujus usus cum primis est Ecclésiis necessárius, mittant; & iis ad quinquénnium fructus benefícii omnes, excéptis quotidiánis distributiónibus, concédant.

FERIA QUARTA.

Incipit liber Esther.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 4.

IN diébus Assuéri, qui regnávit ab India usque Æthiópiam, super centum vigínti septem províncias, quando sedit in sólio regni sui, Susan cívitas regni ejus exórdium fuit. Tértio ígitur anno impérii sui fecit grande convívium cunctis princípibus, & púeris suis, fortíssimis Persárum, & Medórum ínclytis, & præféctis provinciárum coram se, ut osténderet divítias glóriæ regni sui, ac magnitúdinem atque jactántiam poténtiæ suæ, multo témpore, centum vidélicet & octogínta diébus.

℟. Instábat dies quo Esther debéret intráre ad regem; quæ * Non quæsívit mulíebrem cultum; habúitque grátiam coram eo, & pósuit diadéma in cápite ejus. *Esther* 2. 15. 17. ℣. Mulíerum non sit extrínsecùs capillatúra, aut circumdátio auri, aut induménti vestimentórum cultus. 1. *Petr.* 3. 3. * Non quæsívit.

Lectio ij. *v.* 9. *ad* 13.

VAsthi quoque regína fecit convívium feminárum in palátio, ubi rex Assuérus manére consuéverat. Itaque die séptimo, cum rex esset hilárior, & post nímiam potatiónem incaluísset mero, præcépit..... septem eunúchis qui in conspéctu ejus ministrábant, ut introdúcerent regínam Vasthi coram rege, pósito super caput ejus diadémate, ut osténderet cunctis pópulis, & princípibus pulcritúdinem illíus: erat enim pulcra valde. Quæ rénuit, & ad regis impérium, quod per eunúchos mandáverat, veníre contémpsit.

℟. Dómine rex omnípotens, in ditióne tua cuncta sunt pósita, * Non est qui possit tuæ resístere voluntáti, si decréveris salváre Israël, & nunc miserére pópuli tui. *Esther* 13. 9. 15. ℣. Si Deus pro nobis, quis contra nos? *Rom.* 8. 31. * Non est.

Lectio iij. *c.* 2. 5. *ad* 9.

ERat vir Judæus in Susan civitáte, vocábulo Mardochæus, fílius Jaïr, fílii Sémei, fílii Cis, de stir-

de Jémini, qui translátus fúerat de Jerúsalem eo témpore quo Jechoníam regem Juda Nabuchodónósor rex Babylónis transtúlerat, qui fuit nutrítius filiæ fratris sui Edíssæ, quæ áltero nómine vocabátur Esther, & utrúmque paréntem amíserat; pulcra nimis & decórâ fácie. Mortuísque patre ejus ac matre, Mardochæus sibi eam adoptávit in filiam. Cúmque percrebuísset regis impérium, & juxta mandáta illíus multæ pulcræ vírgines adduceréntur Susan, & Egéo traderéntur eunúcho; Esther quoque inter céteras puéllas ei trádita est, ut servarétur in número feminárum. Quæ plácuit ei, & invénit grátiam in conspéctu illíus.

℟. Isráel clamávit ad Dóminum, & * Salvum fecit Dóminus pópulum suum; † Liberavítque nos ab ómnibus malis. *Esther* 10. 9. ℣. Suscépit Isráel púerum suum, recordátus misericórdiæ suæ. *Luc.* 1. 54. * Salvum. Glória. † Liberavítque.

CANON.

Ex Concílio Aquisgranénsi. *An.* 816. *lib.* 1. *cap.* 131.

CAnónici laudes Deo in commúne persolvéntes, pro suis populorúmque, quorum oblatiónibus vivunt, delíctis Dóminum exórent. Debent quoque, juxta Apóstolum, primò ómnium ab his fieri obsecratiónes, oratiónes, postulatiónes, gratiárum actiónes pro ómnibus homínibus, pro Régibus, & ómnibus qui in sublimitáte sunt constitúti.

FERIA QUINTA.

De libro Esther.

Lectio j. *c.* 2. 15. *ad* 17.

EVolúto témpore per órdinem, instábat dies quo Esther fília Abíhaïl fratris Mardochæi, quam sibi adoptáverat in filiam, debéret intráre ad regem. Quæ non quæsívit muliebrem cultum, sed quæcúmque vóluit Egéus eunúchus custos vírginum, hæc ei ad ornátum dedit. Erat enim formósa valde, & incredíbili pulcritúdine; ómnium óculis gratiósa & amábilis videbátur. Ducta est ítaque ad cubículum regis Assuéri mense décimo, qui vocátur Tebeth, séptimo anno regni ejus. Et adamávit eam rex plusquam omnes mulíeres; habuítque grátiam & misericórdiã corã eo super omnes mulíeres; & pósuit diadéma regni in cápite ejus, fecítque eam regnáre in loco Vasthi.

℟. Instábat dies, 322.

Lectio ij. *c.* 3. 1. *ad* 2.

POst hæc rex Assuérus exaltávit Aman filium Amadáthi, qui erat de stir-

pe Agag; & pósuit sólium ejus super omnes príncipes quos habébat. Cunctíque servi regis, qui in fóribus palátii versabántur, flectébant génua, & adorábant Aman; sic enim præcéperat eis imperátor: solus Mardochæus non flectébat genu, neque adorábat eum.

℟. Dómine rex, 322.

Lectio iij. *c. 3. 3. ad 6.*

MArdochæo dixérunt púeri regis, qui ad fores palátii præsidébant: Cur præter céteros non obsérvas mandátum regis? Cùmque hoc crébriùs dícerent, & ille nollet audíre, nuntiavérunt Aman, scire cupiéntes utrùm perseveráret in senténtia: díxerat enim eis se esse Judæum. Quod cùm audísset Aman, & experiménto probásset quòd Mardochæus non fléctereet sibi genu, nec se adoráret; irátus est valde, & pro níhilo duxit in unum Mardochæum míttere manus suas: audíerat enim quòd esset gentis Judææ: magísque vóluit omnem Judæórum, qui erant in regno Assuéri, pérdere natiónem.

℟. Israël clamávit, 323.

CANON.

Ex Concílio Aquisgranénsi.

An 816. *lib.* 1. *cap.* 45.

CAnónici jejúnium ament, hóspites cólligant, páuperes récreent, nudos véstiant, infírmos vísitent, mórtuos sepéliant, in tribulatióne pósitis opem ferant; doléntes consoléntur.

FERIA SEXTA.

De libro Esther.

Lectio j. *c. 5. 1. ad 5.*

DIe tértio indúta est Esther regálibus vestiméntis, & stetit in átrio domûs régiæ, quod erat intérius, contra basílicam regis. At ille sedébat super sólium suum in consistório palátii contra óstium domûs. Cùmque vidísset Esther regínam stantem, plácuit óculis ejus, & exténdit contra eam virgam áuream, quam tenébat manu. Quæ accédens, osculáta est summitátem virgæ ejus. Dixítque ad eam rex: Quid vis, Esther regína? Quæ est petítio tua? etiámsi dimídiam partem regni petíeris, dábitur tibi. At illa respóndit: Si regi placet, óbsecro ut vénias ad me hódie, & Aman tecum, ad convívium quod parávi. Statímque rex: Vocáte, inquit, citò Aman, ut Esther obédiat voluntáti.

℟. Instábat dies, 322.

Lectio ij. *c. 6. 6. ad 10.*

CUm esset ingréssus Aman, ait illi rex: Quid debet fieri viro, quem rex honoráre desíderat? Cógitans autem in corde suo Aman, & réputans quòd nul-

lum illum rex, nisi se, vellet honoráre, respóndit: Homo, quem rex honoráre cupit, debet índui véstibus régiis, & impóni super equum qui de sella regis est, & accípere régium diadéma super caput suum; & primus de régiis princípibus ac tyránnis téneat equum ejus, & per platéam civitátis incédens, clamet & dicat: Sic honorábitur, quemcúmque volúerit rex honoráre. Dixítque ei rex: Festína; & sumptâ stolâ & equo, fac, ut locútus es, Mardochæo Judæo, qui sedet ante fores palátii: cave ne quidquam de his quæ locútus es, prætermíttas.

℟. Dómine rex, 322.

Lectio iij. *c.* 6. 11. *ad* 13.

Tulit ítaque Aman stolam & equum, indutúmque Mardochæum in platéa civitátis, & impósitum equo præcedébat, atque clamábat: Hoc honóre condígnus est, quemcúmque rex volúerit honoráre. Reversúsque est Mardochæus ad jánuam palátii: & Aman festinávit ire in domum suam, lugens & opérto cápite: narravítque Zares uxóri suæ, & amícis, ómnia quæ evenífsent sibi. Cui respondérunt sapiéntes, quos habébat in consílio, & uxor ejus: Si de sémine Judæórum est Mardochæus, ante quem cádere cœpísti, non póteris ei resístere, sed cades in conspéctu ejus.

℟. Israël clamávit, 323.

CANON.

Ex Concílio Aquisgranénsi. *An.* 816. *lib.* 1. *cap.* 145.

Canónici amóri Christi nihil præpónant, caritátem non derelínquant; pacem, si fieri potest, cum ómnibus homínibus hábeant; diem judícii tímeant, vitam ætérnam spirituáliter concupíscant, spem suam Deo commíttant; próprio Epíscopo in ómnibus secúndum Canónicam institutiónem obtémperent.

SABBATO.

De libro Esther.

Lectio j. *c.* 7 1. *ad* 6.

Intrávit rex & Aman, ut bíberent cum regína. Dixítque ei rex étiam secúndâ die, postquam vino incalúerat: Quæ est petítio tua, Esther, ut detur tibi? & quid vis fíeri? étiamsi dimídiam partem regni mei petíeris, impetrábis. Ad quem illa respóndit: Si invéni grátiam in óculis tuis, ô rex, & si tibi placet, dona mihi ánimam meam pro qua rogo, & pópulum meum pro quo óbsecro: tráditi enim sumus ego & pópulus meus, ut conterámur, jugulémur, & pereámus: atque útinam in servos & fámulas venderémur; esset tolerábile malum, &

stum Dómino manè & véspere.

℟. Dómine Deus cœli fortis, qui custódis pactum & misericórdiam cum his qui te díligunt, óbsecro, * Sit auris tua atténdens ad oratiónem servórum tuórũ, qui volunt timére nomen tuum. 2. *Esdr.* 1. 5. 11. ℣. Oculi Dómini super justos, & aures ejus in preces eórum. 1. *Petr.* 3. 12. * Sit auris. Glória. * Sit auris.

IN II. NOCTURNO.

Ex Enarratióne sancti Augustíni Epíscopi super Psalmos.

Enarr. in Ps. 64. §. 1.

Lectio iv.

CAptivátus pópulus Israël, ex civitáte Jerúsalem ductus est in servitútem Babylóniæ. Propherávit autem Jeremías sanctus, post septuagínta annos reditúrum pópulum de captivitáte, & instauratúrum civitátem ipsam Jerúsalem, quam devíctam ab hóstibus plánxerat. Illo autem témpore fuérunt Prophétæ in illa captivitáte pópuli constitúti in Babylónia, inter quos erat & Ezéchiel Prophéta. Expectábat autem ille pópulus donec impleréntur témpora septuagínta annórum, secúndùm prophetíam Jeremíæ. Factum est complétis septuagínta annis, restitútum est templum quod dejéctum erat; & regréssa est de captivitáte magna pars illíus pópuli. Sed quóniam dicit Apóstolus: [Hæc in figúra contingébant in illis, scripta sunt autem propter nos, in quos finis sæculórum obvénit;] debémus & nos nosse priùs captivitátem nostram, deínde liberatiónem nostram; debémus nosse Babylóniam, in qua captívi sumus; & Jerúsalem, ad cujus réditum suspirámus.

℟. Congregátus est omnis pópulus, & dixérunt Esdræ scribæ ut afférret librum legis; & legit in eo apértè, * Et aures omnis pópuli erant eréctæ ad librum. 2. *Esdr.* 8. 1. 3. ℣. Intendébant turbæ his quæ dicebántur, unanímiter audiéntes. *Act.* 8. 6. * Et aures.

Lectio v.

ISTæ quippe duæ civitátes, secúndùm lítteram revéra duæ civitátes. Et illa quidem Jerúsalem modò à Judæis non incólitur. Post crucifixum enim Dóminum vindicátum est in illos flagéllo magno; & eradicáti ab eo loco, ubi ímpiâ libertáte furiósi advérsùs médicum insaníerant, dispérsi sunt per omnes gentes, & data est illa terra Christiánis: impletúmque est quod eis díxerat Dóminus: [Proptérea auferétur à vobis regnum, & dábitur genti faciénti justítiam.] Cùm autem vidérent tunc multas turbas ire post Dóminum

prædicántem regnum cœlórum, & mirabilia faciéntem, dixérunt príncipes illíus civitátis: [Si dimiférimus eum, omnes ibunt post illum, & vénient Románi, & tollent nobis & locum & gentem.] Ne locum pérderent, Dóminum occidérunt; & ídeo perdidérunt, quia occidérunt.

℟. Manus Dei nostri est super omnes qui quærunt eum in bonitáte; & * Impériũ ejus, & fortitúdo ejus, & furor super omnes qui derelínquunt eum. 1. Esdr. 8. 22. ℣. Reddet iis qui secúndùm patiéntiam boni óperis incorruptiónem quærunt, vitam ætérnam; iis autem qui non acquiéscunt veritáti, ira & indignátio. *Rom.* 2. 7. 8. * Impérium.

Lectio vj. §. 1. 2.

CIvitas ergo quædam illa terréna, cujúsdam civitátis ætérnæ in cœlis umbram gerébat: at ubi cœpit illa quæ significabátur, evidéntiùs prædicári, umbra quâ significabátur, dejécta est: proptérea ibi modò templum non est, quod fabricátum fúerat in imáginem futúri córporis Dómini. Tenémus lucem, umbra transívit; tamen adhuc in quadam captivitáte sumus: [Quámdiu sumus, (inquit) in córpore, peregrinámur à Dómino.] Et vidéte nómina duárum istárum civitátum, Babylónis & Jerúsalem. Bábylon, confúsio interpretátur; Jerúsalem, vísio pacis. Inténdite nunc civitátem confusiónis, ut intelligátis visiónem pacis: istam tolerétis, ad illam suspirétis.

℟. Vos transgréssi estis ut adderétis super delictum Israël, & nunc * Date confessiónem Deo; † Fácite plácitum ejus. 1. *Esdr.* 10. 10. 11. ℣. Reformámini in novitáte sensûs vestri, ut probétis quæ sit volúntas Dei bona, & benéplacens, & perfécta. *Rom.* 12. 2. * Date. Glória. † Fácite.

IN III. NOCTURNO.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 10. 23. *ad* 37.

IN illo témpore; Convérsus Jesus ad discípulos suos, dixit: Beáti óculi qui vident quæ vos vidétis. Dico enim vobis, quòd multi prophétæ & reges voluérunt vidére quæ vos vidétis, & non vidérunt. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Serm. 171. *de Verbis Apostoli*, §. 2. *Aliàs Serm.* 37. *de Verbis Domini.*

QUemdam quæréntem quæ sint óptima præcépta & summa in lege, admónuit duo esse, [Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex tota mente tua; & díliges próximum tuum tanquam teipsum

sum.] Ille autem : [Et quis est mihi próximus ?] Et narrávit Dóminus : [Homo quidam descendébat ab Jerúsalem in Jéricho.] Osténdit illum quodámmodo Israëlítam. [Et íncidit in latrónes.] Cùm expoliássent, & plagas ei graves irrogássent, dimisérunt eum in via semivívum. Tránsiit Sacérdos, útique génere próximus, prætériit jacéntem. Tránsiit Levítes, & hic génere próximus, jacéntem étiam ipse contémpsit. Tránsiit Samaritánus, génere longínquus, misericórdiâ próximus, fecítque quod nostis. In quo Samaritáno se vóluit intélligi Dóminus Jesus Christus.

℟. Latrónes despoliavérunt hóminem, & plagis impósitis abiérunt, semivívo relícto : * Sacérdos viso illo præterívit, simíliter & Levíta : Samaritánus autem videns eum, misericórdiâ motus est. *Luc.* 10. 30. 31. 32. 33. ℣. Fácere misericórdiam & judícium magìs placet Dómino quàm víctimæ. *Prov.* 21. 3. * Sacérdos.

Lectio viij. §. 3.

CUm ergo longè à nobis esset immortális & justus, tanquam à mortálibus & peccatóribus, descéndit ad nos, ut fieret nobis próximus ille longínquus. Et quid fecit ? Cùm habéret ipse duo bona, & nos duo mala ; ille duo bona, justítiam & immortalitátem ; nos duo mala, iniquitátem & mortalitátem : si utrúmque malum nostrùm suscepísset, par noster factus esset, & liberatóre nobíscum opus habéret.

℟. Alligávit Samaritánus vúlnera ejus, infúndens óleum & vinum, & * Impónens illum in juméntum suum, duxit in stábulum, & curam ejus egit. *Luc.* 10. 34. ℣. Qui séquitur justítiam & misericórdiam, invéniet vitam, justítiam, & glóriam. *Prov.* 21. 21. * Impónens.

Lectio ix.

QUid ergo fecit, ut esset próximus nobis ? Próximus non hoc quod nos, sed prope nos. Duo atténde : Justus est, immortális est. In duóbus tuis malis, una est culpa, áltera est pœna : culpa est quòd injústus es, pœna est quia mortális es. Ille ut esset próximus, suscépit pœnam tuam, non suscépit culpam tuam : & si suscépit, deléndam suscépit, non faciéndam. Justus & immortális longè ab injústis & mortálibus. Peccátor mortális, longè eras à justo immortáli. Non est factus ille peccátor, quod tu ; sed factus est mortális, quod tu. Manens justus, factus est mortális. Suscipiéndo pœnam, & non suf-

cipiéndo culpam, & culpam delévit & pœnam.

℟. Quis horum trium vidétur tibi próximus fuisse illi, qui íncidit in latrónes? Legisperítus dixit: Qui fecit misericórdiam in illum. Ait Jesus: * Vade, & tu † Fac similiter. *Luc.* 10. 36. 37. ℣. Indicábo tibi, ô homo, quid Dóminus requírat à te; útique fácere judícium, & dilígere misericórdiam. *Mich.* 6. 8. * Vade. Glória. † Fac.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G.* Beáti óculi qui vident quæ vos vidétis. Dico enim vobis, quòd multi prophétæ & reges voluérunt vidére quæ vos vidétis, & non vidérunt. *Luc.* 10. 23. 24.

Oratio. Orémus.

CONfirma, quæsumus, Dómine, tuórum corda fidélium, & grátiæ tuæ virtúte corróbora; ut & perpétuo tibi sint amóre devóti, & mútuâ dilectióne sincéri; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Moguntíno. *An.* 1549. *cap.* 61.

SAnctórum celebritátes in diem Domínicam incidéntes, censémus submovéndas, & in Fériam áliquam præcedéntem vel sequéntem transferéndas; quò Sanctórum ómnium Dómino sua conservétur solémnitas: excéptis beátæ Maríæ, Apostolórum, & áliis summis festivitátibus.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. â. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex ómnibus víribus tuis, & ex omni mente tua; & próximum tuum sicut teípsum. *Luc.* 10. 27.

FERIA SECUNDA.

De libro primo Esdræ.

Lectio j. *c.* 3. 6. *ad* 8.

A Primo die mensis séptimi cœpérunt offérre holocaústum Dómino: Porrò templum Dei nondum fundátum erat. Dedérunt autem pecúnias látomis & cæmentáriis; cibum quoque, & potum, & óleum Sidóniis, Tyriísque, ut deférrent ligna cédrina de Líbano ad mare Joppe, juxta quod præcéperat Cyrus rex Persárum eis. Anno autem secúndo advéntûs eórum ad templum Dei in Jerúsalem, mense secúndo, cœpérunt Zoróbabel fílius Saláthiel, & Jósue fílius Jósedec, & réliqui de frátribus eórum Sacerdótes, & Levítæ, & omnes qui vénerant de captivitáte in Jerúsalem, & constituérunt Levítas à vigínti annis & suprà; ut urgérent opus Dómini.

℟. Esdras scriba velox, 327.

Lectio ij. *v.* 10. *ad fin.*

FUndáto ígitur à cæmentáriis templo Dómini, stetérunt Sacerdótes in or-

nátu suo cum tubis; & Levítæ filii Asaph in cymbalis, ut laudárent Deum per manus David regis Israël. Et concinébant in hymnis, & confessióne Dómino; Quóniam bonus, quóniam in ætérnum misericórdia ejus super Israël. Omnis quoque pópulus vociferabátur clamóre magno in laudándo Dóminum, eò quòd fundátum esset templum Dómini. Plúrimi étiam de Sacerdótibus & Levítis, & príncipes patrum, & senióres qui víderant templum priùs cùm fundátum esset, & hoc templum in óculis eórum, flebant voce magnâ: & multi vociferántes in lætitia, elevábant vocem. Nec póterat quisquam agnóscere vocem clamóris lætántium, & vocem fletûs pópuli: commixtim enim pópulus vociferabátur clamóre magno, & vox audiebátur procul.

℟. Deus meus, 32[illegible].

Lectio [illegible]. Cap. 4. [illegible]

Audiérunt autem hostes Judæ, & Bénjamin, quia filii captivitátis ædificárent templum Dómino Deo Israël: & accessérunt ad Zoróbabel, & ad príncipes patrum, dixerúntque eis: Ædificémus vobíscum, quia ita ut vos, quærimus Deum [illegible]: ecce nos [illegible] víctimas à diébus A[illegible] regis Assur, qui [illegible] huc. Et [illegible] eis Zoróbabel, & Jósue, & réliqui príncipes patrum Israël: Non est vobis & nobis ut ædificémus domum Deo nostro, sed nos ipsi soli ædificábimus Dómino Deo nostro, sicut præcépit nobis Cyrus rex Persárum. Factum est ígitur, ut pópulus terræ impedíret manus pópuli Judæ, & turbáret eos in ædificándo. Conduxérunt autem advérsùs eos consiliatóres, ut destrúerent consílium eórum ómnibus diébus Cyri regis Persárum, & usque ad regnum Daríi regis Persárum.

℟. Dómine Deus, 328.

CANON.

Ex Concílio Narbonénsi. *An. 589. can. 2.*

Hoc definítum est, ut in psalléndi ordínibus per quémlibet Psalmum Glória dicátur omnipoténti Deo; per majóres verò Psalmos, prout fúerint prolíxiores, pausatiónes fiant: & per quamque pausatiónem Glória Trinitátis, Dómino decantétur.

FERIA TERTIA.

De libro primo Esdræ.

Lectio [illegible] Cap. 5.

P[illegible] Aggæus [illegible], & Zacharías [illegible], [illegible] ad [illegible] qui erant in [illegible] & Jerúsalem, [illegible]

Tunc surrexérunt Zorobabel fílius Saláthiel, & Jósue fílius Jósedec, & cœpérunt ædificáre templum Dei in Jerúsalem, & cum eis prophétæ Dei adjuvántes eos. In ipso autem témpore venit ad eos Thathánaï, qui erat dux trans flumen, & Stharbuzánaï, & consiliárii eórum, sicque dixérunt eis: Quis dedit vobis consílium ut domum hanc ædificarétis, & muros ejus instaurarétis? Ad quod respóndimus eis, quæ essent nómina hóminum autórum ædificatiónis illíus. Oculus autem Dei eórum factus est super senes Judæórum, & non potuérunt inhibére eos. Placuítque ut res ad Darium referrétur, & tunc satisfácerent advérsùs accusatiónem illam.

℟. Congregátus est, 328.

Lectio ij. *c.* 6. 1. *ad* 5.

Tunc Darius rex præcépit: & recensuérunt in bibliothéca librórum, qui erant repósiti in Babylóne & invéntum est in Ecbátanis, quod est castrum in Medéna província, volúmen unum; talísque scriptúra erat in eo commentárius: Anno primo Cyri regis; Cyrus rex decrévit ut domus Dei ædificarétur, quæ est in Jerúsalem, in loco ubi immolent hóstias, & ut ponant fundaménta supportántia altitúdinem cubitórum sexagínta, & latitúdinem cubitórum sexagínta; órdines de lapídibus impolítis tres, & sic órdines de lignis novis: sumptus autem de domo regis dabúntur: sed & vasa templi Dei áurea & argéntea, quæ Nabuchodónosor túlerat de templo Jerúsalem, & attúlerat ea in Babylónem, reddántur & referántur in templum in Jerúsalem in locum suum; quæ & pósita sunt in templo Dei.

℟. Manus Dei nostri, 329.

Lectio iij. *v.* 6. *ad* 10.

Nunc ergo, Thathánaï dux regiónis, quæ est trans flumen, Stharburzánaï, & consiliárii vestri Apharsachæi qui estis trans flumen, procul recédite ab illis; & dimíttite fieri templum Dei illud à duce Judæórum, & à senióribus eórum, ut domum Dei illam ædíficent in loco suo. Sed & à me præcéptum est quid opórteat fieri à presbyteris Judæórum illis, ut ædificétur domus Dei, scílicet ut de arca regis, id est, de tribútis quæ dantur de regióne trans flumen, studiósè sumptus dentur viris illis, ne impediátur opus. Quòd si necésse fúerit, & vítulos, & agnos, & hœdos in holocaústum Deo cœli, fruméntum, sal, vinum, & óleum, secúndùm ritum Sacerdótum qui sunt in Jerúsalem, detur eis per síngulos dies, ne sit in áli-

dixi regi : Rex, in ætérnum vive, quare non mœreat vultus meus, quia civitas domûs sepulcrórum patris mei desérta est, & portæ ejus combústæ sunt igni ? Et ait mihi rex : Pro qua re póstulas ? Et orávi Deum cœli, & dixi ad regem : Si vidétur regi bonum, & si placet servus tuus ante fáciem tuam, ut mittas me in Judæam ad civitátem sepúlcri patris mei, & ædificábo eam. Dixítque mihi rex, & regína quæ sedébat juxta eum : Usque ad quod tempus erit iter tuum, & quando revertéris ? & plácuit ante vultum regis, & misit me ; & constítui ei tempus.

℟. Manus Dei nostri, 329.

Lectio iij. *v.* 11. *ad* 18.

ET veni Jerúsalem, & eram ibi tribus diébus ; & surréxi nocte ego, & viri pauci mecum ; & non indicávi cuiquam quid Deus dedisset in corde meo ut fácerem in Jerúsalem ; & juméntum non erat mecum, nisi ánimal cui sedébam. Et egréssus sum per portam Vallis nocte... Et transívi ad portam Fontis, & ad aquædúctum regis, & non erat locus juménto cui sedébam, ut transíret. Et ascéndi per torréntem nocte, & considerábam murum... & rédii. Magistrátus autem nesciébant quò abiíssem, aut quid ego fácerem : sed & Judæis, & sacerdótibus, & optimátibus, & magistrátibus, & réliquis qui faciébant opus, usque ad id loci, nihil indicáveram. Et dixi eis : Vos nostis afflictiónem in qua sumus, quia Jerúsalem desérta est, & portæ ejus consúmptæ sunt igni : veníte, & ædificémus muros Jerúsalem ; & non simus ultrà oppróbrium. Et indicávi eis manum Dei mei, quòd esset bona mecum, & verba regis quæ locútus esset mihi.

℟. Vos transgréssi estis, 329.

CANON.

Ex Concílio Reménsi.

An. 1564. *Congreg.* 5.

A Primæva Breviárii institutióne, id antíqui Patres voluísse vidéntur, ut síngulis hebdómadis totum Psaltérium recitarétur.

FERIA SEXTA.

De libro Nehémiæ.

Lectio j. *c.* 4. *v.* 7. *ad* 9.

FActum est autem, cùm audísset Sanabállat, & Tobías, & Arabes, & Ammanítæ, & Azótii, quòd obdúcta esset cicátrix muri Jerúsalem, & quòd cœpíssent interrúpta conclúdi, iráti sunt nimis ; & congregáti sunt omnes páriter, ut venírent, & pugnárent contra Jerúsalem, & moliréntur insídias. Et orávimus Deum nostrum, & posúimus custódes super murum die ac nocte contra eos.

℟.

Esdras scriba, 327.
› ij. *v. 10. ad 15.*
.t autem Judas : De-
litáta est fortitúdo
tis, & humus nímia
t nos non potérimus
re murum. Et dixé-
ıstes nostri : Néſciant,
rent donec veniámus
ium eórum, & inter-
ıs eos, & cessáre fa-
opus.... Factum est
cùm audíssent inimíci
ıuntiátum esse nobis,
rit Deus consílium
. Et revérsi sumus
ad muros, unusquís-
opus suum.
)eus meus, 327.
› iij. *v. 16. ad 18.*
factum est à die illa,
édia pars júvenum
faciébat opus, &
paráta erat ab bel-
& lánceæ, & scuta,
s, & lorícæ, & prín-
›ost eos in omni do-
da. Ædificántium in
& portántium ónera,
›néntium, unâ manu
:iébat opus, & álterâ
t gládium ; ædificán-
nim unusquísque glá-
ıt accínctus renes. Et
bant, & clangébant
â juxta me.
)ómine Deus, 328.
C A N O N.
Concílio Toletáno
undécimo.
An. 675. cap. 3.
:uit huic sancto Con-
io, ut Metropolitánæ
utoritáte coácti uniusc-
rs Æstiva.

cujúsque provínciæ Pontífi-
ces, rectorésque Ecclesiá-
rum, unum eumdémque in
psalléndo téneant modum,
quem in Metropolitána sede
cognovérint institútum.

S A B B A T O.

De libro Nehémiæ.

Lectio j.

c. 5. v. 1. ad 2. & v. 9. ad 12.

FActus est clamor pópu-
li, & uxórum ejus ma-
gnus advérsùs fratres
suos Judæos. Et erant qui
dícerent : Fílii nostri, & fí-
liæ nostræ multæ sunt nimis,
accipiámus pro prétio eó-
rum fruméntum, & come-
dámus, & vivámus... Dixí-
que ad eos : Non est bona
res quam fácitis ; quare non
in timóre Dei nostri ambu-
látis, ne exprobrétur nobis
à géntibus inimícis nostris?
Et ego, & fratres mei, &
púeri mei commodávimus
plúrimis pecúniam & fru-
méntum ; non repetámus in
commúne istud, æs aliénum
concedámus, quod debétur
nobis. Réddite eis hódie
agros suos, & víneas suas,
& olivéta sua, & domos
suas ; quin pótiùs centési-
mum pecúniæ, fruménti,
vini, & ólei, quam exígere
solétis ab eis, date pro illis.
Et dixérunt : Reddémus, &
ab eis nihil quærémus ; sic-
que faciémus ut lóqueris.

Si fiat de Sabbato, ℟℟℟.

sumentur ex II. Nocturno Dominicæ præcedentis.

Lectio ij.

c. 8. *v.* 1. *ad* 3. *& v.* 6.

ET vénerat mensis séptimus, filii autem Israël erant in civitátibus suis. Congregatúsque est omnis pópulus quasi vir unus ad platéam, quæ est ante portam Aquárum; & dixérunt Esdræ scribæ ut afférret librum legis Móysi, quam præcéperat Dóminus Israéli. Attulit ergo Esdras sacérdos legem coram multitúdine virórum & mulíerum, cunctísque qui póterant intellígere, in die prima mensis séptimi. Et legit in eo apértè in platéa quæ erat ante portam Aquárum, de manè usque ad médiam diem, in conspéctu virórum & mulíerum & sapiéntium: & aures omnis pópuli erant eréctæ ad librum.... Et benedíxit Esdras Dómino Deo magno: & respóndit omnis pópulus: Amen, amen, élevans manus suas; & incurváti sunt, & adoravérunt Deum proni in terram.

Lectio iij. *c.* 13. 19. *ad* 22.

FActum est autem, cùm quievíssent portæ Jerúsalem in die sábbati, dixi: & clausérunt jánuas, & præcépi ut non aperírent eas usque post sábbatum: & de púeris meis constítui super portas ut nullus inférret onus in die sábbati. Et mansérunt negotiatóres, & vendéntes univérsa venália foris Jerúsalem semel & bis. Et contestátus sum eos, & dixi eis: Quare manétis ex advérso muri? Si secúndò hoc fecéritis, manum mittam in vos. Itaque ex témpore illo non venérunt in sábbato. Dixi quoque Levítis ut mundaréntur, & venírent ad custodiéndas portas, & sanctificándam diem sábbati: & pro hoc ergo meménto meî, Deus meus, & parce mihi secúndùm multitúdinem miseratiónum tuárum.

CANON.

Ex Concílio Toletáno undécimo.

An. 675. *cap.* 3.

UNiuscujúsque provínciæ Pontífices, rectorésque Ecclesiárum, non áliquâ diversitáte cujúsque órdinis vel officii, a Metropolitána se patiántur sede disjúngi. Sic enim justum est, ut inde unusquísque sumat régulas magistérii, unde honóris consecratiónem accépit: ut juxta majórum decréta, sedes quæ unicuíque sacerdotális mater est dignitátis, sit & Ecclesiásticæ magístra ratiónis.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D.* Scripsit rex Antíochus omni regno suo, ut esset omnis pópulus, unus; & relínqueret unusquísque legem suã: multi de pópulo Israël noluérunt infríngere legem Dei

ſanctam, & trucidáti ſunt. 1. Mach. 1. 43. 65. 66.

Oratio, Omnípotens ſempitérne Deus, *infrà ad Laudes*.

DOMINICA XIII.

post Pentecosten.

IN I. NOCTURNO.

Incípiunt libri Machabæórum.

Lectio j.

Lib. 1. *c.* 1. 1. *ad* 5.

FActum eſt, poſtquam percúſſit Alexánder Philíppi Mácedo, (qui primus regnávit in Græcia, egréſſus de terra Cethim,) Daríum regem Perſárum & Medórum; conſtítuit prælia multa, & obtínuit ómnium munitiónes, & interfécit reges terræ, & pertránſiit uſque ad fines terræ, & accépit ſpólia multitúdinis géntium: & ſíluit terra in conſpéctu ejus. Et congregávit virtútem, & exércitum fortem nimis; & exaltátum eſt, & elevátum eſt cor ejus; & obtínuit regiónes géntium, & tyránnos, & facti ſunt illi in tribútum.

℟. Poſtquam percúſſit Alexánder Daríum regem Perſárum, * Pertránſiit uſque ad fines terræ: ſíluit terra in conſpéctu ejus, & poſt hæc décidit in lectum, & cognóvit quia morerétur. 1. Mach. 1. 1. 3. 6. ℣. Quid prodeſt hómini ſi mundum univérſum lucrétur, ánimæ verò ſuæ detriméntum patiátur? *Matt.* 16. 26. *Pertránſiit.

Lectio ij. *v.* 6. *ad* 10.

ET poſt hæc décidit in lectum, & cognóvit quia morerétur. Et vocávit púeros ſuos nóbiles, qui ſecum erant nutríti à juventúte; & divíſit illis regnum ſuum, cùm adhuc víveret. Et regnávit Alexánder annis duódecim, & mórtuus eſt. Et obtinuérunt púeri ejus regnum, unuſquíſque in loco ſuo: & impoſuérunt omnes ſibi diadémata poſt mortem ejus, & filii eórum poſt eos annis multis, & multiplicáta ſunt mala in terra.

℟. Cóntigit ſeptem fratres cum matre compélli à rege Antíocho contra fas édere carnes porcínas, flagris & taúreis cruciátos. Primus ſic ait: * Paráti ſumus mori, magìs quàm pátrias Dei leges prævaricári. 2. *Mach.* 7. 1. 2. ℣. Neque mors, neque vita, neque principátus, neque inſtántia, neque creatúra ália póterit nos ſeparáre à caritáte Dei. *Rom.* 8. 38. 39. * Paráti.

Lectio iij. *v.* 11. *ad* 16.

ET éxiit ex eis radix peccátrix, Antíochus Illúſtris, filius Antíochi regis, qui fúerat Romæ obſes; &

regnávit in anno centésimo trigésimo séptimo regni Græcórum. In diébus illis exiérunt ex Israël filii iníqui, & suasérunt multis, dicéntes: Eámus, & disponámus testaméntum cum géntibus quæ circa nos sunt; quia ex quo recéssimus ab eis, invenérunt nos multa mala. Et bonus visus est sermo in óculis eórum. Et destinavérunt áliqui de pópulo, & abiérunt ad regem: & dedit illis potestátem ut fácerent justítiam géntiū... Et juncti sunt natiónibus, & venúmdati sunt ut fácerent malum.

℟. In sartágine cùm primus diu cruciarétur, céteri fratres unà cum matre ínvicem se hortabántur mori fórtiter, dicéntes: * Dóminus Deus aspíciet veritátem, & † Consolábitur in nobis. 2. *Mach.* 7. 5. 6. ℣. Per patiéntiam currámus ad propósitum nobis certámen. *Hebr.* 12. 1. *Dóminus. Glória. † Consolábitur.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Gregórii Nazianzéni. *Orat.* 20.

Lectio iv.

QUinam Machabæi fuerint, quâque primùm ex institutióne atque doctrína in tantam virtútis frugem gloriámque pervénerint, perspícuè liber ille declárat, qui ratiónem ánimi perturbatiónibus imperáre docet, in ejúsque arbítrio esse, ut in utrámvis partem, hoc est, vel ad virtútem, vel ad vítium propendeámus. Nam libri illíus autor, cùm pleráque ália testimónia, tum horum quoque dimicatiónes in hujus arguménti confirmatiónem áttulit. Mihi verò hæc tantùm commemoráre sufficiet. Eleázarus primítiæ eórum qui ante Christum passi sunt, quemádmodum post Christum Stéphanus, sacérdos, & senex, canus capíllis, canus & prudéntiâ, priùs quidem pro pópulo sacrificábat & orábat. Tandem autem & semetípsum hóstiam óbtulit Deo perfectíssimam, ac totíus pópuli expiatrícem, faustum certáminis inítium, ad quod loquens páriter ac tacens cohortabátur. Obtulit autem & fílios septem, suæ fructus disciplínæ, hóstiam vivéntem, sanctam, Deo placéntem, omni legáli sacrifício splendidiórem & puriórem: quæ sunt enim filiórum, ad patrem reférri æquíssimum ac justíssimum est.

℟. Supra modum mater mirábilis síngulos hortabátur voce pátriâ, * Mundi Creátor spíritum vobis íterum cum misericórdia reddet & vitam, sicut nunc vosmetípsos despícitis propter leges ejus. 2. *Mach.* 7.

20. 21. 23. ℣. Nolíte timére eos qui occídunt corpus, ánimam autem non possunt occídere. *Matth.* 10. 28. * Mundi Creátor.

Lectio v.

IBi fortes & magnánimi fílii, generósæ matris generósa sóboles, gloriósi veritátis propugnatóres, Antiochi tempóribus excelsióres, veri Mosáicæ legis discípuli, paternórum rítuum observantíssimi; númerus apud Hebræos laudábilis, & propter septenáriæ quiétis mystériũ venerábilis, unum spirántes, unum sectántes, unum illud ad vitam iter agnoscéntes, ut mortem Dei causâ susciperent; non minùs ánimis fratres quàm corpóribus, inter se mútuæ mortis æmuli. O rem admirándam! torménta quasi thesaúros præripiéntes, pro magístra lege perícula subeúntes, illáta non magìs formidántes, quàm quæ superérant requiréntes; unum illud vériti ne tyránnus à pœnis desísteret, ne quis ipsórum sine corónæ præmio discéderet, ne invíti fratres álii ab álio sejungeréntur, & ne in eo discrímine, cruciátibus erépti, malâ victóriâ superárent.

℟. Fratres mei, módico nunc dolóre sustentáto, sub testaménto ætérnæ vitæ efféctì sunt; * Tu verò judício Dei justas supérbiæ tuæ pœnas exólves. 2. *Mach.* 7. 36. ℣. Momentáneum & leve tribulatiónis nostræ ætérnum glóriæ pondus operátur in nobis. 2. *Cor.* 4. 17. * Tu verò.

Lectio vj.

ERat ibi fortis & generósa mater, puerórum simul ac Dei amans, cujus matérna víscera supra natúræ consuetúdinem dilaniabántur. Non enim filiórum qui in torméntis erant, miserebátur; sed timóre angebátur, ne non ea suscíperent: neque magìs eos qui è vita migráverant desiderábat, quàm precabátur ut réliqui cum illis conjungeréntur; de quibus filiis magìs quàm de mórtuis erat sollícita. Horum enim dúbium erat certámen, at illórum secúrus vitæ éxitus. Atque illos quidem jam Deo adjúnxerat; de his verò quómodo Deus eos suscíperet, laborábat. O virílem ánimum in córpore muliebri! ô admirábile magni ánimi increméntum.

℟. Rex accénsus irâ, in adolescentiórem super omnes crudéliùs desævit, indígnè ferens se derísum: * Novíssimè autem post fílios & mater consúmpta est. 2. *Mach.* 7. 39. 41. ℣. Distémti sunt, non suscipiéntes redemptiónem, ut meliórem invenírent resurrectiónem. *Heb.* 11. 35. * Novíssimè. Glória. * Novíssimè.

IN III. NOCTURNO.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 17. 11. *ad* 19.

IN illo témpore ; Dum iret Jesus in Jerúsalem, transíbat per médiam Samaríam & Galilæam. Et cùm ingrederétur quoddam castéllum, occurrérunt ei decem viri lepróſi. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Quæst. Evang. lib. 2. *quæst.* 40. §. 1. 2.

IN decem leprósis quos Dóminus ita mundávit, cùm ait : [Ite, osténdite vos sacerdótibus,] multa quæri possunt quæ méritò quæréntes movent. Non solùm de número quid sibi velint quòd decem sunt, & quòd unus ex illis solus grátias agit : hæc enim líberè quærúntur ; ut étiam non investigáta, vel nihil vel non multùm impédiant intentiónem legéntis : sed illa pótiùs, cur eos ad sacerdótes míserit, ut cùm irent mundaréntur. Nullum enim eórum quibus hæc corporália beneficia præstitit, invenítur misísse ad sacerdótes, nisi leprósos. Nam & illum à lepra mundáverat cui dixit : [Vade, osténde te sacerdótibus, & offer pro te sacrificium, quod præcépit Móyses, in testimónium illis.]

℟. Cùm ingrederétur Jesus quoddam castéllum, occurrérunt ei decem vir próſi, qui stetérunt à gè, dicéntes : * Jesu céptor, miserére nc *Luc.* 17. 12. 13. ℣. Ti Dómine, qui líberas ab ni malo. *Sap.* 16. 8. * præcéptor.

Lectio viij.

QUæréndum ígitur quid ipsa lepra sig cet : non enim sanáti, mundáti dicúntur qui e ruérunt. Colóris quipp tium est, non valetú aut integritátis sénsuu que membrórum. Le ergo non absúrdè int possunt, qui sciéntian ræ fidei non habéntes, rias doctrínas profité erróris. Non enim ve scóndunt imperítiam si sed pro summa perítia ferunt in lucem, & ja tiâ sermónis osténtant.

℟. Leprósos ut vidi sus, dixit : * Ite, ostéı vos sacerdótibus. *Luc.* 14. ℣. Sacerdótes pópı docébunt quid sit inter ctum & pollútum, & mundum & immún osténdent eis. *Ezech.* 44 * Ite.

Lectio ix.

NUlla porrò falsa dc na est, quæ non ál vera intermísceat. Ver go falsis inordinátè míxta, in una disputa vel narratióne hóminis quam in unius córpori lóre apparéntia, signifi

lepram, tanquam veris falsísque colórum fucis humána córpora variántem atque maculántem. Hi autem tam vitándi sunt Ecclésiæ, ut si fieri potest, lóngiùs remóti magno clamóre Christum interpéllent; sicut isti [decem stetérunt à longè, & levavérunt vocem, dicéntes: Jesu præcéptor, miserére nostri.] Nam & quòd præceptórem vocant, quo nómine néscio utrùm quisquam Dóminum interpellá-verit pro medicína corporáli, satis puto significáre, lepram, falsam esse doctrínam, quam bonus præcéptor abstérgit.

℞. Dum irent leprósi, mundáti sunt: * Unus autem regréssus est, cum magna voce magníficás Deum, & † Cécidit in fáciem ante pedes Jesu, grátias agens; & hic erat Samaritánus. *Luc.* 17. 14. 15. 16. ℣. Oblíti sunt benefactórum Dei, & mirabílium ejus. *Ps.* 77. 11. * Unus. Glória. † Cécidit.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G. * Dixit Jesus: Nonne decem mundáti sunt? Et novem ubi sunt? Non est invéntus qui redíret, & daret glóriam Deo, nisi hic alienígena. *Luc.* 17. 17. 18.

ORATIO. Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, da nobis fídei, spei, & caritátis augméntum: & ut mereámur ássequi quod promíttis, fac nos amáre quod præcipis; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Remépsi. *An.* 1583. *tit. de Eucharistia, cap.* 14.

Diébus Domínicis ac pópulo festívis, dum majus sacrum, cóncio, vel supplicatiónes fiunt, in álio áliquo altári Ecclésiæ Missam celebrári omníno prohibémus.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. * Ait Samaritáno Jesus: Surge, vade, quia fides tua te salvum fecit. *Luc.* 17. 19.

FERIA SECUNDA.

De libris Machabæórum.

Lectio j. lib. 2. *c.* 3. 1. *ad* 4.

Cum sancta cívitas habitarétur in omni pace, leges étiam adhuc óptimè custodiréntur, propter Oníæ Pontíficis pietátem, & ánimos ódio habéntes mala, fiébat ut & ipsi reges & príncipes locum summo honóre dignum dúcerent, & templum máximis munéribus illustrárent; ita ut Seleúcus Asiæ rex de redditibus suis præstáret omnes sumptus ad ministérium sacrificiórum pertinéntes. Simon autem de tribu Bénjamin præpósitus templi constitútus, contendébat, obsisténte sibi príncipe sacerdótum, iníquum áliquid in civitáte molíri.

℞. Postquam percússit, 339.

Lectio ij. *v.* 5. *ad* 8.

SEd cùm víncere Oníam non posset, venit ad Apollónium Tharsææ fílium, qui eo témpore erat dux Cœlesyriæ, & Phœnícis; & nuntiávit ei, pecúniis innumerabílibus plenum esse ærárium Jerosólymis, & communes cópias imménsas esse, quæ non pértinent ad ratiónem sacrificiórum; esse autem possíbile sub potestáte regis cádere univérsa. Cúmque retulísset ad regem Apollónius de pecúniis quæ delátæ erant, ille accítum Heliodórum qui erat super negótia ejus, misit cum mandátis, ut prædíctam pecúniam transportáret. Statímque Heliodórus iter est aggréssus, spécie quidem quasi per Cœlesyriam & Phœnícem civitátes esset peragratúrus, revéra autem regis propósitum perfectúrus.

℞. Cóntigit, 339.

Lectio iij. *v.* 9. *ad* 12.

SEd cùm venísset Jerosólymam, & benígnè à summo sacerdóte in civitáte esset excéptus, narrávit de dato indício pecuniárum, & cujus rei grátiâ adésset, apéruit: interrogábat autem, si verè hæc ita essent. Tunc summus sacérdos osténdit depósita esse hæc, & victuália viduárum, & pupillórum; quædam verò esse Hircáni Tobíæ viri valde eminéntis, in his quæ detúlerat ímpius Simon: univérsa autem argénti taléntta esse quadringénta, & auri ducénta: décipi verò eos, qui credidíssent loco & templo quod per univérsum mundum honorátur pro suî venerationé & sanctitáte, omníno impossíbile esse.

℞. In sartágine, 340.

C A N O N.

Ex Concílio Senonénsi.

An. 1528. *in decretis morum, cap.* 17.

ORganórum usum Ecclésia à Pátribus ad cultum servitiúmque divínum recépit. Nólumus ítaque quòd orgánicis instruméntis résonet in Ecclésia impudíca aut lascíva melódia; sed sonus omníno dulcis, qui nihil præter hymnos divínos & cántica spirituália repræséntet.

FERIA TERTIA.

De libris Machabæórum.

Lectio j.

lib. 2. *c.* 3. 23. *ad* 26.

HEliodórus quod decréverat, perficiébat eódem loco ipse cum satellítibus circa ærárium præsens. Sed spíritus omnipoténtis Dei magnam fecit suæ ostensiónis evidéntiam, ita ut omnes qui ausi fúerant parére ei, ruéntes Dei virtúte, in dissolutiónem & formídinem converteréntur. Appáruit enim illis quidam equus terríbilem habens sessórem, óptimis

ornaméntis adornátus : isque cum ímpetu Heliodóro prióres calces elísit ; qui autem ei sedébat, videbátur arma habére áurea. Alii étiam apparuérunt duo júvenes virtúte decóri, óptimi glóriâ, speciosíque amíctu; qui circumstetérunt eum, & ex utráque parte flagellábant, sine intermissióne multis plagis verberántes.

℟. Supra modum, 340.

Lectio ij. *v.* 27. *ad* 31.

SUbitò autem Heliodórus concidit in terram, eúmque multâ calígine circumfúsum rapuérunt, atque in sella gestatória pósitum ejecérunt.... Et ille quidem per divínam virtútem jacébat mutus, atque omni spe & salúte privátus. Hi autem Dóminum benedicébant, quia magnificábat locum suum: & templum, quod paulò antè timóre ac tumúltu erat plenum, apparénte omnipoténte Dómino, gaúdio & lætítiâ implétum est. Tunc verò ex amícis Heliodóri quidam rogábant conféstim Oníam, ut invocáret Altíssimum, ut vitâ donáret ei, qui in suprémo spíritu erat constitútus.

℟. Fratres mei, 341.

Lectio iij. *v.* 32. *ad fin.*

COnsíderans autem summus sacérdos, ne fortè rex suspicarétur malítiam áliquam ex Judæis circa Heliodórum consummátam, óbtulit pro salúte viri hóstiam salutárem. Cùmque summus sacérdos exoráret iídem júvenes eísdem vésti bus amícti, astántes Helio dóro, dixérunt : Oníæ sa cerdóti grátias age ; nan propter eum Dóminus tib vitam donávit: tu autem Deo flagellátus, núntia óm nibus magnália Dei, & po testátem. Et his dictis noi comparuérunt. Heliodóru autem, hóstiâ Deo oblátâ & votis magnis promíssis e qui vívere illi concéssit, & Oníæ grátias agens, recépt exércitu, repedábat ad re gem. Testabátur autem óm nibus ea quæ sub óculis sui víderat ópera magni Dei Cùm autem rex interrogás set Heliodórum quis esse aptus adhuc semel Jerosó lymam mitti, ait : Si quen habes hostem, aut regni tu insidiatórem, mitte illuc; & flagellátum eum recípies, tamen eváserit; eò quòd i loco sit verè Dei quædar virtus : nam ipse qui habe in cœlis habitatiónem, visi tátor, & adjútor est loci il líus, & veniéntes ad male faciéndum pércutit, ac pe dit. Igitur de Heliodóro & ærárii custódia, ita se re habet.

℟. Rex accénsus irâ, 341

CANON.

Ex Concílio Cameracénsi *An.* 1565. *tit.* 6. *cap.* 15.

QUi tintinnábula, & cam pánulas ad harmóniar quandam pulsáre solent, c

veant omníno ne hujúsmodi pulsatióne cantiónes turpes, inhonéstas, & vulgò jactátas imiténtur; sed pótiùs hymnórum & canticórum Ecclésiæ modulatiónes.

FERIA QUARTA.

De libris Machabæórum.

Lectio j.

lib. 1. *c.* 1. 17. *ad* 23.

PArátum est regnum in conspéctu Antiochi, & cœpit regnáre in terra Ægypti, ut regnáret super duo regna. Et intrávit in Ægyptum in multitúdine gravi, in cúrribus, & elephántis, & equítibus, & copiósa návium multitúdine: & constítuit bellum advérsùs Ptolemæum regem Ægypti; & véritus est Ptolemæus à fácie ejus, & fugit, & cecidérunt vulneráti multi. Et comprehéndit civitátes munítas in terra Ægypti, & accépit spólia terræ Ægypti. Et convértit Antiochus, postquam percússit Ægyptum in centésimo & quadragésimo tértio anno; & ascéndit ad Israël, & ascéndit Jerosólymam in multitúdine gravi, & intrávit in sanctificatiónem cum supérbia.

℟. Postquam percússit, 339.

Lectio ij. *v.* 23. *ad* 26.

ET accépit altáre áureum, & candelábrum lúminis, & univérsa vasa ejus, & mensam propositió libatória, & phiala mortaríola áurea, & v & corónas, & ornam áureum quod in fáci pli erat; & comminu nia. Et accépit argénti rum, & vasa concupisc & accépit thesáuros tos quos invénit; & s ómnibus, ábiit in t suam. Et fecit cæde minum, & locútus supérbia magna. Et est planctus magnus raël, & in omni loco e

℟. Cóntigit, 339.

Lectio iij. *v.* 46. *a*

ET misit rex libr manus nuntiórum rúsalem, & in omnes tátes Juda; ut seque leges géntium terræ, hibérent holocáusta, crificia, & placatióne in templo Dei; & pr rent celebrári sábbatu dies solémnes: & coinquinári sancta, & ctum pópulum Israë jussit ædificári aras, & pla, & idóla, & imr carnes suillas, & p commúnia, & relin filios suos incircumci coinquinari animas e in ómnibus immún abominatiónibus, i oblivisceréntur legem immutárent omnes j cationes Dei. Et quicú non fecíssent secúndùm bum regis Antiochi, r réntur.

℟. In sartágine, 340.

CANON.

Ex Concílio Turonénsi secúndo.

An. 567. *can.* 4.

LAïci secus altáre quo sancta mystéria celebrántur, inter Cléricos, tam ad Vigílias quàm ad Missas, stare pénitus non præsúmant; sed pars illa, quæ à cancéllis versùs altáre divíditur, choris tantùm psalléntium páteat Clericórum.

FERIA QUINTA.

De libris Machabæórum.

Lectio j.

Lib. 2. *c.* 6. 18. *ad* 22.

ELeázarus unus de primóribus scribárum, vir ætáte provéctus, & vultu decórus, apérto ore hians compellebátur carnem porcínam manducáre. At ille gloriosíssimam mortem magis quàm odíbilem vitam compléctens, voluntáriè præíbat ad supplícium. Intuens autem quemádmodum oportéret accédere, patiénter sústinens, destinávit non admíttere illícita propter vitæ amórem. Hi autem qui astábant, iníquâ miseratióne commóti propter antíquam viri amicítiam, tolléntes eum secrétò rogábant afférri carnes quibus vesci ei licébat, ut simularétur manducásse, sicut rex imperáverat, de sacrifícii cárnibus; ut hoc facto à morte liberarétur: & propter véterem viri amicítiam, hanc in eo faciébant humanitátem.

℟. Supra modum, 340.

Lectio ij. *v.* 23. *ad* 28.

AT ille cogitáre cœpit ætátis ac senectútis suæ eminéntiam dignam, & ingénitæ nobilitátis caníticm, atque à púero óptimæ conversatiónis actus: & secúndùm sanctæ & à Deo cónditæ legis constitúta, respóndit citò dicens, præmítti se velle in inférnum. Non enim ætáti nostræ dignum est, inquit, fíngere: ut multi adolescéntium arbitrántes Eleázarum nonagínta annórum transísse ad vitam alienigenárum; & ipsi propter meam simulatiónem, & propter módicum corruptíbilis vitæ tempus decipiántur, & per hoc máculam atque execratiónem meæ senectúti conquíram. Nam etsi in præsénti témpore supplíciis hóminum erípiar, sed manum Omnipoténtis nec vivus nec defúnctus effúgiam: quamóbrem fórtiter vitâ excedéndo, senectúte quidem dignus apparébo; adolescéntibus autem exémplum forte relínquam, si prompto ánimo, ac fórtiter pro gravíssimis ac sanctíssimis légibus honéstâ morte perfúngar. His dictis, conféstim ad supplícium trahebátur.

℟. Fratres mei, 341.

Lectio iij. *v. 29. ad fin.*

HI autem qui eum ducébant, & pauló antè fúerant mitióres, in iram convérsi sunt propter sermónes ab eo dictos, quos illi per arrogántiam prolátos arbitrabántur. Sed cùm plagis perimerétur, ingémuit, & dixit: Dómine, qui habes sanctam sciéntiam, maniféstè tu scis quia, cùm à morte possem liberári, duros córporis sustíneo dolóres: secúndùm ánimam verò propter timórem tuum libénter hæc pátior. Et iste quidem hoc modo vitâ decéssit, non solùm juvénibus, sed & univérsæ genti memóriam mortis suæ ad exémplum virtútis & fortitúdinis derelínquens.

℟. Rex accénsus irâ, 341.

CANON.

Ex Concílio Rotomagénsi.

An. 1581. *cap.* 3. *num.* 9.

CEssent in Ecclésiis fraternitátum & societátum quarúmlibet concília & negótia; cessent confabulatiónes quælibet; cessét vana, & multò pótiùs fœda & profána collóquia. Eò nec libri, nisi oratiónis & pietátis, nec ália nisi sancta inferántur.

FERIA SEXTA.

De libris Machabæórum.

Lectio j. *lib.* 2. *c.* 7. 1. *ad* 9.

COntigit & septem fratres unà cum matre sua apprehénsos, compélli à rege édere contra fas carnes porcínas, flagris & taúreis cruciátos. Unus autem ex illis qui erat primus, sic ait: Quid quæris, & quid vis díscere à nobis? paráti sumus mori, magis quàm pátrias Dei leges prævaricári. Irátus ítaque rex, jussit sartágines & ollas æneas succéndi; quibus statim succénsis, jussit ei qui prior fúerat locútus, amputári linguam; & cute cápitis abstráctâ, summas quoque manus & pedes ei præscíndi, céteris ejus frátribus & matre inspiciéntibus. Et cùm jam per ómnia inútilis factus esset, jussit ignem admovéri, & adhuc spirántem torréri in sartágine, in qua cùm diu cruciarétur, céteri unà cum matre ínvicem se hortabántur mori fórtiter, dicéntes: Dóminus Deus aspíciet veritátem, & consolábitur in nobis, quemádmodum in protestatióne cántici declarávit Móyses: Et in servis suis consolábitur. Mórtuo ítaque illo primo, hoc modo, sequéntem deducébant ad illudéndum; & cute cápitis ejus cum capíllis abstráctâ, interrogábant si manducáret priúsquam toto córpore per membra síngula punirétur. At ille respóndens pátriâ voce, dixit: Non fáciam. Propter quod & iste, sequénti loco, primi torménta suscépit; & in último spíritu constitútus, sic ait: Tu quidem, sce-

lêstíssime, in præsénti vita nos perdis; sed Rex mundi defúnctos nos pro suis légibus in ætérnæ vitæ resurrectióne suscitábit.

℟. Postquam percússit, 339.

Lectio ij. *v.* 10. *ad* 19.

POst hunc tértius illúditur, & linguam postulátus citò prótulit, & manus constánter exténdit, & cum fidúcia ait: E cœlo ista possídeo, sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despício, quóniam ab ipso me ea receptúrum spero; ita ut rex & qui cum ipso erant, miraréntur adolescéntis ánimum, quòd tanquam níhilum dúceret cruciátus. Et hoc ita defúncto, quartum vexábant simíliter torquéntes; & cùm jam esset ad mortem, sic ait: Pótius est ab homínibus morti datos spem expectáre à Deo, íterum ab ipso resuscitándos; tibi enim resurréctio ad vitam non erit. Et cùm admovíssent quintum, vexábant eum: at ille respíciens in eum, dixit: Potestátem inter hómines habens, cùm sis corruptíbilis, facis quod vis; noli autem putáre genus nostrum à Deo esse derelíctum: tu autem patiénter sústine, & vidébis magnam potestátem ipsíus, quáliter te, & semen tuum torquébit. Post hunc ducébant sextum, & is mori incípiens, sic ait: Noli frustrà erráre: nos enim propter nosmetípsos hæc pátimur, peccántes in Deum nostrum, & digna admiratióne facta sunt in nobis; tu autem ne exístimes tibi impúnè futúrum, quòd contra Deum pugnáre tentáveris.

℟. Cóntigit, 339.

Lectio iij. *v.* 20. *ad* 23.

SUpra modum autem mater mirábilis, & bonórum memóriâ digna, quæ pereúntes septem filios sub uníus diéi témpore conspíciens, bono ánimo ferébat propter spem quam in Deum habébat; síngulos illórum hortabátur voce pátriâ fórtiter, repléta sapiéntiâ, & femineæ cogitatióni masculínum ánimum ínserens, dixit ad eos: Néscio quáliter in útero meo apparuístis; neque enim ego spíritum & ánimam donávi vobis & vitam, & singulórum membra non ego ipsa compégi; sed enim mundi Creátor, qui formávit hóminis nativitátem, quique ómnium invénit oríginem, & spíritum vobis íterum cum misericórdia reddet & vitam, sicut nunc vosmetípsos despícitis propter leges ejus.

℟. In sartágine, 340.

C A N O N.

Ex Concílio Turonénsi.

Ann. 1583. *tit.* 15.

STátuit hæc Synodus, ne qui collóquia sua in átrio alicújus Ecclésiæ constítuant

habénda, mercésve in cœmetério venáles expónant: inde enim fit, ut in ipsa Ecclésia sua exérceant negótia, ubi oratiónes & divína tantùm fieri æquum est officia.

SABBATO.

De libris Machabæórum.

Lectio j.

Lib. 2. *c.* 7. 24. *ad* 26.

ANtíochus contémni se arbitrátus, simul & exprobrántis voce despéctâ, cùm adhuc adolescéntior superésset, non solùm verbis hortabátur, sed & cum juraménto affirmábat, se dívitem & beátum factúrum, & translátum à pátriis légibus amícum habitúrum, & res necessárias ei præbitúrum. Sed ad hæc cùm adoléscens nequáquam inclinarétur, vocávit rex matrem, & suadébat ei ut adolescénti fieret in salútem. Cùm autem multis eam verbis esset hortátus, promísit suasúram se filio suo.

Si fiat de Sabbato, ℞℞℞. sumentur ex II. Nocturno Dominicæ præcedentis.

Lectio ij. *v.* 27. *ad* 29.

ITaque inclináta ad illum, irrídens crudélem tyránnum, ait pátriâ voce: Fili mi, miserére meî, quæ te in útero novem ménsibus portávi, & lac triénnio dedi, & álui, & in ætátem istam perdúxi: peto, nate, ut aspícias ad cœlum & terram, & ad ómnia quæ in eis sunt; & intélligas quia ex níhilo fecit illa Deus, & hóminum genus: ita fiet ut non tímeas carníficem istum, sed dignus frátribus tuis efféctus párticeps, súscipe mortem, ut in illa miseratióne cùm frátribus tuis te recípiam.

Lectio iij. *v.* 30. *ad* 41.

CUm hæc illa adhuc díceret, ait adoléscens: Quem sustinétis? non obédio præcépto regis, sed præcépto legis quæ data est nobis per Móysen. Tu verò qui invéntor omnis malítiæ factus es in Hebræos, non effúgies manum Dei. Nos enim pro peccátis nostris hæc pátimur; & si nobis propter increpatiónem & correptiónem Dóminus Deus noster módicùm irátus est; sed íterum reconciliábitur servis suis. Tu autem, ô sceléste, & ómnium hóminum flagitiosíssime, noli frustrà extólli vanis spebus in servos ejus inflammátus; nondum enim omnipoténtis Dei, & ómnia inspiciéntis, judícium effugísti. Nam fratres mei, módico nunc dolóre sustentáto, sub testaménto ætérnæ vitæ effécti sunt: tu verò judício Dei justas supérbiæ tuæ pœnas exólves. Ego autem, sicut & fratres mei, ánimam & corpus meum trado pro pá-

tris légibus, invocans Deum matérnis genti nostræ propítium fieri, teque cum torméntis & verbéribus confitéri, quòd ipse est Deus solus. In me verò & in frátribus meis désinet Omnipoténtis ira, quæ super omne genus nostrum justè superdúcta est. Tunc rex accénsus irâ, in hunc super omnes crudéliùs desævit, indígnè ferens se derísum. Et hic ítaque mundus óbiit, per ómnia in Dómino confídens. Novíssimè autem post fílios & mater consúmpta est.

CANON.

Ex Concílio Constantinopolitáno quini-sexto.

An. 692. can. 76.

NOn opórtet intrà sanctos ámbitus cauponáriam officínam, vel cibórum spécies propónere; vel álias venditiónes fácere, suam veneratiónem Ecclésiis serivántes..... Si quis ergo in prædícto delícto deprehénsus fúerit, segregétur.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Simon Mathathíæ fílius, & fratres ejus dedérunt se perículo, & restitérunt advérsariis gentis suæ, ut starent sancta ipsórum, & lex: & glóriâ magnâ glorificavérunt gentem suam. 1. *Mach.* 14. 29.

Oratio, Custódi, Dómine, *infrà in Laudibus.*

DOMINICA XIV. *post Pentecosten.*

IN I. NOCTURNO.

De libris Machabæórum.

Lectio j. *lib.* 1. *c.* 2. 1. *ad* 13.

IN diébus illis surréxit Mathathías fílius Joánnis, fílii Simeónis, sacérdos ex fíliis Jóarib ab Jerúsalem, & consédit in monte Modin; & habébat fílios quinque, Joánnem qui cognominabátur Gaddis, & Simónem qui cognominabátur Thasi, & Judam qui vocabátur Machabæus, & Eleázarum qui cognominabátur Abaron, & Jónathan qui cognominabátur Apphus. Hi vidérunt mala quæ fiébant in pópulo Juda, & in Jerúsalem. Et dixit Mathathías: Væ mihi, ut quid natus sum vidére contritiónem pópuli mei, & contritiónem civitátis sanctæ, & sedére illic, cùm datur in mánibus inimicórum? Sancta in manu extraneórum facta sunt; templum ejus sicut homo ignóbilis; vasa glóriæ ejus captíva abdúcta sunt; trucidáti sunt senes ejus in platéis, & júvenes ejus cecidérunt in gládio inimicórum. Quæ gens non hereditávit regnum ejus, & non obtínuit spólia ejus? Omnis compositio ejus abláta est. Quæ erat líbera, facta est ancílla. Et ecce sancta nostra

& pulcritúdo nostra, & cláritas nostra desoláta est, & coinquinavérunt ea gentes: Quò ergo nobis adhuc vívere?

℟. Intrávit rex Antíochus in sanctificatiónem cum supérbia, accépit altáre áureum & univérsa vasa, & commínuit, & fecit cædem hóminum; * Et factus est planctus magnus in Israël. 1. *Mach.* 1. 23. 25. 26. ℣. Datum est illi bellum fácere cum sanctis, & víncere eos. *Apoc.* 13. 7. * Et factus est.

Lectio ij. *v.* 14. *ad* 18.

ET scidit vestiménta sua Mathathías, & filii ejus; & operuérunt se cilíciis, & planxérunt valde. Et venérunt illuc qui missi erant à rege Antíocho, ut cógerent eos qui confúgerant in civitátem Modin, immoláre, & accéndere thura, & à lege Dei discédere. Et multi de pópulo Israël consentiéntes accessérunt ad eos; sed Mathathías, & filii ejus constánter steterúnt. Et respondéntes qui missi erant ab Antíocho, dixérunt Mathathíæ: Princeps, & claríssimus, & magnus es in hac civitáte, & ornátus filiis & frátribus: ergo accéde prior, & fac jussum regis, sicut fecérunt omnes gentes, & viri Juda, & qui remansérunt in Jerúsalem; & eris tu, & filii tui inter amícos regis, & amplificátus auro & argénto, & munéribus multis.

℟. Cœpit ex gravi supérbia dedúctus Antíochus ad agnitiónem suî veníre, & ita ait: Justum est súbditum esse Deo, & mortálem non pária Deo sentíre; * Orábat hic sceléstus Dóminum à quo non esset misericórdiâ consecutúrus. 2. *Mach.* 9. 11. 12. 13. ℣. Scitóte quóniam reprobátus est; non enim invénit pœniténtiæ locum. *Hebr.* 12. 17. * Orábat.

Lectio iij. *v.* 19. *ad* 22.

ET respóndit Mathathías, & dixit magnâ voce: Et si omnes gentes regi Antíocho obédiunt, ut discédat unusquísque à servitúte legis patrum suórum, & conséntiat mandátis ejus; ego & filii mei, & fratres mei obediémus legi patrum nostrórum. Propítius sit nobis Deus: non est nobis útile relínquere legem & justítias Dei; non audiémus verba regis Antíochi, nec sacrificábimus transgrediéntes legis nostræ mandáta, ut eámus álterâ viâ.

℟. Surréxit Machabæus, & adjuvábant eum omnes fratres ejus, & * Præliabántur prælium Israël cum lætítia, & repúlsi sunt inimíci ejus, & ℣. Dirécta est salus in manu ejus. 1. *Mach.* 3. 1. 2. 6. ℣. Operáti sunt justítiam; fortes facti sunt in bello, castra vertérunt ex-

terrorum. *Hebr.* 11. 33. 34. * Præliabántur. Glória Patri. † Diréćta est.

In II. Nocturno.

De expositióne sancti Joánnis Chrysóstomi in Psalmum quadragésimum tértium.

Lectio iv.

MAchabæi, cùm invasísset Judæam Antíochus, qui dictus est Epíphanes, & ómnia devastásset, & multos qui tunc erant, à pátriis institútis resilíre coegísset, permansérunt illæsi ab illis tentatiónibus. Et quando grave quidem bellum ingruébat, nec quidquam possent fácere quod prodésset, se abscondébant: nam hoc quoque fecérunt Apóstoli. Non enim semper apparéntes in média irruébant perícula sed nonnúnquam & fugiéntes & laténtes secedébant.

℟. Illi quidem armis confídunt simul & audáciâ; nos autem * In omnipoténte Dómino, qui potest & veniéntes advérsùm nos, & univérsum mundum uno nutu delére, confídimus. 2. *Mach.* 8. 18. ℣. Vestri capílli cápitis omnes numeráti sunt: nolíte timére. *Matt.* 10. 30. 31. * In omnipoténte.

Lectio v.

POstquam autem parum respirárunt, tanquam generósi quidam cátuli ex antris exiliéntes, & è látebris emergéntes statuérunt non se ámpliùs solos serváre, sed étiam álios quóscúmque possent: & civitátem & omnem regiónem obeúntes, collegérunt quotquot invenérunt adhuc sanos & íntegros: & multos étiam qui laborábant, & corrúpti erant, in statum prístinum redegérunt, eis persuadéntes redíre ad legem pátriam. Deum enim dicébant esse benígnum & cleméntem, nec unquam adímere salútem, quæ profiscíscitur ex pœniténtia. Hæc autem dicéntes, habuérunt deléctum fórtium virórum.

℟. In áliis natiónibus Dóminus patiénter expéctat, ut eas in plenitúdine peccatórum púniat; * Corrípiens verò in advérsis pópulum suum non derelínquit. 2. *Mach.* 6. 14. 16. ℣. Novit Dóminus iníquos in diem judícii reserváre cruciándos. 2. *Petr.* 2. 9. * Corrípiens.

Lectio vj.

NOn enim pro uxóribus, líberis, & ancíllis, patriæque eversióne & captivitáte; sed pro lege & pátria república pugnábant. Eórum autem dux erat Deus. Cùm ergo áciem dirígerent, & suas ánimas prodígerent, fundébant adversários, non armis fidéntes, sed loco omnis armatúræ, pugnæ causam sufficere ducéntes. Ad

bellum autem eúntes, non tragœdias excitábant, non pæána canébant, sicut nonnúlli fáciunt: non adscivérunt tibícines, ut fit in áliis castris: sed Dei supérnè auxílium invocábant, ut adésset, opem ferret, & manum præbéret, propter quem bellum gerébant, pro cujus glória decertábant.

℟. Pro peccátis nostris pátimur, * Et si nobis propter correptiónem Deus noster módicùm irátus est, † Iterum reconciliábitur servis suis. 2. *Mach.* 7. 32. 33. ℣. Persecutiónem pátimur, sed non derelínquimur; dejícimur, sed non perímus. 2. *Cor.* 4. 9. * Et si. Glória. † Iterum.

IN III. NOCTURNO.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 6. 24. *ad* 33.

IN illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis: Nemo potest duóbus dóminis servíre: aut enim unum ódio habébit, & álterum díliget; aut unum sustinébit, & álterum contémnet. Non potéstis Deo servíre, & mammónæ. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Lib. 2. *de Serm. Domini in monte*, §. 47.

NEmo potest duóbus dóminis servíre.] Ad hanc ipsam intentiónem referéndum est quod consequénter expónit, dicens: [Aut enim unum ódio habébit, rum díliget: aut álteri tiétur, & álterum co net.] Quæ verba dili consideránda sunt: n sint duo dómini, de osténdit, cùm dicit: potéstis Deo servíre, & mónæ.] Mammóna Hebræos divítiæ ap dicúntur. Cóngruit & cum nomen: nam l Púnicè, mammon c Sed qui servit mamr illi útique servit, qui istis terrénis mérito si versitátis præpósitus gistrátus hujus séculi mino dícitur.

℟. Ne solíciti sitis vestræ quid manduc neque córpori vestr induámini: * Nonne plus est quam esca; pus plusquam vestimé *Matt.* 6. 25. ℣. Quad ta annis in desérto ni tribus défuit; vesti eórum non inveterav 2. *Esdr.* 9. 21. * Non

Lectio viij.

NOlíte ergo,] i [solíciti esse, dic Quid edémus, aut qu bémus?] Et réliqua manifestíssimè osténdi hæc esse appeténda, t tália bona nostra, ut ter ipsa debeámus be cere, si quid fácimu tamen esse necessária. enim intérsit inter b quod appeténdum est, cessárium quod sum

est, hâc senténtiâ déclarávit, cùm ait: [Quærite primùm regnum Dei, & justítiam ejus, & hæc ómnia apponéntur vobis.] Regnum ergo & justítia Dei bonum nostrum est, & hoc appeténdum, & ibi finis constituéndus, propter quod ómnia faciámus quæcúmque fácimus.

℟. Respícite volatília cœli; non serunt, neque metunt, neque cóngregant in hórrea; & Pater vester cœléstis pascit illa: * Nonne vos magis pluris estis illis? *Matt.* 6. 26. ℣. Dat juméntis escam ipsórum, & pullis corvórũ invocántibus eum. *Ps.* 146. 9. * Nonne vos.

Lectio ix. §. 53. 54.

SEd quia in hac vita militámus, ut ad illud regnum pervenire possímus, quæ vita sine his necessáriis agi non potest; [Apponéntur vobis hæc,] inquit, sed vos regnum Dei & justitiam ejus primùm quærite. Cùm enim dixit illud Primùm, significávit quia hoc postérius quæréndum est, non témpore, sed dignitáte: illud tanquam bonum nostrum, hoc tanquam necessárium nostrum; necessárium autem propter illud bonum. Neque enim, verbi grátiâ, ídeo debémus evangelizáre, ut manducémus; sed ídeo manducáre, ut evangelizémus: nam si proptérea evangelizámus, ut manducémus, vílius habémus Evangélium quàm cibum; & erit jam bonum nostrum in manducándo, necessárium autem in evangelizándo.

℟. Nolíte ergo solíciti esse, dicéntes: Quid manducábimus, aut quo operiémur? * Hæc ómnia gentes inquírunt: † Scit Pater vester, quia his indigétis. *Matt.* 6. 31. 32. ℣. Peccatóri dedit Deus curam supérfluam, ut addat & cóngreget; & hoc vánitas est, & cassa solicitúdo. *Eccli.* 2. 26. * Hæc. Glória. † Scit.

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. F. Nemo potest duóbus dóminis servíre: non potéstis Deo servíre, & mammónæ. *Matt.* 6. 24.

Oratio. Orémus.

CUstódi, Dómine, quæsumus, Ecclésiam tuã propitiatióne perpétuâ: & quia sine te lábitur humána mortálitas; tuis semper auxíliis, & abstrahátur à nóxiis, & ad salutária dirigátur; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Rotomagénsi. *An.* 1581. *tit. de Curat. offic. cap.* 22.

PRohibémus in quibúsdã Ecclésiis, quæ simul Collegiátæ sunt & Parœciáles, eádem horâ cantári Missas Canonicórum & Parœcianórum; sed sub pœna excommunicatiónis stari in his

Judício Epíscopi; nec córpora mortuórum Domínicis inférri inter Missárum solémnia; sed, si fieri potest, post Vésperas servári.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. a. Quærite primùm regnum Dei, & justítiam ejús; & hæc ómnia adjiciéntur vobis. *Matt.* 6. 33.

FERIA SECUNDA.

De libris Machabæórum.

Lectio j.

Lib. 1. *c.* 2. 27. *ad* 30.

EXclamávit Mathathías voce magnâ in civitáte, dicens: Omnis qui zelum habet legis, státuens testaméntum, éxeat post me. Et fugit ipse, & fílii ejus in montes, & reliquérunt quæcúmque habébant in civitáte. Tunc descendérunt multi quæréntes judícium & justítiam, in desértum: & sedérunt ibi ipsi, & fílii eórum, & mulíeres eórum, & pécora eórum; quóniam inundavérunt super eos mala.

℟. Intrávit rex, 352.

Lectio ij. *v.* 49. *ad* 54.

ET appropinquavérunt dies Mathathíæ moriéndi, & dixit fíliis suis: Nunc confortáta est supérbia, & castigátio, & tempus eversiónis, & ira indignatiónis. Nunc ergo, ô fílii, æmulatóres estóte legis, & date ánimas vestras pro testaménto patrum vestrórum & mementóte óperum patrum, quæ fecérunt in generatiónibus suis; & accipiétis glóriam magnam, & nòmen ætérnum. Abraham nonne in tentatióne invéntus est fidélis, & reputátum est ei ad justítiam? Joseph in témpore angústiæ suæ custodívit mandátum, & factus est dóminus Ægypti. Phínees pater noster, zelándo zelum Dei, accépit testaméntum sacerdótii ætérni.

℟. Cœpit, 152.

Lectio iij. *v.* 64. *ad fin.*

VOs ergo, fílii, confortámini, & viríliter ágite in lege; quia in ipsa gloriósi éritis. Et ecce Simon frater vester, scio quòd vir consílii est: ipsum audíte semper, & ipse erit vobis pater. Et Judas Machabæus fortis víribus à juventúte sua, sit vobis princeps milítiæ, & ipse aget bellum pópuli. Et adducétis ad vos omnes factóres legis: & vindicáte vindíctam pópuli vestri. Retribúite retributiónem géntibus: & inténdite in præcéptum legis. Et benedíxit eos, & appósitus est ad patres suos. Et defúnctus est anno centésimo & quadragésimo sexto; & sepúltus est à fíliis suis in sepúlcris patrum suórum in Modin: & planxérunt eum omnis Israël planctu magno.

℟. Surréxit, 152.

CANON.

Ex Concílio Coloniénsi primo.

An. 1536. *part.* 7. *cap.* 29.

CAvénda summópere post exéquias delicáta convívia, crápulæ, ac comessatiónes, ne Deus placándus, magìs irritétur.

FERIA TERTIA.

De libris Machabæórum.

Lectio j. *Lib.* 1. *c.* 3. 1. *ad* 9.

SUrréxit Judas, qui vocabátur Machabæus, fílius ejus pro eo, & adjuvábant eum omnes fratres ejus, & univérsi qui se conjunxerant patri ejus; & prælìabántur prælium Israël cum lætítia. Et dilatávit glóriam pópulo suo, & índuit se lorícam sicut gigas, & succínxit se arma béllica sua in præliis, & protegébat castra gládio suo. Símilis factus est leóni in opéribus suis, & sicut cátulus leónis rúgiens in venatióne. Et persecútus est iníquos perscrútans eos; & qui conturbábant pópulum suum, eos succéndit flammis; & repúlsi sunt inimíci ejus præ timóre ejus, & omnes operárii iniquitátis conturbáti sunt; & dirécta est salus in manu ejus. Et exacerbábat reges multos, & lætificábat Jacob in opéribus suis, & in séculum memória ejus in benedictióne. Et perambulávit civitátes Juda, & pérdidit ímpios ex eis, & avértit iram ab Israël. Et nominátus est usque ad novíssimum terræ, & congregávit pereúntes.

℟. Illi quidem armis, 353.

Lectio ij. *v.* 42. *ad* 48.

ET vidit Judas, & fratres ejus, quia multiplicáta sunt mala, & exércitus applicábant ad fines eórum: & cognovérunt verba regis, quæ mandávit pópulo fácere in intéritum & consummatiónem; & dixérunt unusquísque ad próximum suum: Erigámus dejectiónem pópuli nostri, & pugnémus pro pópulo nostro, & sanctis nostris. Et congregátus est convéntus ut essent paráti in prælium; & ut orárent, & péterent misericórdiam & miseratiónes. Et Jerúsalem non habitabátur, sed erat sicut desértum: non erat qui ingrederétur & egrederétur de natis ejus; & sanctum conculcabátur: & filii alienigenárum erant in arce; ibi erat habitátio géntium, & ablàta est volúptas à Jacob, & defécit ibi tíbia & cíthara. Et congregáti sunt, & venérunt in Maspha contra Jerúsalem; quia locus oratiónis erat in Maspha antè in Israël. Et jejunavérunt in illa die, & induérunt se cilíciis, & cínerem imposuérunt cápiti suo, &

discidérunt vestiménta sua: & expandérunt libros legis, de quibus scrutabántur gentes similitúdinem simulacrórum suórum.

℟. In áliis natiónibus, 553.

Lectio iij. *v.* 55. *ad fin.*

ET post hæc constítuit Judas duces pópuli, tribúnos, & centuriónes, & pentacontárchos, & decuriónes. Et dixit his qui ædificábant domos, & sponsábant uxóres, & plantábant víneas, & formidolósis, ut redírent unusquísque in domum suam secúndùm legem. Et movérunt castra, & collocavérunt ad austrum Emmaüm. Et ait Judas: Accingímini, & estóte filii poténtes, & estóte paráti in manè, ut pugnétis advérsùs natiónes has quæ convenérunt advérsùs nos, dispérdere nos & sancta nostra; quóniã mélius est nos mori in bello, quàm vidére mala gentis nostræ, & sanctórum. Sicut autem fúerit volúntas in cœlo, sic fiat.

℟. Pro peccátis nostris, 554.

CANON.

Ex Concílio Bracarénsi secúndo.

An. 563. *cap.* 18.

PLácuit ut córpora defunctórum nullo modo in Basílica Sanctórum sepeliántur; sed, si necésse est, déforis circa murum Basílicæ, usque ádeo non abhórret. Nam si firmíssimum hoc privilégium usque nunc manet civitátes, ut nullo modo intrà ámbitus murórum, cujúslibet defuncti corpus humétur, quantò magis hoc venerabílium Mártyrum debet reveréntia obtinére?

FERIA QUARTA.

De libris Machabæórum.

Lectio j.

Lib. 1. *c.* 4. 34. *ad* 40.

COmmisérunt prælium: & cecidérunt de exércitu Lysiæ quinque míllia virórum. Videns autem Lysias fugam suórum, & Judæórum audáciam, & quòd paráti sunt aut vívere aut mori fórtiter; ábiit Antiochíam, & elégit mílites, ut multiplicáti rursus venírent in Judæam. Dixit autem Judas, & fratres ejus: Ecce contríti sunt inimíci nostri; ascendámus nunc mundáre sancta, & renováre. Et congregátus est omnis exércitus, & ascendérunt in monte Sion. Et vidérunt sanctificatiónem desértam, & altáre profanátum, & portas exústas, & in átriis virgúlta nata sicut in saltu, vel in móntibus, & pastophória dirúta: Et scidérunt vestiménta sua, & planxérunt planctu magno, & imposuérunt cínerem super caput suum; & cecidérunt in fáciem super terram, & exclamavérunt

tubis signórum, & clamavérunt in cœlum.

℟. Intrávit rex, 352.

Lectio ij. *v.* 41. *ad* 48.

TUnc ordinávit Judas viros ut pugnárent advérsus eos qui erant in arce, donec emundárent sancta. Et elégit sacerdótes sine mácula, voluntátem habéntes in lege Dei: & mundavérunt sancta, & tulérunt lápides contaminatiónis in locum immúndum. Et cogitávit de altári holocaustórum, quod profanátum erat, quid de eo fáceret. Et incidit illis consílium bonū ut destrúerent illud, ne fortè illis esset in oppróbrium, quia contaminavérunt illud gentes, & demolíti sunt illud. Et reposuérunt lápides in monte domûs in loco apto, quoadúsque veníret Prophéta, & respondéret de eis. Et accepérunt lápides íntegros secúndùm legem; & ædificavérunt altáre novum secúndùm illud quod fuit priùs: & ædificavérunt sancta, & quæ intrà domum erant intrínsecùs: & ædem & átria ædificavérunt.

℟. Cœpit, 352.

Lectio iij. *v.* 53. *ad* 56.

ET obtulérunt sacrifícium secúndùm legem, super altáre holocaustórum novum quod fecérunt. Secúndùm tempus & secúndùm diem, in qua contaminavérunt illud gentes, in ipsa renovátum est in cánticis, & cítharis, & cínyris, & in cymbalis. Et cécidit omnis pópulus in fáciem, & adoravérunt, & benedixérunt in cœlum eum qui prospérávit eis. Et fecérunt dedicatiónem altáris diébus octo, & obtulérunt holocáusta cum lætítia, & sacrifícium salutáris & laudis.

℟. Surréxit, 352.

CANON.

Ex Concíliis * Mediolanénsi primo, & ** Reménsi.

* *Ann.* 1565. *c.* 60. ** *An.* 1582. *n.* 3.

ANte solis ortum, & post occásum, mórtuum & efférri, & ad sepultúram récipi prohibémus.... Paúperes verò quibus ténues ádeo fuêre facultátes, ut própriis impénsis humári néqueant, gratìs & honéstè tamen sepéliant Parœci; alióquin pœnas arbitrárias exsolutúri.

FERIA QUINTA.

De libris Machabæórum.

Lectio j. *Lib.* 2. *c.* 9. 1. *ad* 7.

EOdem témpore Antíochus inhonéstè revertebátur de Pérside. Intráverat enim in eam, quæ dícitur Persépolis, & tentávit expoliáre templum, & civitátem opprímere: sed multitúdine ad arma concurrénte, in fugam versi sunt; & ita cóntigit ut An-

tiochus post fugam túrpiter redíret. Et cum venísset circa Ecbátanam, recognóvit quæ erga Nicánorem & Timótheum gesta sunt. Elátus autem in ira, arbitrabátur se injúriam illórum qui se fugáverant, posse in Judæos retorquére; ideóque jussit agitári currum suum, sine intermissióne agens iter, cœlésti eum judício perurgénte, eò quòd ita supérbè locútus est se ventúrum Jerosólymam, & congériem sepúlcri Judæórum eam factúrum. Sed qui univérsa cónspicit Dóminus Deus Israël, percússit eum insanábili & invisíbili plagâ. Ut enim finívit hunc ipsum sermónem, apprehéndit eum dolor dirus víscerum, & amara internórum torménta: & quidem satis justè; quippe qui multis & novis cruciátibus aliórum torserat víscera, licèt ille nullo modo à sua malítia cessáret. Super hoc autem supérbiâ replétus, ignem spirans ánimo in Judæos, & præcípiens accelerári negótium, contígit illum impetu eúntem de curru cadere, & gravi córporis collisióne membra vexári:

℟. Hi quidem armis . . .

Lectio ii.

Cap. 9. v. 8. & seq. ad v. 28.

Isque, qui sibi videbátur etiam flúctibus maris imperáre, supra humánum modum supérbiâ replétus, & móntium altitúdines in statéra appéndere; nunc humiliátus ad terram in gestatório portabátur, manifestam Dei virtútem in semetípso contéstans, ita ut de córpore ímpii, vermes scaturírent, ac vivéntis in dolóribus carnes ejus efflúerent, odóre étiam illíus & fœtóre exércitus gravarétur: & qui pauló antè sídera cœli contíngere se arbitrabátur, eum nemo póterat, propter intoleránt iam fœtóris portáre. Hinc ígitur cœpit ex gravi supérbia dedúctus ad agnitiónem suî veníre, divínâ admónitus plagâ, per moménta síngula dolóribus suis augménta capiéntibus. Et cum nec ipse jam fœtórem suum ferre posset, ita ait: Justum est súbditum esse Deo, & mortalem non pária Deo sentíre. Orabat autem hic scelestus Dóminum, à quo non esset misericórdiam consecutúrus. . . Igitur homicída & blasphémus pessimè percussus, & ut ipse alios tractáverat, peregrè in móntibus miserábili obitu vita functus est.

℟. [illegible] . . .

Lectio iii.

[illegible]

A[illegible] . . . [illegible] peregrinæ [illegible]

tiis, & congregáto equitátu Asiáno, advénit quasi armis Judæam captúrus. Machabæus autem, & qui cum ipso erant, appropinquánte illo, deprecabántur Dóminum, caput terrâ aspergéntes, lumbósque cilíciis præcíncti, ad altáris crepídinem provolúti, ut sibi propítius, inimícis autem eórum esset inimícus, & adversáriis adversarétur, sicut lex dicit. Et ita post oratiónem, sumptis ánimis, lóngiùs de civitáte procedéntes, & próximi hóstibus effécti, resedérunt. Primo autem solis ortu utríque commisérunt; isti quidem victóriæ & prosperitátis sponsórem cum virtúte Dóminum habéntes; illi autem ducem belli ánimum habébant. Sed, cùm vehemens pugna esset, apparuérunt adversáriis de cœlo viri quinque in equis, frænis aúreis decóri, ducátum Judæis præstántes: ex quibus duo Machabæum médium habéntes, armis suis circumséptum incólumem conservábant; in adversários autem tela & fúlmina jaciébant, ex quo & cæcitáte confúsi, & repléti perturbatióne cadébant. Interfécti sunt autem vigínti míllia quingénti, & équites sexcénti. Timótheus verò confúgit in Gázaram præsídium munítum.

℟. Pro peccátis, 354.

CANON.

Ex Concílio Mediolanénsi primo.

An. 1565. part. 2. cap. 60. de funeribus & exequiis.

SI cui locus sepultúræ deínceps dábitur in Ecclésia, humi tantùm detur; & sepúlcrum in quo condétur, ópere fornicáto cum réliquo Ecclésiæ paviménto æquátum sit.

FERIA SEXTA.

De libris Machabæórum.

Lectio j.

Lib. 2. c. 11. 6. ad 12.

UT Machabæus, & qui cum eo erant, cognovérunt expugnári præsídia, cum fletu & lácrymis rogábant Dóminum, & omnis turba simul, ut bonum Angelum mítteret ad salútem Israël. Et ipse primus Machabæus, sumptis armis, céteros adhortátus est simul secum perículum subíre, & ferre auxílium frátribus suis. Cùmque páriter prompto ánimo procéderent, Jerosólymis appáruit præcédens eos eques in veste cándida, armis aúreis hastam vibrans. Tunc omnes simul benedixérunt misericórdem Dóminum, & convaluérunt ánimis, non solùm hómines, sed & béstias ferocíssimas, & muros férreos pa-

ráti penetráre. Ibant ígitur prompti, de cœlo habéntes adjutórem, & miserántem super eos Dóminum. Leónum autem more ímpetu irruéntes in hostes, prostravérunt ex eis úndecim míllia péditum, & équitum mille sexcéntos; univérsos autem in fugam vertérunt; plures autem ex eis vulneráti, nudi evasérunt. Sed & ipse Lysias túrpiter fúgiens evásit.

℟. Intrávit rex, 352.

Lectio ij.

c. 15. 6. *ad* 11.

NIcánor quidem cum summa supérbia eréctus, cogitáverat commúne trophæum statúere de Juda. Machabæus autem semper confidébat cum omni spe, auxílium sibi à Deo affutúrum; & hortabátur suos ne formidárent ad advéntum natiónum, sed in mente habérent adjutória sibi facta de cœlo, & nunc sperárent ab Omnipoténte sibi affutúram victóriam. Et allocútus eos de lege & Prophétis, ádmonens étiam certámina quæ fécerant priùs, promptióres constítuit eos: & ita ánimis eórum eréctis, simul ostendébat géntium falláciam, & juramentórum prævaricatiónem. Singulos autem illórum armávit, non clypei & hastæ munitióne, sed sermónibus óptimis & exhortatiónibus, expósito digno fide sómnio, per quod univérsos lætificávit.

℟. Cœpit, 352.

Lectio iij.

v. 12. *ad* 18.

ERat autem hujuscémodi visus: Oníam, qui fúerat summus Sacérdos, virum bonum & benignũ, verecúndum visu, modéstum móribus, & elóquio decórum, & qui à púero in virtútibus exercitátus sit, manus protendéntem, oráre pro omni pópulo Judæórum. Post hoc apparuísse & álium virum, ætáte & glóriâ mirábilem, & magni decóris habitúdine circa illum; respondéntem verò Oníam dixísse: Hic est fratrum amátor, & pópuli Israël; hic est, qui multùm orat pro pópulo, & univérsa sancta civitáte, Jeremías Prophéta Dei. Extendísse autem Jeremíam dextram, & dedísse Judæ gládium áureum, dicéntem: Accipe sanctum gládium munus à Deo, in quo dejícies adversários pópuli mei Israël. Exhortáti ítaque Judæ sermónibus bonis valde, de quibus extólli posset ímpetus, & ánimi júvenum confortári, statuérunt dimicáre & conflígere fórtiter, ut virtus de negótiis judicáret, eò quòd cívitas sancta & templum periclitaréntur. Erat enim pro uxóribus, & fíliis, itémque pro frátribus, & cog-

nátis, minor solicitúdo; máximus verò & primus pro sanctitáte tímor erat templi.

℞. Surréxit, 352.

CANON.

Ex Concílio Mediolanénsi quarto.

An. 1576. *part.* 1. *tit.* 1.

CŒmetéria ut muro, vel álias tutè úndique sepiántur; & eórum ingréssus béstiis occludátur, curet Epíscopus diligénter. In eórum médio crux firmiter eréćta sit.

SABBATO.

De libris Machabæórum.

Lectio j.

Lib. 2. *c.* 15. 25. *ad* 35.

NIcánor & qui cum ipso erant, cum tubis & cánticis admovébant. Judas verò, & qui cum eo erant, invocáto Deo per oratiónes, congréssi sunt: manu quidem pugnántes, sed Dóminum córdibus orántes; prostravérunt non minùs trigínta quinque míllia, præséntiâ Dei magníficè delectáti. Cùmque cessássent, & cum gáudio redírent, cognovérunt Nicánorem ruísse cum armis suis. Facto ítaque clamóre, & perturbatióne excitátâ, pátriâ voce omnipoténtem Dóminum benedicébant. Præcépit autem Judas, qui per ómnia córpore & ánimo mori pro cívibus parátus erat, caput Nicánoris, & manum cum húmero abscíssam, Jerosólymam perférri. Quò cùm pervenísset, convocátis contribúlibus & sacerdótibus ad altáre, accérsiit & eos qui in arce erant. Et osténso cápite Nicánoris, & manu nefáriâ, quam exténdens contra domum sanctam omnipoténtis Dei, magníficè gloriátus est; lingam étiam ímpii Nicánoris præcísam jussit particulátim ávibus dari; manum autem deméntis contra templum suspéndi. Omnes ígitur cœli benedixérunt Dóminum, dicéntes: Benedíctus, qui locum suú incontaminátum servávit. Suspéndit autem Nicánoris caput in summa arce, ut évidens esset, & maniféstum signum auxílii Dei.

Si fiat de Sabbato, ℞℞℞. *sumentur ex II. Nocturno Dominicæ præcedentis.*

Lectio ij.

Lib. 1. *c.* 9. *v.* 7. *ad* 10. *v.* 17. *ad* 19. *& v.* 28. *ad* 31.

VIdit Judas quòd deflúxit exércitus suus, & bellum perurgébat eum, & confráctus est corde, quia non habébat tempus congregándi eos; & dissolútus est. Et dixit his qui resídui erant: Surgámus, & eámus ad adversários nostros, si

potérimus pugnáre advérsùs eos. Et avertébant eum, dicéntes: Non potérimus, sed liberémus ánimas nostras modò, & revertámur ad fratres nostros, & tunc pugnábimus advérsùs eos: nos autem pauci sumus. Et ait Judas; Absit istam rem fácere ut fugiámus ab eis: & si appropiávit tempus nostrum, moriámur in virtúte propter fratres nostros, & non inferámus crimen glóriæ nostræ..... Et ingravátum est prælium, & cecidérunt vulneráti multi ex his, & ex illis. Et Judas cécidit, & céteri fugérunt. Et Jónathas & Simon tulérunt Judam fratrem suum, & sepeliérunt eum in sepúlcro patrum suórum in civitáte Modin.... Et congregáti sunt omnes amíci Judæ, & dixérunt Jónathæ: Ex quo frater tuus Judas defúnctus est, vir símilis ei non est qui éxeat contra inimícos nostros, Bácchiden, & eos qui inimíci sunt gentis nostræ: nunc itaque te hódie elégimus esse pro eo nobis in príncipem, & ducem ad bellándum bellum nostrum. Et suscépit Jónathas témpore illo principátum, & surréxit loco Judæ fratris sui.

Lectio iij.

c. 13. 1. *ad* 9.

Audívit Simon quòd congregávit Triphon exércitum copiósum, ut veníret in terram Juda, & attéreret eam. Videns quia in tremóre pópulus est & in timóre, ascéndit Jerúsalem, & congregávit pópulum; & adhórtans dixit: Vos scitis quanta ego, & fratres mei, & domus patris mei, fécimus pro légibus, & pro sanctis prælia; & angústias quales vídimus: horum grátiâ periérunt fratres mei omnes propter Israël, & relíctus sum ego solus. Et nunc non mihi contíngat párcere ánimæ meæ in omni témpore tribulatiónis; non enim mélior sum frátribus meis, Vindicábo ítaque gentem meam, & sancta; natos quoque nostros, & uxóres; quia congregátæ sunt univérsæ gentes contérere nos inimicítiæ grátiâ. Et accénsus est spíritus pópuli simul ut audívit sermónes istos: & respondérunt voce magnâ, dicéntes: Tu es dux noster loco Judæ, & Jónathæ fratris tui; pugna prælium nostrum, & ómnia quæcúmque díxeris nobis, faciémus.

CANON.

Ex Synodo Trecénsi,

An. 1459. *loc.* 2. *fol.* 93.

Cessent in Ecclésiis & in eárum cœmetériis negotiatiónes mercatórum & judiciórum seculáriũ. Nulla ibídem per láïcos causa, máximè criminális,

agitétur; sed eórum loca à cognitiónibus laïcórum sint pénitus aliéna.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. *d.* Sapiéntia insipiéntibus locúta est: Relínquite infántiam, & vívite, & ambuláte per vias prudéntiæ. *Prov.* 9. 4. 6.

Oratio, Ecclésiæ tuæ, *infrà ad Laudes.*

DOMINICA XV. *post Pentecosten.*

In I. Nocturno.

Incípiunt Parábolæ Salomónis.

Lectio j. *c.* 1. 1. *ad* 9.

PArábolæ Salomónis, filii David, regis Israël. Ad sciéndam sapiéntiam & disciplínam: ad intelligénda verba prudéntiæ, & suscipiéndam eruditiónem doctrínæ, justítiam & judícium, & æquitátem: ut detur párvulis astútia, adolescénti sciéntia & intelléctus. Aúdiens sápiens, sapiéntior erit; & intélligens, gubernácula possidébit. Animadvértet parábolam, & interpretatiónem; verba sapiéntum, & ænígmata eórum. Timor Dómini, princípium sapiéntiæ. Sapiéntiam atque doctrínam stulti despíciunt. Audi, fili mi, disciplínam patris tui, & ne dimíttas legem matris tuæ, ut addátur grátia cápiti tuo, & torques collo tuo.

℟. Da mihi, Dómine, sédium tuárum assistrícem sapiéntiam, ut mecum sit, & mecum labóret, ut sciã quid accéptum sit apud te; * Illa dedúcet me in opéribus meis sóbriè. *Sap.* 9. 4. 10. 11. ℣. Quæ desúrsum est sapiéntia, pudíca est, pacífica, modésta, non júdicans, sine simulatióne. *Jac.* 3. 17. * Illa.

Lectio ij. *v.* 10. *ad* 16.

FIli mi, si te lactáverint peccatóres, ne acquiéscas eis. Si díxerint: Veni nobíscum, insidiémur sánguini, abscondámus tendículas contra insóntem frustrà, deglutiámus eum sicut inférnus vivéntem, & íntegrum quasi descendéntem in lacum. Omnem pretiósam substántiam reperiémus, implébimus domos nostras spóliis. Sortem mitte nobíscum, marsúpium unum sit ómnium nostrûm. Fili mi, ne ámbules cum eis, próhibe pedem tuum à sémitis eórum; pedes enim illórum ad malum currunt, & festínant ut effúndant sánguinem.

℟. Vidi sub sole in loco judícii impietátem, & in loco justítiæ iniquitátem, & dixi in corde meo: * Justum & ímpium judicábit Deus, & tempus omnis rei tunc erit. *Eccle.* 3. 16. 17. ℣. Uniuscujúsque opus maniféstum erit; dies enim

Dómini declarábit. 1. *Cor.* 3. 13. * Justum.

Lectio iij.

v. 20. *ad* 28.

SApiéntia foris prædicat, in platéis dat vocem suam, in cápite turbárum clámitat, in fóribus portárum urbis profert verba sua, dicens: Usquequo, párvuli, diligitis infántiam, & stulti ea quæ sibi sunt nóxia cúpient, & imprudéntes odíbunt sciéntiam? Convertímini ad correptiónem meam: En próferam vobis spíritum meum, & osténdam vobis verba mea: Quia vocávi, & renuístis; exténdi manum meam, & non fuit qui aspíceret; despexístis omne consílium meum, & increpatiónes meas neglexístis. Ego quoque in intéritu vestro ridébo, & subsannábo, cùm vobis id quod timebátis, advénerit. Cùm irrúerit repentína calámitas, & intéritus quasi tempéstas ingrúerit; quando vénerit super vos tribulátio & angústia, tunc invocábunt me, & non exaúdiam; manè consúrgent, & non invénient me.

℟. Si esuríerit inimícus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi. * Noli vinci à malo, sed † Vince in bono malum. *Rom.* 12. 20. 21. ℣. In ruína inimíci tui ne exúltet cor tuum, ne fortè vídeat Dóminus, & displíceat ei. *Prov.* 24. 17. 18. * Noli. Glória. † Vince.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro sancti Augustíni Epíscopi, de Civitáte Dei.

Lectio iv.

Lib. 17. *c.* 20. §. 1.

PRophetásse Sálomon reperítur in suis libris, qui tres recépti sunt in autoritátem canónicam, Provérbia, Ecclesiástes, & Cánticum Canticórum. Alii verò duo, quorum unus Sapiéntia, alter Ecclesiásticus dícitur, propter elóquii nonnúllam similitúdinem, ut Salomónis dicántur obtínuit consuetúdo: non autem esse ipsíus, non dúbitant doctióres; eos tamen in autoritátem, máximè occidentális, antíquitus recépit Ecclésia. Quorum in uno qui appellátur Sapiéntia Salomónis, pássio Christi apertíssimè prophetátur. Impii quippe interfectóres ejus commemorántur, dicéntes: [Circumveniámus justum, quóniam insuávis est nobis, & contrárius est opéribus nostris, & impróperat nobis peccáta legis, & infámat in nos peccáta disciplínæ nostræ.] In Ecclesiástico autem fides géntium futúra prædícitur isto modo: [Miserére nostrì, dominátor Deus ómnium, & immítte timórem tuum super omnes gentes.]

℟. Ne despícias hómi-

nem avertentem se à peccáto, neque impróperes ei; * Meménto quóniam omnes in correptióne sumus. *Eccli.* 8. 6. ℣. Si præoccupátus fúerit homo in áliquo delícto, hujúsmodi instrúite in spíritu lenitátis, consíderans teípsum, ne & tu tentéris. *Gal.* 6. 1. * Meménto.

Lectio v. §. 2.

IN tribus verò illis quos Salomónis esse constat, & Judæi canónicos habent, ut ostendátur ad Christum & Ecclésiam pertinére quod in eis ejúsmodi reperítur, operósa disputátio necessária est, quæ nos ultrà quàm opórtet, si nunc adhibétur, exténdit. Tamen quod in Provérbiis légitur, viros ímpios dícere, [Abscondámus in terra virum justum injústè, absorbeámus verò eum tanquam inférnus vivéntem, & auferámus ejus memóriam de terra, possessiónem ejus pretiósam apprehendámus;] non ita obscúrum est, ut de Christo & possessióne ejus Ecclésia sine laborióſa expositióne non possit intélligi. Tale quippe áliquid étiam Dóminus ipse Jesus per Evangélicam parábolam osténdit dixisse malos colónos: [Hic est heres, veníte, occidámus eum, & nostra erit herédita.]

℟. Disciplínam Dómini ne abjícias; * Quem enim díligit Dóminus, córripit; & quasi pater in fílio cómplacet sibi. *Prov.* 3. 11. 12. ℣. Tanquam filiis offert se Deus; quis enim filius quem non córripit pater? *Hebr.* 12. 7. * Quem enim díligit.

Lectio vj.

IN álio libro qui vocátur Ecclesiástes, ubi ait: [Non est bonum hómini, nisi quod manducábit & bibet;] quid credibílius dícere intellígitur, quàm quod ad participatiónem mensæ hujus pértinet, quam sacérdos ipse Mediátor Testaménti novi éxhibet secúndùm órdinem Melchísedech de córpore & sánguine suo? id enim sacrifícium succéssit ómnibus illis sacrifíciis véteris Testaménti, quæ immolabántur in umbra futúri... Jam verò Cánticum Canticórum spirituális quædam sanctárum est volúptas méntium, in conjúgio illíus regis & regínæ civitátis, quod est Christus & Ecclésia.

℟. Vánitas vanitátum, & ómnia vánitas; * Deum time, & † Mandáta ejus obsérva; hoc est omnis homo. *Eccle.* 12. 8. 13. ℣. Qui servat verbum Dei, verè in hoc cáritas Dei perfécta est. 1. *Joan.* 25. * Deum time. Glória Patri. † Mandáta.

IN III. NOCTURNO.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vij.

c. 7. 11. *ad* 16.

IN illo témpore; Ibat Jesus in civitátem quæ vocátur Naïm; & ibant cum eo discípuli ejus, & turba copiósa. Cùm autem appropinquáret portæ civitátis, ecce defúnctus efferebátur filius únicus matris suæ. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Serm. 98. *de Verbis Evang.* §. 4. *Aliàs Serm.* 44. *de Verbis Domini.*

VIdeámus quid Christus nos díscere vóluit in tribus mórtuis quos suscitávit: Resuscitávit filiam mórtuam Archisynagógi, ad quam ægrotántem petebátur, ut eam de ægritúdine liberáret. Excitávit & hunc júvenem víduæ filium, de quo nunc admóniti sumus, ut hinc ista quæ ipse largíri dignátur, cum vestra caritáte loquerémur. Modò audístis quómodo excitátus est. Appropinquábat Dóminus civitáti: & ecce efferebátur mórtuus jam extra portam. Misericórdiâ commótus, quòd flebat mater vídua & destitúta único filio, fecit quod audístis, dicens: [Adoléscens, tibi dico, surge.] Surréxit ille mórtuus, cœpit loqui; & réddidit matri suæ. Excitávit ‹ zarum de sepúlcro.

℟. Defúnctus effer‹ filius únicus matris s‹ hæc vídua erat; quàr‹ vidísset * Dóminus, ‹ ricórdiâ motus super dixit illi: Noli flere 7. 12. 13. ℣. Non de‹ Dóminus víduam, s‹ dat loquélam gémitû‹ *cli.* 35. 17. * Dómin‹

Lectio viij.

ISta tria génera m‹ rum, sunt tria peccatórum, quos que súscitat Christu‹ enim mórtua filia A‹ nagógi intus erat in nondum erat de secr‹ riétibus eláta in púb‹ Ibi intus suscitáta est paréntibus réddita. ‹ tem jam quidem nor‹ mo, sed tamen non sepúlcro, pariétibu‹ erat, terræ mandá‹ erat. Qui suscitávi‹ tuum nondum elátu‹ citávit mórtuum ja‹ tum, nondum se‹ Tértium restábat, ‹ púltum suscitáret; fecit in Lázaro.

℟. Accéssit Jesus tigit lóculum; hi au‹ portábant, stetéru‹ * Ait: Adoléscens, co, surge; & res‹ erat mórtuus. *Luc.* ‹ ℣. Dedúcit ad ínfe‹ redúcit; humíliat, levat. 1. *Reg.* 2. 6. 7

Lectio ix. §. 7.

HÆc ergo, caríssimi, sic audiámus, ut qui vivunt, vivant; qui mórtui sunt, revivíscant. Sive adhuc peccátum in corde concéptum est, & non procésfit in factum; pœníteat, corrigátur cogitátio, surgat mórtuus intrà domum consciéntiæ. Sive jam quod cogitávit admísit; nec sic desperétur. Non surréxit mórtuus intus, surgat elátus: pœníteat facti, de próximo revivíscat; non eat in profúndum sepultúræ; non accípiat désuper consuetúdinis molem. Sed fortè jam illi loquor, qui jam duro sui moris lápide prémitur, qui jam urgétur consuetúdinis póndere, qui jam quatriduánus putet. Nec ipse despéret: profúndus mórtuus est, sed altus est Christus. Novit clamándo terréna ónera rúmpere, novit intrínsecùs per seipsum vivificáre, solvéndum discípulis trádere. Agant étiam tales pœniténtiam: neque enim Lázaro resuscitáto post quatríduum ullus putor in vivénte remánserat. Ergo qui vivunt, vivant; quicúmque autem mórtui sunt, in quacúmque harum trium morte se invénerint, agant ut celériter resúrgant.

℟. Sicut Pater súscitat mórtuos, & vivíficat; * Sic & † Fílius quos vult, vivíficat. *Joan.* 5. 21. ℣. Non est fortis sicut Deus noster; Dóminus mortíficat & vivíficat. 1. *Reg.* 2. 2. 6. * Sic & Fílius. Glória. † Fílius.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D. * Qui erat mórtuus, cœpit loqui. Et dedit illum Jesus matri suæ. *Luc.* 7. 15.

Oratio. Orémus.

ECclésiæ tuæ, quæsumus, Dómine, preces & lácrymas intuére propítius; ut, quæ mórtuos peccátis fílios suos lamentátur, illos grátiâ tuâ resurgéntes tibi læta gratulétur; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Narbonénsi. *An.* 1551. *can.* 36.

PRæcípimus Párochis ómnibus, eorúmque vicem geréntibus, è suggésto sive prono parochiános monére, excommunicatiónis pœnam illis minitántes, ut unusquísque ad Missam Parochiálem véniat, diébus præsértim Domínicis.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. * Accépit omnes timor; & magnificábant Deum, dicéntes: Quia Prophéta magnus surréxit in nobis, & quia Deus visitávit plebem suam. *Luc.* 7. 16.

FERIA SECUNDA.

De Parábolis Salomónis.

Lectio j. *c.* 3. 1. *ad* 7.

FIlí mi, ne oblivíscaris legis meæ, & præcépta mea cor tuum custódiat; longitúdinem enim

diérum, & annos vitæ, & pacem appónent tibi. Misericórdia & véritas te non déserant; circúmda eas gútturi tuo, & describe in tábulis cordis tui, & invénies grátiam & disciplínam bonam coram Deo & homínibus. Habe fidúciam in Dómino ex toto corde tuo, & ne innitáris prudéntiæ tuæ. In ómnibus viis tuis cógita illum, & ipse díriget gressus tuos. Ne sis sápiens apud temetípsum: Time Deum, & recéde à malo.

℟. Da mihi, 365.

Lectio ij. *v.* 9. *ad* 15.

HOnóra Dóminum de tua substántia, & de primítiis ómnium frugum tuárum da ei; & implebúntur hórrea tua saturitáte, & vino torculária tua redundábunt. Disciplínam Dómini, fili mi, ne abjícias; nec defícias cùm ab eo corríperis; quem enim díligit Dóminus, córripit; & quasi pater in fílio cómplacet sibi. Beátus homo qui invénit sapiéntiam, & qui áffluit prudéntiâ; mélior est acquisítio ejus negotiatióne argénti, & auri primi & puríssimi fructus ejus. Pretiósior est cunctis ópibus; & ómnia quæ desiderántur, huic non valent comparári.

℟. Vidi, 365.

Lectio iij. *c.* 5. 1. *ad* 13.

FIli mi, attende ad sapiéntiam meam, & prudéntiæ meæ inclina aurem tuam; ut custódias cogitatiónes, & disciplína lábia tua consérvent. N[e] attendas fallaciæ mulíeri[s]; favus enim distíllans láb[ia] meretrícis, & nitídius óle[o] guttur ejus: novíssima a[u]tem illíus amára quasi a[b]synthium, & acúta qua[si] gládius biceps. Pedes ej[us] descéndunt in mortem, [&] ad ínferos gressus illíus p[e]netrant. Per sémitam vi[tæ] non ámbulant; vagi su[nt] gressus ejus, & investigáb[i]les. Nunc ergo, fili mi, a[u]di me; & ne recédas à ve[r]bis oris mei. Longè fac [ab] ea viam tuam, & ne appr[o]pínques fóribus domûs eju[s]. Ne des aliénis honóre[m] tuum, & annos tuos cru[de]li; ne fortè impleántur e[x]tránei víribus tuis, & láb[o]res tui sint in domo aliéna, & gemas in novíssimis, quando consúmpseris carn[es] tuas, & corpus tuum, [&] dicas: Cur detestátus su[m] disciplínam, & increpati[o]nibus non acquiévit c[or] meum; nec audívi voce[m] docéntium me, & mag[i]stris non inclinávi aure[m] meam?

℟. Si esuríerit, 366.

CANON.

Ex Collectióne variórum Cánonum Ecclésiæ Africánæ contra Donatístas.

Cap. 50.

PLácuit ut altária, q[uæ] passim per agros, [&] per vias tanquam memór[iæ]

Mártyrum constituúntur, in quibus nullum corpus aut relíquiæ Mártyrum cónditæ probántur; ab Epíscopis qui locis eísdem præsunt, si fieri potest, evertántur.

FERIA TERTIA.

De Parábolis Salomónis.

Lectio j.

c. 6. 6. *ad* 11.

VAde ad formícam, ô piger, & consídera vias ejus, & disce sapiéntiam: quæ cùm non hábeat ducem, nec præceptórem, nec príncipem, parat in æstáte cibum sibi, & cóngregat in messe quod cómedat. Usquequo, piger, dórmies? quando consúrges è somno tuo? Paúlulùm dórmies; paúlulùm dormitábis, paúlulùm cónseres manus ut dórmias; & véniet tibi quasi viátor, egéstas; & paupéries, quasi vir armátus. Si verò ímpiger fúeris, véniet ut fons messis tua, & egéstas longè fúgiet à te.

℟. Ne despícias, 366.

Lectio ij. *v.* 12. *ad* 19.

HOmo apóstata, vir inútilis; gráditur ore pervérso, ánnuit óculis, terit pede, dígito lóquitur, pravo corde machinátur malum, & omni témpore júrgia séminat. Huic extémplo véniet perdítio sua, & súbitò conterétur, nec habébit ultrà medicínam. Sex sunt quæ odit Dóminus, & séptimum detestátur ánima ejus: Oculos sublímes, linguam mendácem, manus effundéntes innóxium sánguinem, cor máchinans cogitatiónes péssimas, pedes velóces ad curréndum in malum, proferéntem mendácia testem fallácem, & eum qui séminat inter fratres discórdias.

℟. Disciplínam, 367.

Lectio iij. *c.* 8. 12. *ad* 17.

EGo sapiéntia hábito in consílio, & erudítis intérsum cogitatiónibus. Timor Dómini odit malum: arrogántiam, & supérbiam, & viam pravam, & os bilíngue detéstor. Meum est consílium, & æquitas; mea est prudéntia, mea est fortitúdo. Per me reges regnant, & legum conditóres justa decérnunt; per me príncipes ímperant, & poténtes decérnunt justítiam. Ego diligéntes me díligo; & qui manè vígilant ad me, invénient me.

℟. Vánitas, 367.

CANON.

Ex Concílio Lateranénsi quarto Œcuménico.

An. 1215. *c.* 19.

PRæcípimus ut oratória, vasa, corporália, & vestiménta Ecclésiæ, mun-

da & nítida conservéntur. Nimis enim vidétur absúrdum, in sacris sordes neglígere, quæ dedecérent étiam in profánis.

FERIA QUARTA.

De Parábolis Salomónis.

Lectio j.

c. 10. 1. *ad* 5.

FIlius sápiens lætíficat patrem; filius verò stultus mœstítia est matris suæ. Nihil próderunt thesaúri impietátis: justítia verò liberábit à morte. Non affliget Dóminus fame ánimam justi, & insídias impiórum subvértet. Egestátem operáta est manus remíssa; manus autem fórtium divítias parat. Qui nítitur mendáciis, hic pascit ventos; idem autem ipse séquitur aves volántes. Qui cóngregat in messe, filius sápiens est; qui autem stertit æstáte, filius confusiónis.

℟. Da mihi, 365.

Lectio ij.

v. 6. *ad* 12.

BEnedíctio Dómini super caput justi; os autem impiórum óperit iníquitas. Memória justi cum laúdibus; & nomen impiórum putréscet. Sápiens corde præcépta súscipit; stultus cæditur lábiis. Qui ámbulat simplíciter, ámbulat confidénter; qui autem depráv vias suas, maniféstus er Qui ánnuit óculo, dal dolórem: & stultus láb verberábitur. Vena vitæ, justi; & os impiórum ópe iniquitátem. Odium sus tat rixas: & univérsa delí óperit cáritas.

℟. Vidi, 365.

Lectio iij.

v. 13. *ad* 19.

IN lábiis sapiéntis inver tur sapiéntia: & virga dorso ejus qui índiget co de. Sapiéntes abscóndu sciéntiam: os autem stu confusióni próximum e Substántia dívitis, urbs fo titúdinis ejus: pavor pa perum, egéstas eóru Opus justi ad vitam: fr ctus autem ímpii ad pecc tum. Via vitæ, custodié ti disciplínam: qui aute increpatiónes relínquit, e rat. Abscóndunt ódium l bia mendácia: qui profe contuméliam, insípiens e In multilóquio non dée peccátum; qui autem m derátur lábia sua, prude tíssimus est.

℟. Si esúrierit, 366.

CANON.

Ex Concílio Mediolanénſi primo.

An. 1565. *part.* 2. *cap.* 5

ORatoriórum ædificati nem aut usum, ne f cilè, sed magna de cau permíttant Epíscopi.

FERIA QUINTA.

De Parábolis Salomónis.

Lectio j.

c. 11. 1. *ad* 8.

STatéra dolósa, abominátio est apud Dóminum; & pondus æquum, volúntas ejus. Ubi fúerit supérbia, ibi erit & contumélia: ubi autem est humílitas, ibi & sapiéntia. Simplícitas justórum díriget eos: & supplantátio pervers órum vastábit illos. Non próderunt divítiæ in die ultiónis: justítia autem liberábit à morte. Justítia símplicis díriget viam ejus; & in impietáte sua córruet ímpius. Justítia rectórum liberábit eos: & in insídiis suis capiéntur iníqui. Mórtuo hómine ímpio, nulla erit ultrà spes: & expectátio solicitórum períbit. Justus de angústia liberátus est; & tradétur ímpius pro eo.

℞. Ne despícias hóminem, 366.

Lectio ij.

c. 14. 12. *ad* 17.

ESt via, quæ vidétur hómini justa; novíssima autem ejus dedúcunt ad mortem. Risus dolóre miscébitur, & extréma gaúdii luctus óccupat. Viis suis replébitur stultus, & super eum erit vir bonus. Innocens credit omni verbo: astútus consíderat gressus suos. Fílio dolóso nihil erit boni: servo autem sapiénti prósperi erunt actus, & dirigétur via ejus. Sápiens timet, & declínat à malo: stultus tránsilit, & confídit. Impátiens operábitur stultítiam: & vir versútus odiósus est.

℞. Disciplínam Dómini, 367.

Lectio iij.

c. 14. 31. *ad fin.* & *c.* 15. 1. *ad* 4.

QUi calumniátur egéntem, éxprobrat factóri ejus; honórat autem eum, qui miserétur paúperis. In malítia sua expellétur ímpius; sperat autem justus in morte sua. In corde prudéntis requiéscit sapiéntia; & indóctos quosque erúdiet. Justítia élevat gentem: míseros autem facit pópulos peccátum. Accéptus est regi minister intélligens: iracúndiam ejus inútilis sustinébit. Respónsio mollis frangit iram; sermo durus súscitat furórem. Lingua sapiéntium ornat sciéntiam; os fatuórum ebúllit stultítiam. In omni loco óculi Dómini contemplántur bonos & malos. Lingua placábilis, lignum vitæ; quæ autem immoderáta est, cónteret spíritum.

℞. Vánitas vanitátum, 367.

CANON.

Ex Concílio Mediolanénsi quarto.

Ann. 1573. *part.* 2. *tit.* 4.

DUas píxides unaquæque Parochiális Ecclésia saltem hábeat; álteram formâ majóri, ad usum sacræ Communiónis pópulo in Ecclésia ministrándæ; álteram minóri, quâ sanctíssimum Sacraméntum ad infírmos deferátur.

FERIA SEXTA.

De Parábolis Salomónis.

Lectio j. *c.* 16. 2. *ad* 8.

SPirítuum ponderátor est Dóminus. Revéla Dómino ópera tua, & dirigéntur cogitatiónes tuæ. Univérsa propter semetípsum operátus est Dóminus, ímpium quoque ad diem malum. Abominátio Dómini est omnis árrogans; étiam si manus ad manum fúerit, non est ínnocens. Inítium viæ bonæ, fácere justítiam: accépta est autem apud Deum magìs quàm immoláre hóstias. Misericórdiâ & veritáte redímitur iníquitas: & in timóre Dómini declinátur à malo. Cùm placúerint Dómino viæ hóminis, inimícos quoque ejus convértet ad pacem. Mélius est parum cum justítia, quàm multi fructus cum iniquitáte.

℟. Da mihi, 365.

Lectio ij. *c.* 16. 28. *ad fin.* & *c.* 17. 1. *ad* 2.

HOmo pervérsus súscitat lites; & verbósus séparat príncipes. Vir iníquus lactat amícum suum; & ducit eum per viam non bonam. Qui attónitis óculis cógitat prava, mordens lábia sua pérficit malum. Coróna dignitátis senéctus, quæ in viis justítiæ reperiétur. Mélior est pátiens viro forti; & qui dominátur ánimo suo, expugnatóre úrbium. Sortes mittúntur in sinum, sed à Dómino temperántur. Mélior est buccélla sicca cum gaúdio, quàm domus plena víctimis cum júrgio. Servus sápiens dominábitur fíliis stultis, & inter fratres hereditátem dívidet.

℟. Vidi, 365.

Lectio iij. *c.* 18. 1. *ad* 8.

OCcasiónes quærit qui vult recédere ab amíco: omni témpore erit exprobrábilis. Non récipit stultus verba prudéntiæ; nisi ea díxeris quæ versántur in corde ejus. Impius, cùm in profúndum vénerit peccatórum, contémnit; sed séquitur eum ignomínia & oppróbrium. Aqua profúnda verba ex ore viri: & torrens redúndans fons sapiéntiæ. Accípere persónam ímpii non est bonum, ut declínes à veritáte judícii. Lábia stulti miscent se

rixis; & os ejus júrgia próvocat. Os stulti contrítio ejus; & lábia ipsíus, ruína ánimæ ejus. Verba bilínguis, quasi simplícia; & ipsa pervéniunt usque ad interióra ventris.

℟. Si esuríerit, 366.

CANON.

Ex Concílio Mediolanénsi quarto.

An. 1573. *part.* 2. *tit.* 4.

QUinque saltem partículæ consecrátæ servéntur assíduè in píxide, ubi sanctíssimum Sacraméntum conservátur; quæ octávo quoque die renovéntur.

SABBATO.

De Parábolis Salomónis.

Lectio j.

c. 22. 6. *ad* 15.

PRovérbium est: Adoléscens juxta viam suam, étiam cùm senúerit, non recédet ab ea. Dives paupéribus ímperat: & qui áccipit mútuum, servus est fenerántis. Qui séminat iniquitátem, metet mala; & virga iræ suæ consummábitur. Qui pronus est ad misericórdiam, benedicétur; de pánibus enim suis dedit paúperi. Victóriam & honórem acquíret qui dat múnera; ánimam autem aufert accipiéntium. Ejice derisórem, & exíbit cum eo júrgium, cessabúntque causæ & contuméliæ. Qui díligit cordis mundítiam, propter grátiam labiórum suórum habébit amícum regem. Oculi Dómini custódiunt sciéntiam; & supplantántur verba iníqui. Dicit piger: Leo est foris, in médio plateárum occidéndus sum. Fóvea profúnda os aliénæ: cui irátus est Dóminus, íncidet in eam. Stultítia colligáta est in corde púeri; & virga disciplínæ fugábit eam.

Si fiat de Sabbato, ℟℟℟. *sumentur ex II. Nocturno Dominicæ præcedentis.*

Lectio ij.

c. 26. 27. *ad fin.* & *c.* 27. 1. *ad* 7.

QUi fodit fóveam, íncidet in eam: & qui volvit lápidem, revertétur ad eum. Lingua fallax non amat veritátem: & os lúbricum operátur ruínas. Ne gloriéris in crástinum, ignórans quid superventúra páriat dies. Laudet te aliénus, & non os tuum; extráneus, & non lábia tua. Grave est saxum, & onerósa aréna; sed ira stulti utróque grávior. Ira non habet misericórdiam, nec erúmpens furor; & ímpetum concitáti ferre quis póterit? Mélior est manifésta corréptio, quàm amor abscónditus. Melióra sunt vúlnera diligéntis, quàm fraudulénta óscula odiéntis. Anima saturáta calcábit favum; &

ánima esúriens, étiam amárum pro dulci sumet.

Lectio iij. *c.* 29. 17. *ad* 26.

ERudi filium tuum, & refrigerábit te, & dabit delícias ánimæ tuæ. Cùm prophetía defécerit, dissipábitur pópulus: qui verò custódit legem, beátus est. Servus verbis non potest erudíri; quia quod dicis intélligit, & respondére contémnit. Vidísti hóminem velócem ad loquéndum? stultítia magìs speránda est, quàm illíus corréptio. Qui delicátè à pueritia nutrit servum suum, póstea séntiet eum contumácem. Vir iracúndus próvocat rixas: & qui ad indignándum fácilis est, erit ad peccándum proclívior. Supérbum séquitur humílitas; & húmilem spíritu suscípiet glória. Qui cum fure partícipat, odit ánimam suam; adjurántem audit, & non índicat. Qui timet hóminem, citò córruet: qui sperat in Dómino, sublevábitur. Multi requírunt fáciem príncipis; & judícium à Dómino egréditur singulórum.

C A N O N.

Ex Concílio Senonénsi.

An. 1528. *in decretis morum, cap.* 21.

INhibémus Capéllas de novo érigi, cónstrui, étiam omníno dírutas reædificári, sine Diœcesanórum licéntia & permissióne.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. ℣. Cùm esset sapientíssimus Ecclesiástes, dócuit pópulum, & conscripsit sermónes rectíssimos, ac veritáte plenos. *Eccle.* 12. 9. 10.

Oratio, Tua nos, quæsumus, *infrà in Laudibus.*

DOMINICA XVI.

post Pentecosten.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber Ecclesiástæ.

Lectio j.

c. 1. 1. *ad* 7.

VErba Ecclesiástæ, filii David, regis Jerúsalem. Vánitas vanitum, dixit Ecclesiástes: vánitas vanitátum, & ómnia vánitas. Quid habet ámpliùs homo de univérso labóre suo, quo labórat sub sole? Generátio præterit, & generátio ádvenit: terra autem in ætérnum stat. Oritur sol, & óccidit, & ad locum suum revértitur; ibíque renáscens, gyrat per merídiem, & fléctitur ad aquilónem. Lustrans univérsa in circúitu pergit spíritus, & in círculos suos revértitur. Omnia flúmina intrant in mare, & mare non redúndat: ad locum unde éxeunt flúmina revertúntur, ut íterum fluant.

℟. Da mihi, Dómine, sédium tuárum assistrícem sapiéntiam, ut mecum sit, & mecum labóret, ut sciam

quid accéptum sit apud te : * Illa dedúcet me in opéribus meis sóbriè. *Sap.* 9. 4. 10. 11. ℣. Quæ desúrsum est sapiéntia, pudíca est, pacífica, modésta, non júdicans, sine simulatióne. *Jac.* 3. 17. * Illa.

Lectio ij. *v.* 8. *ad.* 11.

CUnctæ res difficiles : non potest eas homo explicáre sermóne. Non saturátur óculus visu ; nec auris audítu implétur. Quid est quod fuit ? ipsum quod futúrum est : quid est quod factum est ? ipsum quod faciéndum est. Nihil sub sole novum, nec valet quisquam dícere : Ecce hoc recens est ; jam enim præcéssit in sæculis quæ fuérunt ante nos. Non est priórum memória ; sed nec eórũ quidem quæ póstea futúra sunt, erit recordátio apud eos qui futúri sunt in novíssimo.

℟. Vidi sub sole in loco judícii impietátem, & in loco justítiæ iniquitátem, & dixi in corde meo : * Justum & ímpium judicábit Deus, & tempus omnis rei tunc erit. *Eccle.* 3. 16. 17. ℣. Uniuscujúsque opus maniféstum erit ; dies enim Dómini declarábit. 1. *Cor.* 3. 13. * Justum.

Lectio iij *v.* 12 *ad fin.*

EGo Ecclesiástes fui rex Israël in Jerúsalem : & propósui in ánimo meo quærere & investigáre sapiénter de ómnibus quæ fiunt sub sole. Hanc occupatiónem péssimam dedit Deus fíliis hóminum, ut occuparéntur in ea. Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce univérsa vánitas, & afflíctio spíritûs. Pervérsi difficilè corrigúntur, & stultórum infinítus est númerus. Locútus sum in corde meo, dicens : Ecce magnus efféctus sum, & præcéssi omnes sapiéntiâ, qui fuérunt ante me in Jerúsalem ; & mens mea contempláta est multa sapiénter, & dídici. Dedíque cor meum ut scirem prudéntiam atque doctrínam, erroréque & stultítiam ; & agnóvi quòd in his quoque esset labor, & afflíctio spíritûs ; eò quòd in multa sapiéntia, multa sit indignátio : & qui addit sciéntiam, addit & labórem.

℟. Si esuríerit inimícus tuus, ciba illum ; si sitit, potum da illi ; * Noli vinci à malo, sed † Vince in bono malum. *Rom.* 12. 20. 21. ℣. In ruína inimíci tui ne exúltet cor tuum, ne fortè vídeat Dóminus, & displíceat ei. *Prov.* 24. 17. 18. * Noli. Glória. † Vince.

IN II. NOCTURNO.

De Sermóne sancti Joánnis Chrysóstomi.

Serm. contra Concubinarios, circa finem.

Lectio iv.

SAlomon, cùm seculárium rerum concupiscéntiâ tenerétur, magnas

eas & admirándas putábat, multúmque in eis labóris & solicitúdinis insumébat, magníficas ædificándo domos, copiósum coacervándo aurum, congregándo cantórum choros, vária génera ministrórum mensæ & popínæ, quæréndo ánimæ suæ voluptátem ab hortórum & córporum formosórum grátia, & omnem, ut ita dicam, oblectatiónis & refrigérii viam sectándo.

℞. Ne despícias hóminem averténtem se à peccáto, neque impróperes ei; * Meménto quóniam omnes in correptióne sumus. *Eccli.* 8. 6. ℣. Si præoccupátus fúerit homo in áliquo delícto, hujúsmodi instrúite in spíritu lenitátis, consíderans teípsum, ne & tu tentéris. *Gal.* 6. 1. * Meménto.

Lectio v.

AT ubi inde ad se revérsus, & quasi ex umbrósa quadam abysso ad lumen veræ sapiéntiæ respícere váluit; tunc sublímem illam, & cœlis dignam emísit vocem: [Vánitas vanitátum, & ómnia vánitas.] Hanc & vos, & hâc sublimiórem, si voluéritis, efferétis senténtiam de intempestiva hac voluptáte, si aliquantísper à mala consuetúdine vos sequestravéritis.

℞. Disciplínam Dómini ne abjícias; * Quem enim díligit Dóminus, córripit; & quasi pater in fílio cómplacet sibi. *Prov.* 3. 11. 12. ℣. Tanquam filiis offert se Deus; quis enim fílius quem non córripit pater? *Hebr.* 12. 7. * Quem enim.

Lectio vj.

QUamvis autem à Salomóne séculis superióribus non tam multa sapiéntiæ exigebátur diligéntia; neque enim delícias lex vetus prohibébat, neque áliis frui supervácuis dicébat vanum: áttamen, & sic se habéntibus rebus, in ipsis contuéri pótuit, quàm viles, & vanitáti obnóxiæ res sint. Nos verò ad majórem vocáti vitam, & ad excelléntius fastígium ascéndimus, & in majóribus exercémur palæstris; & quid áliud, quàm quòd sicut supérnæ virtútes intellectuáles & incorpóreæ illæ, vitam instítúere jubémur?

℞. Vánitas vanitátum, & ómnia vánitas; * Deum time, & † Mandáta ejus obsérva; hoc est omnis homo. *Eccle.* 12. 8. 13. ℣. Qui servat verbum Dei, verè in hoc cáritas Dei perfécta est. 1. *Joan.* 25. * Deum time. Glória. † Mandáta.

IN III. NOCTURNO.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 14. 1. *ad* 11.

IN illo témpore; Cùm intráret Jesus in domum cujúsdam príncipis Pharisæó-

tam sábbato manducáre panem; & ipsi observábant eum: & ecce homo quidam hydrópicus erat ante illum. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ Presbyteri.

In Lucam libro 4.

PRóprium est hydrópici, quantò magìs abúndat humóre inordináto, tantò ampliùs sitíre. Et ídeo rectè comparátur ei, quem fluxus carnálium voluptátum exúberans ággravat. Comparátur díviti aváro, qui quantò est copiósior divítiis quibus non benè útitur, tantò ardéntiùs tália concupíscit. [Et respóndens Jesus dixit ad Legisperítos & Pharisæos: Licet sábbato curáre? At illi tacuérunt.] Quod dícitur respondísse Jesus, ad hoc réspicit quod præmíssum est: [Et ipsi observábant eum.] Dóminus enim novit cogitatiónes hóminum. Sed méritò interrogáti tacent, qui contra se dictum quidquid díxerint vident. Nam si licet sábbato curáre, quare Salvatórem an curet obsérvant: Si non licet, quare ipsi sábbato pécora curant?

℟. Cùm invitátus fúeris ad núptias, * Non discúmbas in primo loco, ne fortè honorátior te sit invitátus, & qui te vocávit dicat tibi: Da huic locum. *Luc.* 14. 8. 9. ℣. Ubi fúerit supérbia, ibi erit & contumélia; ubi autem est humílitas, ibi est sapiéntia. *Prov.* 11. 2. * Non discúmbas.

Lectio viij.

IPse verò apprehénsum sanávit, ac dimísit.] Próvidâ dispensatióne Dóminus ante Legisperítos & Pharisæos hydrópicum curat; & mox contra avarítiam dísputat: ut vidélicet per hujus ægritúdinem córporis, in illis exprimerétur ægritúdo cordis. Dénique post multa disputatiónis ejus hortaménta, subjúnctum est: [Audiébant autem ómnia hæc Pharisæi, qui erant avári, & deridébant illum.

℟. Recúmbe in novíssimo loco, ut qui te invitávit, dicat tibi: Amíce, ascénde supériùs; * Tunc erit tibi glória coram simul discumbéntibus. *Luc.* 14. 10. ℣. Mélius est ut dicátur tibi: Ascénde, quàm ut humiliéris. *Prov.* 25. 7. * Tunc erit.

Lectio ix. *Post pauca.*

ET respóndens ad illos, dixit: Cujus vestrûm ásinus aut bos in púteum cadit, & non continuò éxtrahet illum die sábbati?] Sic observatóres suî Pharisæos convíncit, ut eósdem étiam avarítiæ condémnet. Si vos, inquit, in sábbato ásinum aut bovem, aut áliquid quódlibet ánimal in púteum décidens erípere

festinâtis, non animâli, sed vestræ avarítiæ consuléntes; quantò magìs ego hóminem, qui multò mélior est pécore, débeo liberáre?

℟. Supérbum séquitur humílitas; * Et † Húmilem spíritu suscípiet glória. *Prov.* 29. 23. ℣. Qui se exáltat, humiliábitur; & qui se humíliat, exaltábitur. *Luc.* 14. 11. * Et húmilem. Glória. † Húmilem.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. f. Cùm intráret Jesus in domum cujúsdam príncipis Pharisæórum sábbato manducáre panem; & ipsi observábant eum. *Luc.* 14. 1.

Oratio. Orémus.

TUa nos, quæsumus, Dómine, grátia semper & prævéniat & sequátur; ac bonis opéribus júgiter præstet esse inténtos; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Sess. 22. *decr. de observ. in celebr. Missæ.*

MOneant Epíscopi pópulum, ut frequénter ad suas Paróchias, saltem diébus Domínicis, & majóribus festis accédant.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. C. Dixit Jesus ad Legisperítos, & Pharisæos: Si licet sábbato curáre? At illi tacuérunt. Ipse verò apprehénsum sanávit hydrópicum, ac dimísit. *Luc.* 14. 3. 4.

FERIA SECUNDA.

De libro Ecclesiástæ.

Lectio j. *c.* 2. 1. *ad* 3.

DIxi ego in corde meo: Vadam, & áffluam delíciis, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoque esset vánitas. Risum reputávi errórem; & gáudio dixi: Quid frustrà decíperis? Cogitávi in corde meo abstráhere à vino carnem meam, ut ánimum meum transférrem ad sapiéntiam, devitarémque stultítiam, donec vidérem quid esset útile fíliis hóminum: quo facto opus est sub sole número diérum vitæ suæ.

℟. Da mihi, 376.

Lectio ij. *v.* 7. *ad* 9.

POssédi servos & ancíllas, multámque famíliam hábui; arménta quoque & magnos óvium greges ultra omnes qui fuérunt ante me in Jerúsalem. Coacervávi mihi argéntum & aurum, & substántias regum ac provinciárum: feci mihi cantóres & cantatríces, & delícias filiórum hóminum, scyphos & úrceos in ministério ad vina fundénda: & supergréssus sum ópibus omnes qui ante me fuérunt in Jerúsalem.

℟. Vidi, 377.

Lectio iij. *v.* 9. *ad* 13.

SApiéntia quoque persevérávit mecum: & ómnia quæ desideravérunt ócu-

mei, non negávi eis; nec rohíbui cor meum quin mni voluptáte fruerétur, t oblectáret se in his quæ ræparáveram: & hanc ra- us sum partem meam, si terer labóre meo. Cùm- ue me convertíssem ad nivérsa ópera quæ fécerant nanus meæ, & ad labóres n quibus frustrà sudáve- am, vidi in ómnibus vani- átem & afflictiónem ánimi, x nihil permanére sub sole. Transívi ad contemplándā apiéntiam, erroréſque & tultítiam. Quid est, in- quam, homo, ut sequi pos- it Regem factórem suum? x vidi quòd tantùm præcé- leret sapiéntia stultítiam, quantùm differt lux à téne- oris.

℟. Si esuríerit, 377.

CANON,

Ex Collectióne variórum Cánonum Ecclésiæ Afri- cánæ contra Donatí- stas.

Cap. 50.

OMníno nulla memória Mártyrum probabíliter acceptétur, nisi ubi corpus, aut áliquæ relíquiæ sunt, aut orígo alicújus habita- iónis, vel possessiónis vel passiónis fidelíssimâ orígine tráditur. Nam quæ per sómnia, & per inánes quasi revelatiónes quorúmlibet hóminum ubicúmque const- ituúntur altária, omnímo- lo reprobéntur.

FERIA TERTIA.

De libro Ecclesiástæ.

Lectio j. *c.* 3. 1. *ad* 8.

OMnia tempus habent, & suis spátiis trán- seunt univérsa sub cœlo. Tempus nascéndi, & tempus moriéndi: tem- pus plantándi, & tempus evelléndi quod plantátum est. Tempus occidéndi, & tempus sanándi: tempus destruéndi, & tempus ædi- ficándi. Tempus flendi, & tempus ridéndi: tempus plangéndi, & tempus sal- tándi. Tempus spargéndi lápides, & tempus colli- géndi: tempus amplexándi, & tempus longè fíeri ab am- pléxibus. Tempus acquirén- di, & tempus perdéndi: tempus custodiéndi, & tem- pus abjiciéndi. Tempus scindéndi, & tempus con- suéndi: tempus tacéndi, & tempus loquéndi. Tem- pus dilectiónis, & tempus ódii: tempus belli, & tem- pus pacis.

℟. Ne despícias, 378.

Lectio ij. *v.* 9. *ad* 13.

QUid habet ámpliùs ho- mo de labóre suo? Vi- di afflictiónem quam dedit Deus fíliis hóminum, ut distendántur in ea. Cuncta fecit bona in témpore suo, & mundum trádidit dispu- tatióni eórum, ut non in- véniat homo opus quod operátus est Deus ab inítio usque ad finem. Et cognóvi

catálogo ascrípsit. Bullam ejus in archívis assérvat Ecclésia Senonénsis, quâ Basílicam majórem collabéntem, & penè dírutam, sumptibus beneficiórum diœcésis jubet restaurári.

Te Deum.

Ad Laudes, *Antiphonæ quinque de Communi, Psalmi de Feria.*

Oratio. Orémus.

DEus, qui beátum Petrum Cœlestínum ad summi Pontificátûs ápicem evéctum, prætereúntem hujus mundi figúram humilitáti postpónere docuísti; concéde propítius, ut ejus exémplis & précibus, ad ætérna præeléctos peritúra non óccupent; Per Dóminum.

Ad Vesperas, *Antiphonæ quinque de Communi, Psalmi de Feria.*

[*Qui ritus servatur in omni Festo Semiduplici.*]

Die XXII.

In Festo

SANCTI ROMANI, Monachi.

Simplex, seu trium Lectionum, sine Te Deum.

De Communi SS. Monachorum, l. *præter sequentia.*

Pridie In Vesperis, *Antiphonæ & Psalmi de Feria, ut in Psalterio.*

A Capitulo fit de hoc Festo.

Oratio, Omnípotens, *in Communi*, liv.

Suffragia de omnibus Sanctis, ut in Psalterio, 149.

Ad Officium Noct.

Psalmi novem de Feria, tres Antiphonæ, ℣. & ℟℟℟. *ex Nocturno Officii de Communi, secundùm Feriam.*

Lectio j. & ij. *de Scriptura occurrente: de tribus fiunt duæ.*

Lectio iij.

Ex Seculo 1. *Benedict. & aliis.*

ROmánus in pago Autissiodorénsi, loco qui Drogus ab antíquis appellátur, non longè à fonte percélebri, mónachi vitam egit, & ad amórem vitæ solitáriæ plúrimos exémplo traxit. Cùm sanctitáte clarus in Dómino quievísset, post óbitum multis étiam effúlsit miráculis. Corpus ejus è própria Basílica in Ecclésiam sancti Amatóris juxta Autissiodórum primò, deínde in cœnóbium sancti Germáni ejúsdem urbis delátum est. Ibi cùm áliquot annis quievísset, peténti Ansegíso, Sénonum Archiepíscopo, Walæ Epíscopi Autissiodorénsis fratri ab Hugóne Abbáte concéssum fuit, & ab eo Sénonis depósitum in monastério sancti Remígii ad Urbis muros. Destrúcto monastério, in Ecclésiam parochiálem ejúsdem nóminis

intrà

intrà Urbem translátum est: caput verò à córpore extráctum anno millésimo sexcentésimo quadragésimo nono, ad monastérium sancti Petri-vivi, sedénte Octávio, Senonénsi Archipræsule, transmíssum est.

Non dicitur Te Deum.

Ad Laudes, *Antiphona prima Laudum de Communi.*

Oratio, Omnípotens, liv.

Suffragia de omnibus Sanctis, ut in Psalterio, 149.

Hoc Officium terminatur post Nonam.

[*Qui ritus servatur in aliis Festis Simplicibus.*]

Vespera de Psalterio, à Capitulo de Festo sequenti.

Die XXIII.
In Festo
SANCTI DESIDERII,
Viennensis Episcopi & Martyris.

Simplex.

De Communi unius Martyris, viij.

Oratio, Deus, à quo fides, xij.

Lectio iij.

Ex Actis S. Desiderii apud Bollandum.

Desidérius, Augustodúni natus, Ecclesiásticæ disciplínæ stúdio Viénnam profèctus, Naamáto Pontífici adhæsit, à quo doctrínis póstmodum imbútus Ecclesiásticis, sub eódem Pontífice sicut & sub Philíppo, Evántio ac Vero, Clericáli officio & Diáconi ministério functus, Vero vitâ functo in Episcopátu succéssor datus est. Illi & Syágrio Augustodunénsi Gregórius Magnus Augustínum à se in Angliam prædicándi Evangélii causâ missum, per litteras commendávit. Cùm autem Brunichíldis Regínæ impietátes zelo episcopáli privátim & públicè argúeret, illum capitáli exínde ódio prosecúta, Cabilonénse convocári curat Concílium, in quo, ipsâ instigánte, Desidérius depónitur; subrogatóque in ejus locum Dómnolo, in ínsulam quamdam exílio retrúditur. Exáctis in exílio quátuor annis, sedi suæ restitútus est. Sed cùm in depravátos Aulicórum mores insúrgere non desísteret, ejúsdem Brunichíldis jussu apud Priscinìacum, agri Lugdunénsis vicum, anno Dómini círciter sexcentésimo octávo lapídibus & fústibus interféctus est, & in eódem loco sepúltus.

Vespera Feriales, à Capitulo de Festo sequenti.

Die XXIV.
In Festo
SS. DONATIANI ET ROGATIANI,
Martyrum.

Simplex.

De Communi plurium Martyrum, xiv.

Oratio, Deus, cujus grátiâ, xviij.

Lectio iij.

Ex Actis apud Ruinart.

SÆviénte Diocletiáni persecutióne, Donátus sive Donatiánus & Rogatiánus ambo fratres Nannétis in cárcerem conjécti sunt, eò quòd idólis thus & cultum negássent. Inde ad Præsidem edúcti, cùm Christum strénuè confiteréntur, primùm in equúleo torti, tum catástæ impósiti atque laniáti, deínde lánceâ militári perfóssi, póstmodum cæsis capítibus martyrium complevérunt. Horum précibus Nannéticam civitátem ab obsidióne barbarórum liberátam Clodovéi regis tempóribus, scribit sanctus Gregórius, Turonénsis Epíscopus.

In Vesperis, *fit Commemoratio S. Dionysii*, *Ant.* Respéxit, ℣. Quæsívit, xxiij. *Oratio*, Quæsumus, xxvij.

Die XXV.

SANCTI DIONYSII,

Mediolanensis Episcopi

Commemoratio.

Ad Laudes, *Ant.* In bonitáte, ℣. Státuit., *Oratio*, Quæsumus, xxvij.

Vesperæ Feriales, *à Capitulo de Festo sequenti.*

Die XXVI.

In Festo

SANCTI AUGUSTINI,

Cantuariensis Episcopi.

Simplex.

De Communi S. Pontificis, xxij.

Oratio, Exaúdi, xxvij.

Lectio iij.

Ex Seculo I. *Benedict.*

AUgustínus, ut ait Gregórius Magnus, fuit in monastérii régula doctus, sacræ Scriptúræ sciéntiâ replétus, bonis, autóre Deo, opéribus præditus. Ab eódem Gregório missus est ut Anglórum genti Evangélium prædicáret. In ínsulæ partem áppulit, cujus tunc rex erat Æthelbértus. Cómites hábuit mónachos Italos, & cléricos quosdam Gallos, qui fuérunt Italórum intérpretes, & óperis adjutóres. Augustíno duce disseminátum est cum úbere fructu Evangélii semen, annuénte Rege, sed in primis favénte Berthâ Cherebérti Francórum regis filiâ, Æthelbérti uxóre. Ipse Rex se Christi jugo subjécit. Interim repétiit Gállias Augustínus, ut sibi plures adjúngeret comminístros; & ab Arelaténsi præsule Virgílio Epíscopus est ordinátus. Ipso deínde in Angliam revérso, ádeo propagáta est per totam re-

gíonem illam Relígio, ut vel uno die hómines ad decem míllia fúerint ab eo baptizáti. In Galliárum Eccléſiis diverſæ erant ab Eccléſia Romána conſuetúdines. Super his conſúluit Gregórium Magnum qui reſpóndit: Ex síngulis quibúſque Eccléſiis quæ pia, quæ religióſa, quæ Deo plácita inveníſſet, hæc quaſi in faſcículum colléҫta apud Anglórum mentes in conſuetúdinem depóneret. Tandem ab idolórum cultu ad Chriſti fidem perdúctâ totâ ferè Angliâ; vigéſimâ ſextâ Máii, circa annum ſexcentéſimum ſéptimum in pace defúnctus eſt.

Die XXVIII.

In Feſto

SANCTI GERMANI,

Pariſienſis Epiſcopi.

Simplex.

De Communi S. Pontificis, xxij.

Orat. Quæſumus, xxvij.

Lectio iij.

Ex ejus vita ſcripta per Venant. Fortunat. Pictav. Epiſc. Seculo 1. *Benedict.*

GErmánus in território Æduénſi honéſtis paréntibus natus, ad matutínas preces Eccléſiam mille paſſus penè diſtántem, quâcúmque áëris intempérie adíbat. Préſbyter ordinátus, ex mónacho factus eſt primùm Abbas ſancti Symphoriáni Auguſtodunénſis, deínde Pariſiénſis Epíſcopus. Nihil remíſit in epiſcopátu de vitæ auſteritáte, quam in monaſtério égerat. Horâ noctis tértiâ Eccléſiam ingréſſus, non recedébat ante dilúculum, céteris de Clero per tres vigílias ſibi vicíſſim ad pſalléndum ſuccedéntibus. Ita Deo erat inténtus, ut de illo ſemper áliquid conférret in privátis collóquiis, lectiónes ſacras ad menſam adhibéret, & dum iter ágeret, curſum canónicum nudo cápite, étiam inter equitándum, perſólveret. Mira ejus in páuperes beneficéntia fuit, Childebérto ex régio ærário ingéntes ei pecúnias ſubminiſtránte. Quem apud Cellas in pago Melodunénſi ægrotántem ſanitáti reſtítuit, & ipſam villam Rex in hujúſce miráculi memóriam Eccléſiæ Pariſiénſi donávit. Caribértum reprehéndit, qui uxóris ſorórem dúxerat, eíque ſacris interdíxit. Sedit in Concíliis Pariſiénſibus tértio & quarto, & in Turonénſi ſecúndo. Multis clarus miráculis, prænuntiáto mortis die, in pace quiévit ferè octogenárius, anno quingentéſimo ſeptuagéſimo ſexto. Corpus ejus in Basílica ſancti Vincéntii ſepúltum eſt; quæ nunc ſancti Germáni à Pratis ab ejus nómine dícitur.

Veſpera de Pſalterio, à Capitulo de Feſto ſequenti.

Die XXIX.

In Feſto SANCTI MAXIMINI, Trevirenſis Epiſcopi.

Simplex.

De Communi S. Pontificis, xxij.

Oratio, Exaúdi, xxvij.

Lectio iij.

Ex S. Maximini vita apud Bolland. & aliis.

Maximínus ſub Conſtantíno & filio ejus Conſtánte Treviréńſem inſígnem Galliárum Eccléſiam rexit. Jam clarus habebátur, cùm Arianórum criminatiónibus relegátum magnum Athanáſium ſuſcépit, non illum ut éxulem, ſed ut orthodóxæ fídei víndicem, cujus zelum in Ariános imitátus eſt; unde eórum cum Athanáſio, Paulo, Oſio, Júlio maledícta, ódia, & anathémata méruit. Honoríficè quoque excépit Paulum Conſtantinopolitánum è ſua ſede pulſum. Cùm Ariáni, ex quo in Concílio Nicæno cauſâ cecíderant, nihil non movérent ut Conſtántem, & Július Románum Pontíficem Athanáſii defenſóres ártibus ómnibus capeárent, utrúmque Maximínus tutum præſtitit ab eórum inſídiis, ſubdolum ſemper ſuſpicátus quidquid Verbi divíni conſubſtantialitátem apérté non confiterétur. Concílio Mediolanénſi, & poſt biénnium Sardicénſi ſuâ apud Conſtántem autoritáte & précibus convocáto intérfuit, fecítque ut Athanáſius & Paulus ſuis ſédibus redderéntur. Obiit vir zeli verè apoſtólici circa annum trecentéſimum quadragéſimum nonum. Maximíni Trevirénſis os inſígne religióſè ſervat & colit Eccléſia parochiális ſub ejus invocatióne Sénonis Deo dicáta.

Die XXXI.

In Feſto SS. CANTII & CANTIANI, fratrum, ac Cantianillæ, eorũ ſororis, Martyrum.

Semiduplex.

De Communi plurium Martyrum, xiv.

Oratio, Deus, inviſíbilis, *infrà.*

Lectio ij.

Ex Serm. S. Maximi, in append. S. Ambroſii, 49. tom. 2. Balland. Uſuardo, & aliis.

Hodie natális eſt beatiſſimórum Cántii, Cantiáni, & Cantianíllæ fratrum, ex illuſtri Aniciórum progénie, de quibus refert hiſtória, eos, cùm perſecútor inquíreret, aſcénſo vehículo junctis mulábus ſecédere voluíſſe; & cùm non longè ab urbis.

mœnibus iter ágerent, unum ánimal de subjúnctis súbitò corruísse, atque ita illos à persecutóribus comprehénsos, tentos ad pœnam. Passi sunt prope Aquiléïam ad Aquas Gradátas, qui locus hódie sancti Cantiáni nomen óbtinet.

Lectio iij.

SAnctórum Mártyrum córpora ibídem sepúlta, post várias huc illuc translatiónes, ex Itália jussu Robérti Francórum regis Stampas asportáta sunt, & in Ecclésia Collegiáta beátæ Maríæ, quam cónstrui curáverat, collocáta ineúnte undécimo século. Hinc nonnúlla ossa distrácta, Sénonas circa éadem témpora deportáta sunt. Horum sanctórum pígnorum méminit Galtérus qui, Ludovíco nono regnánte, Sénonis sedébat, in suo sacrárum, quas póssidet Senonénsis Ecclésia, Reliquiárum catálogo. Capsam, in qua Stampis cóndita fúerant, vetustáte consúmptam Gilo Sénonum Archiprǽsul reserávit anno millésimo ducentésimo octogésimo secúndo, die veró quartâ mensis Augústi; & ea in nova elegánti ópere elaboráta repósuit.

Oratio. Orémus.

DEus, invisíbilis fortitúdo certántium, adésto, quǽsumus, nobis supplicántibus; ut qui hodiérnâ die sanctórum Mártyrum tuórum Cántii, Cantiáni, & Cantianíllæ gloriósum triúmphum recólimus, eórum méritis & précibus contra spirituália nequítiæ muniámur; Per Dóminum.

FESTA JUNII.

DIE II.

In Festo

SS. POTHINI, Lugdunensis Episcopi, Blandinæ Virginis, & Sociórum, Martyrum.

Semiduplex.

De Communi plurium Martyrum, xiv.

Oratio, Deus, cujus grátiâ, xviij.

Fit Commemoratio SS. Marcellini Presbyteri, & Petri Exorcistæ, Martyrum, Ant. Beáti, ℣. Multæ, *Oratio*, Mártyrum tuórum, xviij.

Ex Epístola Ecclesiárum Viennénsis & Lugdunénsis ad Ecclésias Asiæ & Phrygiæ.

Apud Euseb. Hist. lib. 5. cap. 1.

Lectio ij.

BEatíssimus Pothínus qui Episcopátum Lugdunénsis Ecclésiæ administrábat nonagenário

major, & córpore ádmodum infirmo, ob præséntem quidem córporis imbecillitátem ægrè spíritum trahens, céterùm præ cupiditáte imminéntis martyrii mirábili alacritáte ánimi firmátus, ad tribúnal ferebátur. Perlátus ígitur à milítibus ad tribúnal, prosequéntibus ipsum Magistrátibus civitátis, & univérsâ plebe váriis eum acclamatiónibus impeténte, tanquam ipse Christus esset, egrégium édidit testimónium. Interrogátus verò à Præside, quisnam esset Christianórum Deus, respóndit: Si dignus fúeris, cognósces. Post hæc inhumánè raptátus, atque innúmeris plagis affé-ctus est: cùm ii quidem qui própiùs astábant, cálcibus & pugnis illum contumelióse appéterent; qui verò lóngiùs distábant, quidquid ad manum erat, in ipsum conjícerent. Exínde vix adhuc spirans, in cárcerem projéctus est, tandémque post bíduum ánimum exhaláyit.

Lectio iij.

MAtúrus neóphytus, & Sanctus Diáconus Viennénsis, cum Blandína ancílla pluribúsque áliis ducti sunt ad béstias in amphitheátrum, ad públicum spectáculum. Et Matúrus quidem ac Sanctus ómnia tormentórum génera in amphitheátro subiérunt. Hi ergo máximo certámine perfúncti, cùm vitálem spíritum diu protraxíssent, tandem juguláti sunt. Blandína verò ad palum suspénsa, béstiis objécta est. Cùmque nulla tunc béstia corpus illíus attigísset, depósita ex stípite, rursus in cárcerem conjícitur, in áliud certámen reserváta. Ineúnte solémni apud nos mercátu, Præses beatíssimos Mártyres ad tribúnal addúci jussit tanquam in theatráli pompa eos pópulo osténtans. Cùmque illos dénuo interrogásset, quicúmque cives Románi repérti sunt, cápite truncáti; réliqui tráditi sunt béstiis. Post hos omnes último tandem spectaculórum die beáta Blandína ómnium postréma, post flagra, post ferárum vellicatiónes, post sartáginem, retículo inclúsa, tauro objécta est; à quo diu in altum jactáta, tandem & ipsa víctimæ instar jugoláta est.

In Laudibus, pro Commemoratione Sanctorum Marcellini & Petri, Antiphona Communicántes, ℣. Viríliter, xv. *Oratio*, Mártyrum tuórum, xviij.

Vespera, à Capitulo de Festo sequenti.

DIE III.
In Festo
SANCTÆ CLOTILDIS,
Reginæ Francorum.
Semiduplex.

De Communi SS. Viduarum, lxxviij.

Oratio, Réspice, *infrà*.

Pro Commemorat. SS. Pothini, Blandinæ, & Sociorum, Ant. Datæ sunt, ℣. Lætítia, xx. *Oratio*, Deus, cujus grátiâ, xvij.

Lectio ij.
Ex Hist. Franc.

CLotíldis Chilperíci Burgundiónum Regis fília, post paréntum necem, à pátruo Gundobáldo Rege educáta, Clodovéo adhuc éthnico in cónjugem trádita est. Cùm primogénitum peperísset, eum, toleránte magìs quàm approbánte Clodovéo, baptizári jussit. Quo infánte in albis defúncto, id ægrè ádmodum tulit Clodovéus, ac baptísmo imputávit. Alterum filium Regína cùm genuísset, hunc quoque baptizári vóluit. Qui cùm ægrotáre cœpísset, affirmánte rege fore ut idem ei quod fratri contíngeret, matris précibus convaluit. At Regína non cessábat hortári virum, ut abjéctâ idololatríâ, Deum verum cóleret: sed ille superstitióni Francórum adhærére non déstitit; donec in expeditióne Alamánnica inclinátam cernens suórum áciem, monitórum cónjugis memor, auxílio Christi imploráto, de hóstibus triumphávit. Cui apud Remos læta uxor occúrrens, ubi órdinem rei gestæ cognóvit, advocávit sanctum Remigium à quo Rex fidem edóctus, baptizátus est, & chrísmate sacro inúnctus.

Lectio iij.

POst mortem Clodovéi Túronos ádiit Clotíldis; ibíque ad sepúlcrum sancti Martini summâ pietáte réliquum vitæ exégit, pernox in vigíliis, eleemósynis aliísque piis opéribus inténta, munífica erga Ecclésias, & Monastéria. Tandem plena diérum, Túronis migrávit ad Dóminum: & Parísios inter psalléntium choros transláta, sepúlta est à fíliis Childebérto & Clotário régibus, ad latus Clodovéi, in sacrário Basílicæ beatórum Petri & Pauli, ubi corpus sanctæ Genovéfæ quiéscit.

Oratio. Orémus.

REspice, quæsumus, Dómine, ad Francórum benígnus impérium; & quibus per devótam sanctæ Clotíldis instántiam donum fidei contulísti, iísdem per ejus intercessiónem tríbue sincérum Christiánæ pietátis affectum; Per Dóminum.

DIE V.

In Festo

SANCTI BONIFACII, Moguntini Episcopi & Martyris.

Simplex.

De Communi unius Martyris, viij.

Oratio, Deus, cujus grátia, xij.

Lectio iij.

Ex Seculo 2. Benedict.

Bonifácius in majóri Británnia nóbili génere ortus, à patre septénnis ductus in monastérium, pietáte & rerum divinárum sciéntiâ excélluit. Présbyter ordinátus, singulárem in tractándis negótiis Ecclesiásticis perítiam exhíbuit: unde crescénte in dies illíus famâ, ipse sibi fugâ consuléndum ratus obténtâ Abbátis licéntiâ Frísiam áppulit, Evangélium infidélibus annuntiatúrus. Sed messe nondum matúrâ, in pátriam revérti cógitur. Abbas eléctus, ut onus refúgiat, Romam petit. A Gregório secúndo benígnè excípitur, & míttitur in Germániam, ad prædicándum Evangélium. Ob insígnem Evangélii fructum, Romam post annum revocátus, consecrátur Epíscopus, & Apostólici Legáti dignitáte auctus, remíttitur in Germániam. Incredíbile est quantis labóribus opus Evangélicum provéxerit. Sedem Moguntínam suscípere coáctus, cùm illam Ecclésiam annos áliquot sanctè administrásset, suffécto in locum suum sancto Lúllio Epíscopo, ipse ad prædicándum Frísiis Evangélium íterum progréditur. Ibi cùm innúmeros ad Christi fidem convertísset, martyrio coronátur anno Christi septingentésimo quinquagésimo quinto.

Vespera de Psalterio, à Capitulo de Festo sequenti.

Oratio, Exaúdi, xxvij.

Fit Commemoratio S. Norberti, Magdeburgensis Episcopi, *Ant.* In bonitáte, ℣. Státuit, *Oratio*, Quæsumus, xxvij.

DIE VI.

In Festo

SANCTI CLAUDII, Vesuntini Episcopi.

Simplex.

De Communi S. Pontificis, xxij.

Lectio iij.

Ex Seculo 2. Benedict.

Claudius, Vesuntionénsis Epíscopus subscrípsit Concílio Epaonénsi, anno Christi quingentésimo décimo séptimo, & Concílio Lugdunénsi, anno sequénti; in quibus multa circa disciplínam Ecclesiásticam egrégiè sancíta fuit. Cùm sedem per annos

septem summa cum laude tenuísset, abdicáto episcopátu, ad Jurénse monastérium se cóntulit, ubi monástici institúti régulam ampléxus est. Injurióso illíus cœnóbii sanctíssimo Abbáte vitâ functo, ómnium votis expetítus, in ejus locum suffféctus est. Cui monastério per annos quinquagínta deínceps præfuísse tráditur. Dénique longa vitæ spátia eménsus, & méritis plenus ábiit ad Dóminum anno Christi quingentésimo octogésimo primo. Corpus ejus in Jurénsi monastério sepultum est, & usque nunc incorrúptum, & íntegrum servátur in eódem monastério, quod ob ejus sanctitátis celebritátem à sæculis áliquot sancti Claúdii nomen óbtinet.

In Laudibus, pro Commemoratione S. Norberti, Ant. Respéxit, ℣. Quæsívit, xxiij. *Oratio*, Quæsumus, xxvij.

Vespera de Psalterio, à Capitulo de Festo sequenti.

Die VII.
In Festo SANCTI PAULI, Constantinopolitani Episcopi & Martyris.

Simplex.

De Communi unius Martyris, viij. *Oratio*, Deus, cujus grátia, xij.

Lectio iij.
Ex Socrate, Sozomeno, & Athanasio.

Paulus Thessalonicæ in Macedónia natus, Présbyter ordinátus est à sancto Alexándro Constantinopolitáno, moxque Ariánorum criminatiónibus à Constantíno exul ejícitur. Mórtuo Alexándro, Paulus ex exílio redux, ætáte júvenis, sed prudéntiâ senex, ac morum integritáte conspícuus, invítis Ariánis Macedónio prælátus succéssit. Verùm Eusébii Nicomediénsis sedem ipsíus ambiéntis ártibus ab Epíscopis Ariánis depónitur, jubénte Constántio, toto Ariánis addícto. Triénnio pòst, mórtuo Eusébio qui in ejus locum fúerat intrúsus, sedi suæ restítuitur; sed mox Macedónio non sine cædibus substitúto cédere coáctus est. Constánte autem fratri Constántio comminánte, Paulus Ecclésiâ suâ íterum potítus est, nusquam tamen secúrus ab Arianórum insídiis. Sed tandem Constánte per Magnéntium occíso, nihil jam véritus Constántius, Cucúsum Arméniæ urbem, Paulum jam plúribus exíliis, & duris labóribus pro fide Cathólica probátum, amandári jubet; ibíque ut fame períret, in obscuríssimo loco inclúsus est, & relíctus. Quem locum sexto die ingréssi Ariáni, cùm spirántem ad-

huc inveníssent, suffocárunt circa inítium anni trecentésimi quinquagésimi primi. Mártyris corpus Ancyrâ Constantinópolim delátum, à Theodósio magno summâ celebritáte excéptum est, & sepúltum in Ecclésia quæ ab æmulo Macedónio ædificáta, Pauli nómine appelláta est.

Vesperæ Feriales, à Capitulo de Festo sequenti.

DIE VIII.
In Festo
SANCTI MEDARDI,
Noviomensis Episcopi.
SIMPLEX.

De Communi S. Pontificis, xxij. *Oratio*, Exaúdi, xxvij.

Lectio iij.

Ex vita S. Medardi, & aliis.

Medárdus, apud Salentíacum in pago Viromanduénsi natus, à paréntibus piè institútus est, & à Viromanduénsi Epíscopo in Clericórum númerum ascríptus. Crescéntibus cum ætáte méritis & doctrínâ, Présbyter consecrátus, Viromanduórum episcopátum, multórum assíduis précibus victus, regéndum suscépit; ac sedem, eò quòd Augústa Viromanduórum à Vándalis & Hunnis evérsa esset, Noviómi in óppido muníto collocávit. Intérim sanctus Eleuthérius, Tornacénsis Epíscopus móritur. Post cujus exéquias, utriúsque Ecclésiæ curam suscépit, Episcopális sedis honóre utríque serváto, quamvis Tornacénses ab eo témpore usque ad Simónem per annos círciter sexcéntos, non álios quàm Noviosménses Epíscopos habúerint. Flandros, gentem tunc ferócem, convértit ad Christum. Obiit anno círciter quingentésimo quadragésimo quinto: eúmque Clotárius summo cum honóre apud Suessiónas sepelíri jussit.

Vesperæ de Psalterio.

Fit Commemoratio S. Colloquilli, Ant. Egrédere, ℣. Sedébit, *Oratio*, Deus, cujus múnere, xlix.

[*In Ecclesia Metropolitana, Vesperæ de S. Colloquillo, ut in Communi*, l.]

DIE IX.
S. COLLOQUILLI,
Abbatis
Commemoratio.

In Laudibus, Ant. Fugit, ℣. Habitábit, *Oratio*, Deus, cujus múnere, xlix.

[*In Metropolitana fit Festum SEMIDUPLEX de S. Colloquillo.*

Omnia de Communi SS. Abbatum, l.

Lectio ij.

Ex ejus vita apud Cummeneum Album, Adamnan. Bed. Seculo I. *Bened. &c.*

COlloquíllus, qui & Colúmbus, & Columbánus, atque apud Clárium chrónici sancti Petri-vivi scriptórem, Colúmba-celléñsis, ortus est in ínsula Hibérnia, prosápiâ regáli, ut testátur antiquíssimum Breviárium Hibérnicum. Ab adolescéntia mónachus multa in pátria ædificávit monastéria. Deínde in ínsulas Hébrides se cóntulit, ut íncolas eárum ad fidem addúceret; quibus ferè ómnibus ad Christum convérsis, ædificatóque in Jona, quæ est una dictárum insulárum, monastério celebérrimo, nómine Hy, in montes Scótiæ perréxit. Ibi per triginta duos annos totus incúbuit in everténda idololatría, ádeo ut Pictórum Apóstolus dici merúerit. Tandem labóribus conféctus, migrávit ad Dóminum anno quingentésimo nonagésimo séptimo, & sepúltus est in Hyénsi monastério.

Lectio iij.

VEtustíssima tradítio in Ecclésia Senonénsi obtínuit, sancti Colloquílli corpus in monastérium sancti Richárii in Pontivénsi Comitátu, indéque Sénonas translátum fuísse, quo témpore Normánni suis incursiónibus Gálliam infestábant. Nomen autem Colloquílli dedúctum est à voce Hibérnica quâ designátur multitúdo cellárum, quas ad usum monachórum constrúxerat. Nec obstat quòd in vetéribus Ecclésiæ Senonénsis Martyrológiis, regis Angli nómine insigniátur Colloquíllus; nam his tempóribus usitátum fuit ipsos reges & príncipes mónachum profitéri. Corpus ejus in Basílica majóri retro majus altáre in una capsárum recónditum est.]

DIE XI.

In Festo

SANCTI BARNABÆ, Gentium Apostoli.

Duplex-Minus.

Omnia de Communi Apostolorum, j. *exceptis quæ sequuntur.*

Pridie In Vesperis, Hymnus. *Santol. Vict.*

CŒlo datur quiéscere,
Terris relíctis, Bárnaba:
Solémnis hæc affert tuis
Finem dies labóribus.

Quem propter, agro véndito,
Opes cadúcas déseris,
Magno repéndens fénore
En fundus ipse fit tuus.

Tu sacra per jejúnia,
Tu públicas inter preces,
Jubénte sancto-Spíritu,
Christi creáris núntius.

Quas non adis mundi plagas,
Pauli labórum párticeps?

Vos unus ambo spíritus,
Vos una junxit cáritas.
Quam vestra gens Christi fidem
Luci rebéllis réppulit,
Nil hæsitántes bárbaris
Portástis illam géntibus.
Fac, Christe, nostris se tuum
Cùm lumen offert méntibus,
Ambre ne noctis suæ
Cœléste donum réspuant.
Uni sit & trino Deo
Supréma laus; summum decus;
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Beátus qui intélligit super egénum & páuperem; ℟. In die mala liberábit eum Dóminus. *Ps.* 40. 2.

Ad Magníficat, *Ant.* r. *D.* Bárnabas (quod est interpretátum filius consolatiónis,) Levítes, Cyprius génere, cùm habéret agrum, véndidit eum, & áttulit prétium ante pedes Apostolórum. *Act.* 36. 37.

Oratio, Deus, qui beátum Bárnabam, *infrà ad Laudes.*

AD OFFICIUM NOCT.

Lectio j. *de Script. occurr. tribus in unam junctis.*

Lectio ij.

Ex Actis Apost. & Usuardo.

Barnabas, qui & Joseph, Levítes, Cyprius génere, agro vèndito quem possidébat, prétium áttulit ad pedes Apostolórum: ad quos & póstea Paulum addúxit recèns convérsum. Jerosólymis Antiochíam missus ab Ecclésia, quæ accéperat quosdam ibi discípulos Dómini Jesum Græcis annuntiásse, cùm vidísset grátiam Dei, gavísus est, & hortabátur omnes in propósito cordis permanére in Dómino. Proféctus est inde Tarsum ut quæreret Paulum, quem cùm invenísset, perdúxit Antiochíam: & annum totum conversáti sunt ibi in Ecclésia; & docuérunt turbam multam; ita ut cognominaréntur primùm Antiochíæ discípuli, Christiáni. Ortâ fame ab Agabo prædíctâ, colléctas eleemósynas ad fratres in Judæa habitántes, cum Paulo détulit. Quo expléto ministério, revérsi sunt, assúmpto Joánne, cui cognómen erat Marcus. Cùm autem Antiochíæ in Ecclésia cum céteris Prophétis & Doctóribus ministrárent Dómino, & jejunárent, dixit Spíritus-sanctus: Segregáte mihi Saulum & Bárnabam in opus ad quod assúmpsi eos. Tunc jejunántes; & orántes, imponentésque eis manus, dimisérunt illos.

Lectio iij.

Itaque Seleúciam venérunt, inde in Cyprum: ac multas prætérea urbes regionésque peragrárunt;

prædicántes Evangélium, & constituéntes per síngulas Ecclésias Presbyteros. Lystris verò propter claudum à Paulo sanátum cùm haberéntur pro diis, vocaréntque turbæ Bárnabam Jovem, Paulum verò Mercúrium, vix deterruérunt turbas ne sibi immolárent. Revérsi Antiochíam, ortâ ibi seditióne propter Judæos, qui volébant gentes ad Deum convérsas circumcídi, rem ad Apóstolos retulérunt, qui in Concílio Jerosolymitáno super ea re decrétum statuérunt, remiserúntque eos ad Ecclésiam Antiochíæ, adjúnctis Judâ & Silâ, scribéntes per manus eórum. Postrémò Bárnabas digréssus à Paulo, unà cum Marco navigávit in Cyprum. Multis demum perfúnctus pro Christo labóribus, glorióso fine quiévit. Refert Alexánder Cyprius corpus ejus in ínsula Cypro, Zenóne imperánte, repértum esse, ad cujus pectus erat Evangélium Matthæi, ipsíus Bárnabæ manu conscríptum.

AD LAUDES.

CAPITULUM. *Act.* 11. 23. 24.

HOrtabátur Bárnabas omnes in propósito cordis permanére in Dómino; quia erat vir bonus, & plenus Spíritu-sancto, & fide.

Ad Benedíctus, *Ant.* 3. E. Erant in Ecclésia, quæ erat Antiochíæ, Prophétæ & Doctóres, in quibus Bárnabas: ministrántibus autem illis Dómino, & jejunántibus, dixit illis Spíritus-sanctus: Segregáte mihi Saulum & Bárnabam, in opus ad quod assúmpsi eos. *Act.* 13. 1. 2.

ORATIO. Orémus.

DEus, qui beátum Bárnabam plenum fide & Spíritu-sancto, ad opus vocatiónis & conversiónis géntium assúmere dignátus es; concéde ut mémores óperis & caritátis ejus, dignè Evangélio Christi, quod prædicávit, conversári mereámur; Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúsdem.

AD VESPERAS.

CAPITULUM. *Act.* 13. 45. 46.

JUdæi contradicébant his, quæ à Paulo dicebántur, blasphemántes. Tunc constánter Paulus & Bárnabas dixérunt: Vobis oportébat primùm loqui verbum Dei: sed quóniam repéllitis illud, & indígnos vos judicátis ætérnæ vitæ; Ecce convértimur ad gentes.

Hymnus, Cœlo datur quiéscere, *suprà in I. Vesperis.*

℣. Nimis honorificáti

sunt amíci tui, Deus, ℟. Nimis confortátus est principátus eórum. *Ps* 138. 17.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *F.* Audiéntes gentes Paulum & Bárnabam, gavísæ sunt; & glorificábant verbum Dómini: & credidérunt quotquot erant præordináti ad vitam ætérnam. *Act.* 13. 48.

D i e XIII.

In Festo

SANCTI AGRICII,

Senonensis Episcopi.

Semiduplex.

De Communi S. Pontificis, xxij. *Oratio*, Omnípotens, xxvij.

Lectio ij.

Ex Sidonio Apollinari, & aliis.

AGrícius, vir magnæ sanctitátis, sub sancto Ambrósio Archiepíscopo in Ecclésia Senonénsi inter Cléricos ascríptus, militávit. Tantùm verò sub sancti Præsulis sui disciplína profécit, ut mores ejus & virtútes in se velut transfúsas imbibísse planè viderétur. Unde post ejus decéssum totíus pópuli voce postulátus, ab Epíscopis verò provinciálibus, & univérso Senonénsis Ecclésiæ Clero eléctus, sanctíssimi viri digníssimus succéssor est consecrátus.

Lectio iij.

CUm autem Ecclésia Bituricénsis Pontífice viduáta, in successóris electióne divísa esset, sanctus Sidónius Apollináris, Claromontánus Arvernórum Epíscopus, suffraganeórum relíctus unus (quòd álii belli sorte in príncipis altérius deveníssent potestátem) sanctum Agrícium ex aliéna província, tanquam digníssimum qui tot malis mederétur, advocándum sibi cénsuit. Transáctis dénique multis annis in solicitúdine Ecclésiæ suæ, & in regímine pópuli sui, boni pastóris præmium acceptúrus, obdormívit in Dómino. Sepúltus autem quiévit in Ecclésia quæ sancti Leónis póstea dicta est. Cujus corpus venerábilis Ansegísus Archiepíscopus, in monastérium sancti Petri-vivi transférri, & in eo honorífice collocári curávit.

Vespera de Festo sequenti, cum Commemoratione S. Agricii, Ant. Beatificávit, ℣. Dedit, xxix. *Oratio*, Omnípotens, xxvij.

D i e XIV.

In Festo

SANCTI BASILII

Magni, Cæsariensis Episcopi, & Ecclesiæ Doctoris.

Duplex-Minus.

De Communi SS. Doctorum, xxxv. *Oratio*, Omnípotens ætérne, Deus, xl.

Lectio ij

Ex S. Basilii vita ac scriptis, & aliis Autoribus.

BAsílius, Cæsaréæ in Cappadócia natus, propter doctrínæ & morum excellentiam cognoménto Magnus, cùm Cæsaréæ & Bysántii litteris óperam dedisset, venit Athénas; ubi cum Gregório Theólogo sanctæ amicítiæ fœdus íniit. Revérsus in pátriam, cùm sanctæ Macrínæ vírginis sorȯris suæ consílio renuntiáre mundo statuísset, in Ægyptum, Palæstínam, Cœlesyriam, & Mesopotámiam iter fecit, Solitários invisúrus. Deínde in erémum Ponti secéssit: ubi cóndito monastério, & collocátis juxta Anachorétas Cœnobítis, monásticas régulas constítuit sanctíssimas totíque Ecclésiæ probátas. Tum ab Eusébio Cæsaréæ in Cappadócia Epíscopo Présbyter, licèt invítus, consecrátur. Ob cujus póstea malévolum in se ánimum, íterum in Ponti solitúdinem se recépit: unde Cæsaréam revocátus est aliquántò pòst, ut Eusébium in persecutióne Valéntis Imperatóris Ariáni laborántem, in Ecclésiæ administratióne adjuváret. In summa annónæ caritáte, paúperes Cæsaréæ in unum coáctos sustentávit; suis étiam mánibus cibos minístrans, quos verbi divíni pábulo condiébat. Eusébio inter manus ejus defúncto, anniténte Gregório, Gregórii Nazianzéni patre, subrogátus est, & quartâ décimâ die Júnii ordinátus.

Lectio iij.

VAlénte íterum in Cathólicos sæviénte, Modéstum ejus præféctum extrema sibi minitántem, tantâ libertáte représsit, ut pertérritus ille díxerit: Nemo me ad hunc usque diem ita allocútus est. Cui Basílius: Neque enim forsan in Epíscopum incidísti. Admirátus tantam ánimi fortitúdinem Modéstus, Valéntem adit; Imperátor, inquit, ab hujus Ecclésiæ Antístite victi sumus: & spe & metu fórtior est. Hunc verò Modéstum gravi morbo laborántem, & ut sibi ignósceret deprecántem, sanitáti restítuit, oblítus accéptæ injúriæ, sed parcéntis Christi memor. Permótus autem Ecclésiæ Orientális ab Ariánis vexátæ, & Antiochéno dissídio scissæ calamitátibus, egit apud sanctum Athanásium, & álios Oriéntis Epíscopos, ut auxílium ipsi ab Occidentálibus Epíscopis postulárent. Cœnóbia virgínibus Deo sacris eréxit; & paupéribus excipiéndis alendísque amplíssimam extra civitátem domum constrúxit. Nihil propter labóres contínuos de vitæ asperitáte remísit.

Stratus erat humi léctulus: assíduæ vigíliæ, panis cum sale pro cibo, & aqua pro potu. Ex qua vivéndi ratióne graves morbos contráxit; quibus conféctus óbiit primâ die Januárii has inter voces: In manus tuas comméndo spíritum meum. Illi pauló post óbitum, consecrátum festum diem refert ejus frater sanctus Gregórius Nyssénus.

Die XVI.
In Festo
SS. CIRYCI et JULITTÆ matris ejus, Martyrum.
Semiduplex.
De Communi plurium Martyrum, xiv.
Oratio, Mártyrum tuórum, xviij.
Lectio iij.
Ex Actis apud Ruinart. & aliis.

CIrycus & Julítta mater ejus, ex Lycaóniæ civitáte Icónio, génere nóbili nati, Tarsi in Cilícia sub Diocletiáno Imperatóre martyrium consummavérunt. Círycus triénnis infántulus, cùm Julíttæ matris cruciátus, quæ coram Alexándro Præside, Christum libérrimè proféssa, crudis nervis immániter lacerabátur, implacábili ejulátu defléret, pedibúsque & mánibus Præsidi, qui eum génibus suis imposúerat, pro víribus obnítens, Christiánum se esse proclamáret, ab eo ex alto tribunáli in subjéctos gradus lapídeos projéctus, & contrítus intériit. * Julítta verò in ligno suspénsa, férreis péctinibus dilaniáta, pice bulliénti perfúsa, martyrii sui cursum cápitis obtruncatióne complévit, anno círciter trecentésimo quinto. Celebérrima est sanctórum Mártyrum per totam Gálliam memória; ex quo sanctus Amátor Autissiodorénsis, ex Orientáli peregrinatióne redux, eórum córpora in Gálliam fertur transtulísse.

[*In Metrop.* Duplex-Minus.] *Omnia de Communi plurium Martyrum*, xiv. *exceptis quæ sequuntur.*
Lectio j. *de Scriptura occurrente, tribus in unam coactis.*
Lectio ij.
Círycus & Julítta, *usque ad asteriscum.* *
Lectio iij.
Julítta verò.

Die XVIII.
In Festo
SANCTI YVONIS, Presbyteri.
Semiduplex.
De Communi SS. Presbyterorum, xlij.
Lectio ij.
Ex probationibus ad ejus Canoniz. factis 27. annis ab ejus morte.

YVo in Diœcési Trecorénsi natus, júdicis Ecclesiástici munus multis

annis íntegrè & laudabíliter implévit. Deínde curam animárum hábuit in prima Paróchia per annos octo, in secúnda per decem. Ubíque visus est páuperum, viduárum, orphanórum, omniúmque qui fúerint ope destitúti, modò pater amantíssimus, modò acérrimus defénsor. Quin & omnes facultátes suas páuperum esse exístimans, pastorálem domum egenórum fécerat commúne hospítium.

Lectio iij.

INterim ipse sibi durus, vino abstinens, cibi parcíssimus, austéro indútus cilício, oratióni assíduus, conciónes quas bis, terque in die habébat, multis præparábat effúsis in conspéctu Dómini précibus & lácrymis. Unde audítus est tantâ virtúte evangelízans Yvo, ut per illum ipse Dei Spíritus loqui viderétur. Tandem multis in sua & Parochianórum salúte curánda labóribus perfúnctus, post se & ómnia sua ad commíssum sibi ministérium impénsa, móritur, anno millésimo trecentésimo tértio; dignus, qui Párochis in dies multos sanctitátis & pastorális curæ memorétur exémplum mirábile.

Oratio. Orémus.

DEus, qui unánimes nos in domo tua præcipis habitáre; à nobis, intercedénte beáto Yvóne, dissensiónum causas placátus depélle; ut spíritu pacis adjúti, possímus esse, te largiénte, concórdes; Per Dóminum.

Vespera à Capitulo de Festo sequenti.

DIE XIX.

In Festo

SANCTORUM GERVASII ET PROTASII,

Martyrum.

Semiduplex.

De Communi plurium Mart. xiv. *Orat.* Deus, cujus grátiâ, xviij.

Fit Commemoratio S. Deodati, Nivernensis Episcopi, Ant. Respéxit, ℣. Quæsívit, xxiij. *Oratio*, Quæsumus, xxvij.

Deinde S. Romualdi Abbatis, Ant. Egrédere, ℣. Sedébit, *Oratio*, Deus, cujus múnere, xlix.

Ex Epístola sancti Ambrósii Epíscopi ad Dóminam sorórem.

Lectio ij.

Epist. 22. §. 7. 10.

PRíncipes pópuli quos álios nisi sanctos Mártyres æstimáre debémus, quorum jam in númerum diu antè ignoráti Protásius Gervasiúsque præferúntur, qui stérilem Martyribus Ecclésiam Mediolanénsem, jam plurimórum matrem filiórum lætári passiónis própriæ fécerint & títulis & exémplis? Grátias

tibi, Dómine Jesu, quòd hoc témpore tales nobis sanctórum Mártyrum spíritus excitásti, quo Ecclésia tua præsídia majóra desíderat. Cognóscant omnes quales ego propugnatóres requíram, qui propugnáre possint, impugnáre non sóleant. Hos ego acquisívi tibi, plebs sancta, qui prosint ómnibus, némini nóceant. Tales ego ámbio defensóres, tales mílites hábeo; hoc est, non sǽculi mílites, sed mílites Christi.

Lectio iij. §. 11. 12. 13.

SAnctórum Mártyrum cognitiónem quam illi amisérunt, nos adépti sumus. Eruúntur nóbiles relíquiæ è sepúlcro ignóbili, ostendúntur cœlo trophæa. Sánguine túmulus madet, appárent cruóris triumphális notæ, inviolátæ relíquiæ loco suo & órdine repértæ, avúlsum húmeris caput. Nunc senes répetunt audísse aliquándo horum Mártyrum nómina, titulúmque legísse. Perdíderat cívitas suos Mártyres, quæ rápuit aliénos. Etsi hoc Dei munus est; tamen grátiam quam tempóribus sacerdótii mei Dóminus Jesus tríbuit, negáre non possum: & quia ipse Martyr esse non méreor, hos vobis Mártyres acquisívi. Succédant víctimæ triumpháles in locum, ubi Christus hóstia est. Sed ille super altáre, qui pro ómnibus passus est: isti sub altári, qui illíus redémpti sunt passióne. [Horum sanctórum Mártyrum Senonénsis Ecclésia non solùm memóriam colit, sed étiam pretiósa venerátur ossa; quorum máxima pars in capsa argéntea retro majus altáre collocáta requiéscit.]

Fit Commemoratio S. Deodati Episcopi, Ant. In bonitáte, ℣. Státuit, *Orat.* Quæsumus, xxvij.

Deinde S. Romualdi Abbatis, Ant. Fugit ipse, ℣. Habitábit, *Orat.* Deus, cujus múnere, xlix.

DIE XXI.

In Festo

SANCTI EUSEBII,

Samosatensis Episcopi & Martyris.

SEMIDUPLEX.

De Communi unius Martyris, viij. *Oratio*, Deus, cujus grátia, xij.

Lectio ij.

Ex Athan. Greg. Nazianz. & ejus vita apud Bolland.

EUsébius ferventíssimus orthodóxæ fidei æmulátor, & secúndùm Gregórium Nazianzénum colúmna & firmaméntum Ecclésiæ, Dei donum, pátriæ adminículum, fidei régula, veritátis legátus, persecutiónibus major, Samosátis in Euphraténsi Syria natus, ejúsdem civitátis Epíscopus, Constántio im-

peránte, difficíllimis Ecclésiæ tempóribus summam prudéntiæ & zeli famam adéptus est. Commíssum illi fúerat decrétum quo Melétius fuit in Antiochénum Epíscopum eléctus; quod decrétum cùm repéteret Constántius qui Cathólicam in Melétio fidem óderat, & ni rédderet, déxteram manum amputándam minitarétur; negans Eusébius, ambas porréxit, quod mirári & laudáre non pótuit nec ipse Constántius.

Lectio iij.

PErfécit cum Gregório Nazianzéno ut Ecclésiæ Cæsariénsi Epíscopus donarétur Basílius, qui nullum hábuit quocùm cértiùs de rebus Ecclesiásticis ágeret, cujus autoritáti acquiésceret libéntiùs. Furébat tunc, in Præsules præcípuè, Valens Imperátor, ut amóris pastóribus greges dispergeréntur. In vicárias fugatórum vices úndique quodámmodo succedébat Eusébius, qui militári hábitu & galéro tectus, províncias peragrábat; minístros imò & Epíscopos ordinábat ubi erat opus. Exul abíre jussus, pópulo suî amantíssimo se clam subdúxit, ut sine tumúltu in Thráciam proficiscerétur. Post mortem Valéntis, Gratiáni jussu revocátur: sed cùm aliquántò pòst Dolichénse óppidum ingrederétur, Cathólicum Epíscopum à se ordinátum institutúrus, múlier Ariána, conjéctâ de tecto tégulâ, caput ei contrívit. Sicque jam multóties Conféssor, Martyr tandem effectus est. Móriens enixè pétiit ne ulla suæ cædis pœna reposcerétur.

Vespera à Capitulo de Festo sequenti, cum Commemoratione S. Eusebii, Ant. Justum, ℣. Custodívit, xiv. *Orat.* Deus, cujus grátia, xij.

DIE XXII.

In Festo

SANCTI PAULINI,

Nolani Episcopi.

SEMIDUPLEX.

De Communi unius S. Pontificis, xxij. *Oratio,* Deus, qui ómnia, *infrà.*

Lectio ij.

Ex S. Paulini operibus ac vita; Hier. Augustino & Uranio.

PAulínus, consulári & patrício génere natus haud procul à Burdígala, rhetóricis & poéticis ártibus ab Ausónio institútus est. Património perámplo potítus, ac in ipso juventútis flore Consulátum consecútus, Therásiam uxórem duxit. Circa annum vitæ suæ trigésimum octávum à Delphíno, Burdigalénsi Epíscopo, baptizátus, exo-

gátis in páuperes facultáribus, in Hispániam secéssit; Therásiâ à viri propósito non dissentiénte. Barcinóne, facto in eum multitúdinis ímpetu, Presbyterum se ordinári passus est; eâ lege ut Ecclésiæ Barcinonénsi non alligarétur. Inde in Itáliam proféctus est, ut Nolæ ad túmulum sancti Felícis réliquum vitæ Deo servíret. Romæ multórum de Clero invídiâ laborávit. Nolæ dénique mónachi vitam agens, ejúsdem civitátis episcopátum suscípere coáctus est.

Lectio iij.

Vastántibus póstea Nolam Gothis, Paulínus ex opulentíssimo dívite, ut sanctus Augustínus scribit, voluntáte paupérrimus, & copiosíssimè sanctus, cùm ab eis tenerétur, sic in corde suo precabátur: Dómine, non excrúcier propter aurum & argéntum; ubi enim sint ómnia mea tu scis. Tandem cùm láterum dolóre corréptus esset, cubículum in quo jacébat terræ motu contrémuit; ac pauló pòst ánimam Deo réddidit, anno salútis quadringentésimo trigésimo primo. Multa piè & elegánter scripsit. Suæ virtútis præcónes hábuit Martínum, Ambrósium, Augustínum, & quotquot fuérunt suæ ætátis summi viri.

Oratio. Orémus.

Deus, qui ómnia pro te relinquéntibus, &c. in hoc sǽculo céntuplum & in futúro vitam ætérnam promisísti; concéde propítius, ut sancti Pontíficis Paulíni vestígiis inhæréntes, peritúra contémnere, & ad sola mansúra semper aspiráre valeámus; Per Dóminum.

Die XXIII.

In Vigilia Nativitatis S. Joannis-Baptistæ.

Officium de Feria occurrente, exceptis quæ sequuntur.

AD OFFICIUM NOCT.

Lectio prima & secunda de Scriptura occurrente; fiuntque ex tribus duæ.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio iij. *c. 1. 5. ad 25.*

Fuit in diébus Heródis regis Judææ sacérdos quidam nómine Zacharías, de vice Abía; & uxor illíus de filiábus Aáron, & nomen ejus Elísabeth. Erant autem justi ambo ante Deum. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Epíscopi.

Expos. Evang. sec. Luc. lib. 1. §. 15. 16.

Docet nos Scriptúra divína non solùm mores in iis qui prædicábiles sunt, sed étiam paréntes oportére laudári; ut véluti transf-

missa immaculátæ puritátis heréditas in iis quos vólumus laudáre, præcéllat. Quæ enim ália inténtio hoc loco sancti Evangelístæ, nisi ut sanctus Joánnes-Baptísta nobilitétur paréntibus, miráculis, móribus, múnere, passióne? Sic étiam sancti Sámuël mater Anna laudátur: sic Isaac à paréntibus nobilitátem pietátis accépit, quam pósteris derelíquit. Sacérdos itaque Zacharías, nec solùm sacérdos, sed étiam de vice Abía, id est, nóbilis inter superióres famílias. [Et uxor (inquit) ejus de filiábus Aáron.] Non solùm ígitur à paréntibus, sed étiã à majóribus sancti Joánnis nobílitas propagátur; non seculári potestáte sublímis, sed religiónis succéssióne venerábilis. Tales enim majóres habére débuit præ-núntius Christi; ut non repéntè concéptam, sed à majóribus accéptam, & ipso infúsam jure natúræ prædicáre fidem Domínici viderétur advéntûs.

Ad Laudes, *dicuntur Preces flexis genibus, ut in Psalterio.*

Oratio. Orémus.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut família tua per viam salútis incédat; & beáti Joánnis-Baptístæ Præcursóris hortaménta sectándo, ad eum quem prædíxit, secúra pervéniat Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuũ, qui tecum.

Ad Horas, *dicuntur Preces flexis genibus, ut in Psalterio.*

DIE XXIV.
IN NATIVITATE
S. JOANNIS-BAPTISTÆ.
SEMIANNUALE.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria, & sic in toto Officio.

Ant. 1. f. Cum sacerdótio fungerétur Zacharías, appáruit illi Angelus Dómini, stans à dextris altáris incénsi. *Luc.* 1. 8. 11.

Ant. 3. F. Ait: Ne tímeas, Zacharía; exaudíta est deprecátio tua: & uxor tua Elísabeth páriet tibi fílium. *Luc.* 1. 13.

Ant. 1. D. Vocábis nomen ejus Joánnem: & erit gaúdium tibi, & exultátio, & multi in nativitáte ejus

gaudébunt. *Luc.* 1. 13. 14.

Ant. 5. a. Vinum & sícera non bibet; & Spíritu-sancto replébitur adhuc ex útero matris suæ. *Luc.* 1. 15.

Ant. 7. a. Multos filiórum Israël convértet ad Dóminum Deum ipsórum; & præcédet paráre Dómino plebem perféctam. *Luc.* 1. 16. 17.

Capitulum. *Malach.* 3. 1.

Ecce ego mitto Angelum meum, & præparábit viam ante fáciem meam; & statim véniet ad templum sanctum suum Dominátor, quem vos quæritis, & Angelus testaménti, quem vos vultis.

℟. Erit magnus coram Dómino, & * Ipse † Præcédet ante illum in spíritu & virtúte Elíæ; ut convértat corda patrum in fílios, & incrédulos ad prudéntiam justórum. *Luc.* 1. 15. 17. ℣. Ecce ego mittam vobis Elíam Prophétam, ántequam véniat dies Dómini; & convértet cor patrum ad fílios. *Malach.* 4. 5. 6. * Ipse præcédet. Glória Patri. † Præcédet.

Hymnus, Ut queant laxis, *ut in II. Vesperis.*

℣. Erit puer Nazaræus Dei ab infántia sua, ℟. Ex útero matris suæ usque ad diem mortis suæ. *Judic.* 13. 7.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D. * Angelus dixit Zacharíæ: Ecce eris tacens, pro eo quòd non credidísti verbis meis, quæ implebúntur in témpore suo. *Luc.* 1. 20.

Oratio, Deus, qui præséntem diem, *infrà in Laudibus.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Dóminum mitténtem Angelum suum ante fáciem suam, * Veníte, adorémus. *Malach.* 3. 1.

Ps. 94. Veníte. 2.

Hymnus. *Paul. Diac.*

Antra desérti téneris
sub annis,
Cívium turmas fúgiens, petísti,
Ne levi saltem maculáre vitam
Fámine posses.

Præbuit hirtum tégumen camélus
Artubus sacris, stróphium bidéntes;
Dant latex haustum, sociáta pastum
Mella locústis.

Ceteri tantùm cecinére vatum
Corde præságo jubar affutúrum;
Tu Deum mundi scelus auferéntem
Indice prodis.

Non fuit vasti spátium per orbis
Sánctior quisquam génitus Joánne;
Qui nefas secli méruit lavántem
Tíngere lymphis.

Laudibus cives célebrant supérni,

Te Deus, simplex, paritérque trine;
Súpplices & nos véniam precámur;
Parce redémptis.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Zacharías & uxor illíus Elísabeth erant justi ante Deum, incedéntes in ómnibus mandátis Dómini. *Luc.* 1. 6.

Ant. 2. D. Non erat illis filius, eò quòd esset Elísabeth stérilis, & ambo processíssent in diébus suis. *Luc.* 1. 7.

Ant. 3. g. Ecce ipsa concépit filium in senectúte sua; quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum. *Luc.* 1. 36. 37.

℣. Multiplicabúntur in senécta úberi: ℟. Et benè patiéntes erunt. *Ps.* 91. 15.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Post 1. *Lect.* ℟. Concépit Elísabeth uxor Zacharíæ, & occultábat se ménsibus quinque, dicens: quia * Dóminus respéxit auférre oppróbrium meum inter hómines. *Luc.* 1. 24. 25. ℣. Exaltábitur senéctus mea in misericórdia úberi. *Ps.* 91. 11. * Dóminus.

Post 2. *Lect.* ℟. Intrávit María in domum Zacharíæ, & salutávit Elísabeth; & ut audívit salutatiónem Maríæ Elísabeth, * Exultávit infans in útero ejus. *Luc.* 1. 40. 41. ℣. Factum est verbum Dómini: Antequam exíres de vulva, sanctificávi te, & Prophétam dedi te. *Jer.* 1. 5. * Exultávit.

Post 3. *Lect.* ℟. Repléta est Spíritu-sancto Elísabeth; & exclamávit voce magnâ: Unde hoc mihi ut véniat mater Dómini mei ad me? * Ecce † Exultávit in gáudio infans in útero meo. *Luc.* 1. 41. 42. 43. 44. ℣. Experiménto dídici, quia benedíxerit mihi Deus propter te. *Gen.* 30. 27. * Ecce. Glória. † Exultávit.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Elísabeth implétum est tempus pariéndi, & péperit filium. *Luc.* 1. 57.

Ant. 8. G. Audiérunt vicíni & cognáti ejus, quia magnificávit Dóminus misericórdiam suam cum illa, & congratulabántur ei. *Luc.* 1. 58.

Ant. 5. a. Venérunt circumcídere púerum: & mater ejus dixit: Vocábitur Joánnes. *Luc.* 1. 59. 60.

℣. Hæc dicit Dóminus: Vocávi te nómine tuo; ℟. Meus es tu. *Isai.* 43. 1.

De Sermóne sancti Bernárdi Abbátis.

In Nativ. S. Joann. Bapt. §. 3.

Lectio iv.

Audite, fratres, quid Dóminus de Joánne loquátur, cujus solémnis hódie natívitas celebrátur. [Ille (inquit) erat lucérna

ardens, & lucens.] Magnum testimónium, fratres mei: magnus enim est cui perhibétur, sed major est ipse qui pérhibet. [Ille (inquit) erat lucérna ardens, & lucens.] Est enim tantùm lucére vanum, tantùm ardére parum: ardére & lucére perféctum.

℟. Innuébant patri ejus, quem vellet vocári eum, & póstulans pugillárem scripsit, dicens: * Joánnes est nomen ejus. *Luc.* 1. 62. 63. ℣. Vocábitur nomen quod os Dómini nominábit. *Isai.* 62. 2. * Joánnes.

Lectio v. §. 4.

JOánnes in spíritu tanquam Angelus erudítur. Nimírum tantò propínquior Deo, quantò vox Verbo vicína, cui nullâ voce áliâ médiâ quòd foris sonet opórteat intimári. Neque enim Joánnem prædicátio, sed inspirátio dócuit, quem replévit Spíritus in útero matris suæ. Verè ardens, & veheménter accénsus, quem sic præoccupávit flamma cœléstis, ut jam Christi sentíret advéntum, qui necdum sentíre póterat vel seípsum. Nimírum novus ille ignis, qui recèns elápsus è cœlo, per os Gabriélis in aurem intráverat Vírginis, rursum per os Vírginis & matris aurem introívit ad párvulum: ut ab ea hora vas electiónis suæ Spíritus-sanctus implérct, & lucérnam Christo Dómino paráret.

℟. Apértum est íllico os Zacharíæ, & replétus est Spíritu-sancto: & prophetávit, dicens: Benedíctus Dóminus Deus Israël; quia visitávit, * Et fecit redemptiónem plebis suæ. *Luc.* 1. 64. 67. 68. ℣. Recordátus est misericórdiæ suæ, & veritátis suæ dómui Israël. *Ps.* 97. 3. * Et fecit.

Lectio vj.

FUit ergo jam tunc ardens lucérna, sed ínterim adhuc sub módio, donec super candelábrum poneRétur, & lucéret ómnibus qui erant in domo Dómini. Illo enim in témpore solum adhuc pótuit illumináre módium suum; soli ínterim lucére matri, magnum ei pietátis sacraméntum revélans ipso motu novæ exultatiónis. [Unde mihi hoc (inquit) ut véniat mater Dómini mei ad me?] Quis enim tibi indicávit matrem Dómini, múlier sancta? Unde me nosti? [Ut facta est (inquit) vox salutatiónis tuæ in áuribus meis, exultávit in gáudio infans in útero meo.]

℟. Puer crescébat, & confortabátur spíritu; * Et † Erat in desértis usque in diem osteusiónis suæ ad Israël. *Luc.* 1. 80. ℣. Bonum est viro, cùm portáverit jugum ab adolescéntia sua: sedébit solitárius, & tacébit.

bit. *Thren.* 3. 27. 28. * Et erat. Glória. † Erat.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Factum est verbum Dómini super Joánnem in desérto, & venit in omnem regiónem Jordánis, prædicans baptísmum pœniténtiæ. *Luc.* 3. 2. 3.

Ant. 7. a. Ipse Joánnes habébat vestiméntum de pilis camelórum, & zonam pellíceam circa lumbos suos: esca autem ejus erat locústæ, & mel silvéstre. *Matt.* 3. 4.

Ant. 5. a. Vox clamántis in desérto: Paráte viam Dómini: exálta in fortitúdine vocem tuam, qui evangelizas Jerúsalem. *Isai.* 40. 3. 9.

℣. Dic civitátibus Juda: Ecce Deus vester: ℟. Ecce Dóminus Deus in fortitúdine véniet. *Isai.* 40. 9. 10.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 1. 57. *ad* 68.

ELísabeth implétum est tempus pariéndi, & péperit filium. Et audiérunt vicíni & cognáti ejus, quia magnificávit Dñus misericórdiã suam cum illa; & congratulabántur ei. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Serm. 293. *in Nativ. S. Joan. Bapt.* 7. §. 1. *Aliàs Serm.* 5. *ex Vigneriânis.*

SAncti Joánnis, cujus nativitátem, cùm Evangélium legerétur, mirántes audívimus, solemnitátem hódie celebrámus. Quanta est glória júdicis, si tanta est præcónis? Qualis est ventúrus via, si talis est qui præparat viam? Nativitátem Joánnis quodam modo consecrátam obsérvat Ecclésia: nec invenítur ullus in Pátribus, cujus nativitátem solémniter celebrémus: celebrámus Joánnis, celebrámus & Christi: hoc vacáre non potest, & si fortè à nobis pro tantæ rei dignitáte minùs explicátur, fructuósiùs tamen & áltiùs cogitátur. Náscitur Joánnes de anícula stérili, náscitur Christus de juvéncula vírgine. Joánnem parit sterílitas, Christum intégritas.

℟. Fuit Joánnes in desérto baptízans, & prædicans: * Et egrediebátur ad eum omnis Judææ régio, & baptizabántur ab illo in Jordánis flúmine, confiténtes peccáta sua. *Marc.* 1. 45. ℣. Ipse est diréctus divínitus in pœniténtiam gentis. *Eccli.* 49. 3. * Et egrediebátur.

Lectio viij. §. 2.

VIdétur ergo Joánnes interjéctus quidam limes Testamentórum duórum, véteris & novi. Nam eum esse, ut dixi, quodam modo límitem Dóminus ipse testátur, dicens: [Lex & Prophétæ usque ad Joánnem Baptístam.] Sústinet ergo persónam vetustátis, & præcónium novitátis. Propter persónam vetustátis, de sénibus náscitur: prop-

ter persónam novitátis, in viscéribus matris Prophéta declarátur.

℟. Testimónium pérhibet de Verbo, dicens: Qui post me ventúrus est, ante me factus est, quia prior me erat; * Et de plenitúdine ejus nos omnes accépimus. *Joan.* 1. 15. 16. ℣. Prior ómnium creáta est sapiéntia, & intelléctus prudéntiæ ab ævo. *Eccli.* 1. 4. * Et de plenitúdine.

Lectio ix.

NOndum enim natus ad sanctæ Maríæ advéntum, exultávit in útero matris. Jam ibi designátus erat, designátus ántequam natus: cujus præcúrsor esset osténditur, ántequam ab eo viderétur. Divína sunt hæc, & mensúram humánæ fragilitátis excédunt. Postrémò náscitur, áccipit nomen, lingua sólvitur patris.

℟. Qui misit me, ille mihi dixit: * Super quem víderis Spíritum descendéntem, & manéntem super eum, † Hic est, qui baptízat in Spíritu-sancto. *Joan.* 1. 33. ℣. Egrediétur virga de radíce Jesse, & requiéscet super eum Spíritus Dómini. *Isai.* 11. 1. 2. * Super. Glória. † Hic est.

Te Deum.

℣. Sacerd. Dabit Deus voci suæ vocem virtútis. ℟. Date glóriam Deo; super Israël magnificéntia ejus. *Ps.* 67. 34. 35.

AD LAUDES.

Ant. EXistimánte pópulo, ne fortè Joánnes esset Christus, respóndit: Véniet fórtior me, cujus non sum dignus sólvere corrígiam calceamentórum. *Luc.* 3. 15. 16.
8. G.

Ant. 6. F. Conféssus est; Non sum ego Christus; Ego vox clamántis in desérto; Dirígite viam Dómini. *Joan.* 1. 20. 23.

Ant. 1. â. Prædicábat, dicens: Ego baptizávi vos aquâ, Ille verò baptizábit vos Spíritu-sancto. *Marc.* 1. 8.

Ant. 1. a. Vidit Jesum.

CANTICUM.

Isaiæ 40. 3.

Præcursorem Messiæ & ejus Apostolatum prædicit Spiritus spectator futuri.

VOx clamántis in desérto: * Paráte viam Dómini;

Rectas fácite in solitúdine * sémitas Dei nostri.

Omnis vallis exaltábitur, * & omnis mons & collis humiliábitur;

Et érunt prava in dirécta, * & áspera in vias planas;

Et revelábitur glória Dómini: * & vidébit omnis caro páriter quòd os Dómini locútum est.

Super montem excélsum ascénde tu, * qui evangelízas Sion.

Exálta in fortitúdine vo-

cem tuam, qui evangelízas Jerúsalem: * exálta, noli timére.

Dic civitátibus Juda, * Ecce Deus vester.

Et dicitur per Octavam, cùm sit de Octava.

Ant. Vidit Jesum, & ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccátum mundi: Hic est, de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est. *Joan.* 1. 29. 30.

Ant. 4. f. Omnes Prophétæ & lex usque ad Joánnem prophetavérunt: Ipse est Elías qui ventúrus est. *Matt.* 11. 13. 14.

CAPITULUM. *Act.* 19. 4.

JOánnes baptizávit baptísmo pœniténtiæ pópulum, dicens: In eum, qui ventúrus esset post ipsum, ut créderent, hoc est, in Jesum.

HYMNUS. *Paul. Diac.*

O Nimis felix, meritíque celsi,
Néſciens labem nívei pudóris,
Præpotens Martyr, nemorúmque cultor,
Máxime vatum.

FULGEANT partis álii corónis;
Mártyres inter simul & Prophétas
Emines, major velut inter ignes
Stella minóres.

NUNC tuis nostri méritis, precámur,
Péctoris duros lápides repélle,
Asperum planans iter, & refléxos
Dírige calles:

UT pius mundi sator & redémptor,
Méntibus culpæ sine labe puris
Ritè dignétur véniens sacrátos
Pónere gressus.

LAUDIBUS cives célebrant supérni,
Te Deus, simplex, paritérque trine;
Súpplices & nos véniam precámur;
Parce redémptis.
Amen.

℣. Docébo iníquos vias tuas; ℟. Et ímpii ad te converténtur. *Ps.* 50. 15.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D. * A diébus Joánnis-Baptístæ regnum cœlórum vim pátitur, & violénti rápiunt illud. *Matt.* 11. 12.

ORATIO. Orémus.

DEus, qui præséntem diem honorábilem nobis in beáti Joánnis-Baptístæ Nativitáte fecísti; da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum, & ómnium fidélium mentes dírige in viam salútis ætérnæ; Per Dóminum.

Fit Commemoratio SS. Agoardi, Agliberti, & Sociorum, Martyrum, Ant. Beáti, ℣. Multæ, xviij.

ORATIO. Orémus.

PRæsta, quǽsumus, Dómine, ut sicut pópulus Christiánus Mártyrum tuó-

rum Agoárdi, Aglibérti, & Sociórum temporáli solemnitáte congaúdet, ita perfruátur ætérnâ; & quod votis célebrat, comprehéndat efféctu; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. Existimánte pópulo.

AD TERTIAM.

Ant. Conféssus est.

CAPITULUM. *Isai.* 49. 1, 2.

ATténdite pópuli de longè: Dóminus ab útero vocávit me, de ventre matris meæ recordátus est nóminis mei, & pósuit os meum quasi gládium acútum: in umbra manûs suæ protéxit me.

℟. *br.* In veritáte * Misit me Dóminus ad vos; * Allelúia, allelúia. ℟. In veritáte. ℣. Ut lóquerer in aúribus vestris; * Allelúia. Glória. ℟. In veritáte. *Jer.* 26. 15.

℣. Dóminus misit me ut prophetárem ad domum istam, ℟. Et ad civitátem hanc. *Jer.* 26. 12.

AD SEXTAM.

Ant. Prædicábat dicens.

CAPITULUM. *Act.* 13. 23.

DEus ex sémine David secúndùm promissiónem edúxit Israël salvatórem Jesum, prædicánte Joánne ante fáciem advéntûs ejus baptísmum pœniténtiæ omni pópulo Israël.

℟. *br.* Justítiam tuam, Deus, * Non abscóndi in corde meo; * Allelúia, allelúia. ℟. Justítiam tuam. ℣. Veritátem tuam, & salutáre tuum dixi. * Allelúia. Glória. ℟. Justítiam tuam.

℣. Non abscóndi misericórdiam tuam, Dómine; ℟. Et veritátem tuam à concílio multo. *Ps.* 39. 11.

AD NONAM.

Ant. Omnes.

CAPITULUM. *Isai.* 51. 16.

POsui verba mea in ore tuo, & in umbra manûs meæ protéxi te, ut plantes cœlos, & fundes terram, & dicas ad Sion: Pópulus meus es tu.

℟. *br.* In fide sua * Probátus est Prophéta; * Allelúia, allelúia. ℟. In fide sua. ℣. Et cógnitus est in verbis suis fidélis. * Allelúia. Glória. ℟. In fide sua. *Eccli.* 46. 17. 18.

℣. Gubernávit ad Dóminum cor gentis, ℟. Et in diébus peccatórum corrorborávit pietátem. *Eccli.* 49. 4.

AD VESPERAS.

Ant. FUit homo missus à 3. *a.* Deo, cui nomen erat Joánnes. *Joan.* 1. 6.

Ant. 5. *F.* Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine. *Joan.* 1. 7.

Ant. 3, 2. Non erat ille

lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. *Joan.* 1. 8.

Ant. 8. G. Testimónium perhíbuit veritáti: ille erat lucérna ardens, & lucens. *Joan.* 5. 33. 35.

Ant. 6. F. A ventre matris consecrátus est Prophéta, evértere, & erúere, & pérdere, & íterum ædificáre, & renováre. *Eccli.* 49. 9.

Capitulum. *Act.* 13. 25.

Cum impléret Joánnes cursum suum, dicébat: Quem me arbitrámini esse, non sum ego; sed ecce venit post me, cujus non sum dignus calceaménta pedum sólvere.

℟. Quid exístis in desértum vidére? Prophétam? étiam dico vobis, & plusquam Prophétam: * Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante fáciem tuam, qui præparábit viã tuã ante te. *Matt.* 11. 7. 9. 10. ℣. Locútus est Dóminus: Mittam præcursórem tuî Angelum. *Exod.* 33. 1. 2. * Hic est. Glória. * Hic est.

Hymnus.

Ut queant laxis resonáre fibris
Mira gestórum fámuli tuórum;
Solve pollúti lábii reátum,
Sancte Joánnes.

Nuntius celso véniens olympo,
Te patri magnum fore nascitúrum,
Nomen & vitæ sériem geréndæ,
Ordine promit.

Ille promíssi dúbius supérni,
Pérdidit promptæ módulos loquélæ;
Sed reformásti génitus perémptæ
Organa vocis.

Ventris obstrúso récubans cubíli
Sénseras Regem thálamo manéntem:
Hinc parens nati méritis utérque
Abdita pandit.

Laudibus cives célebrant supérni,
Te Deus, simplex, paritérque trine;
Súpplices & nos véniam precámur;
Parce redémptis.
Amen.

℣. Dóminus erat cum eo,
℟. Et non cécidit ex ómnibus verbis ejus in terram. 1. *Reg.* 3. 19.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. *d.* Amen dico vobis: Non surréxit inter natos mulíerum major Joánne-Baptístâ. *Matt.* 11. 11.

Diebus
INTRA OCTAVAM
Nativitatis S. Joannis-Baptistæ.

¶ *Fit Officium de omni Festo Semiduplici* & *suprà*,

cum Commemoratione Octavæ in Laudibus & Vesperis; de Festo verò Simplici & de Vigilia fit tantùm Commemoratio, & Officium de Octava: & sic omnibus diebus intrà Octavas Semiannualium.]

Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur.

AD OFFICIUM NOCT.

Psalmi novem de Feria.

Tres Ant. ℣. & ℟℟℟. *de Nocturno diei secundùm Feriam.*

Lectio j. & ij. *de Scriptura occurrente; ex tribus duæ.*

Lectio iij. *infrà in qualibet die.*

Dicitur Te Deum.

℣. *Sacerd.* Dabit Deus, *ut in die.*

AD LAUDES, *Psalmi de Feria, & sic in toto Officio; Ant. sola,* Existimánte pópulo, *prima de Laudibus diei.*

In ℟℟℟. *brevibus non adduntur* Allelúia, allel. *sed resumptio fit ab * asterisco primo.*

AD VESPERAS.

Ant. sola, Fuit homo, *prima de II. Vesperis diei.*

Non dicitur Responsorium.

DOMINICA *intrà Octavam, aut in ipsa Octava, occurrente; totum Officium de Dominica ut in Psalterio, incipiendo à I. Vesperis quæ erunt integræ de Sabbato ante Dominicam occurrentem, cum Commemoratione Octavæ S. Joannis in utrisque Vesperis & Laudibus.*

DIE XXV.

De Octava

S. JOANNIS-BAPTISTÆ.

De Sermóne sancti Augustíni Epíscopi.

Serm. 292. *de Natali S. Joan. Bapt.* 6. §. 1. *Aliàs Serm.* 23. *de Sanctis.*

Lectio iij.

NAtivitátis Joánnis dies hodiérnus tráditur, hódie celebrátur. Hoc majórum traditióne suscépimus, hoc ad pósteros imitándâ devotióne transmíttimus.... Quâ re pósitâ, occúrrit quæstió non prætereúnda, quare Natálem, quo est ortus ex útero Joánnes, pótiùs celebrémus, quàm cujúslibet Apóstoli, vel Mártyris, vel Prophétæ, vel Patriárchæ? Si interrogémur, quid respondébimus? Quantùm mihi vidétur, quantùm meárum vírium mediocritáti occúrrit, hæc causa est: Discípuli Dómini nati, & per ætátis accéssum ad annos capacióres perdúcti, in discipulátû assúmpti sunt; illórum póstea fides Dómino adhæsit, sed nullíus illórum natívitas Dómino militávit. Recordémur & Prophétas, recolámus Patriárchas: nati sunt hómines, ætátis accéssu replèti Spi-

ritu-sancto prophetavérunt Christum : nati sunt, ut póstea prophetárent. Joánnis autem ipsa natívitas Dóminum Christum prophetávit, quem concéptum ex útero salutávit.

IN VESPERIS, *fit Commemoratio SS. Joannis & Pauli, Martyrum, Ant.* Communicántes, ℣. Viríliter, xv. *Oratio*, Quæsumus, *infrà.*

DIE XXVI.

De Octava.

De Sermóne sancti Máximi Epíscopi.

Homil. 3. in die Nativit. S. Joan. Bapt. in fine.

Lectio iij.

Advértite, dilectíssimi, quantam Joánni-Baptístæ reveréntiã, quantùm devotiónis debeámus impéndere, qui ut honorábilis sit, à sancto est Spíritu prophetátus, promíssus ab Angelo, laudátus à Dómino, & perpétuâ sanctæ mortis glóriâ consecrátus. Decébat namque ut mysticam nativitátem ejus mirábilis vita sequerétur, & sanctam perfectámque vitam mors Deo devóta conclúderet. Propter quod, fratres, rectíssimè toto hódie orbe Christi Ecclésia primórdia nativitátis ejus lætíssimâ festivitáte concélebrat, qui ætérna mortálibus adésse gaúdia, stupénti mundo testis fidelíssimus revelávit.

Pro Commemoratione SS. Joannis & Pauli, Ant. Beáti, ℣. Multæ, xviij.

ORATIO. Orémus.

Quæsumus, omnípotens Deus, ut nos gemináta lætítia hodiérnæ festivitátis excípiat, quæ de beatórum Joánnis & Pauli glorificatióne procédit, quos éadem fides & pássio verè fecit esse germános; Per Dóminum.

DIE XXVII.

De Octava.

¶ *Hodie, si sit Sabbatum, anticipatur Vigilia Apostolorum; tuncque j. Lectio erit de Scriptura occurrente, tribus in unam coactis; ij. de Sermone sequenti; iij. de Homilia Vigiliæ, cum Commemoratione ejusdem in Laudibus.*]

De Sermóne sancti Fulgéntii Epíscopi.

Serm. in Natali S. Joan. Bapt. post med.

Lectio iij.

Ecce qualis, & quanti Júdicis die hodiérno claríssimus natus est præco, ante concéptum patri pronuntiátus, per quem fúerat matris in alvo feréndus. Quæ est ista grátia ineffábilis? Quæ sunt istæ incomprehensíbiles divítiæ largitátis? Clausus secrétis genitálibus retinétur, & si-

bi Spíritûs-sancti múnere decorátur. Necdum vivéndi princípia inter hómines auspicátur, & Prophéta Altíssimi designátur.

Vespera de Festo sequenti, cum Commemoratione Octavæ.

DIE XXVIII.

In Festo

SANCTI IRENÆI,

Lugdunensis Episcopi, & Sociorum ejus, Maryrum.

Semiduplex.

De Communi plurium Martyrum, xiv. *Oratio*, Martyrum tuórum, xix.

Lectio ij.

Ex Euseb. lib. 5. cap. 4. 20. & 24. Iren. lib. 4. cap. 18. Tertul. adversùs Valent. Hier. de Script. Eccl.

IRenæus gente Asiáticus, sancti Joánnis discípulos Pápiam & Polycárpum adhuc puer audívit. In Gállias proféctus Lugdúnum venit, ibíque Viennénsis & Lugdunénsis nobilíssimæ Galliárum tunc Ecclésiæ lítteras ad Eleuthérum Románum Pontíficem perferéndas ipsi tradidérunt, eúmque non tam ut Presbyterum Ecclésiæ, (quẽ gradum jam obtinébat,) quàm ut testaménti Christi æmulatórem, commendátũ habére rogavérunt. Pothíno propè nonagenário passo martyrium in sede Lugdunénsi succéssit, & in univérsã Ecclésiam curas exténdens, Hippólytum, Cáïum, Ferréolum plurimósque insígnes Evangélii præcónes suppeditávit. Cùm in controvérsia de die Paschæ Victor Románus Póntifex Ecclésiis Asiáticis anáthema paráret, Irenæus cum céteris quibus præerat frátribus per lítteras commónuit ácriter, ut concórdiæ studéret, quâ Deus pacis méliùs cólitur quàm dissídiis, & Ecclésia poténtiùs servátur. Advérsùs hæréticos verbo & scriptis decertávit; sed dum erróres derídet, erràntium dócuit miseréri. Frequénter & sine intermissióne munus óbtulit ad altáre. Sanctis labóribus perfúnctus, ineúnte tértio sǽculo martyrio coronátus est.

Pro Vigilia SS. Apostolorum Petri & Pauli.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio iij. *c. 16. 13. ad 19.*

IN illo témpore: Venit Jesus in partes Cæsaréæ Philíppi: & interrogábat discípulos suos, dicens: Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? Et réliqua.

Homília sancti Leónis Papæ.

Serm. 2. in Natali SS. Petri & Pauli, circa med.

SUper hanc petram ædificábo Ecclésiam meam, & portæ ínferi non prævalébunt advérsùs eam.] Su-

per hanc, inquit, fortitúdinem ætérnum éxtruam templum, & Ecclésiæ meæ cœlo inferénda sublímitas, in hujus fidei firmitáte consúrget. Hanc confessiónem portæ ínferi non tenébunt, mortis víncula non ligábunt. Vox enim ista, vox vitæ est, & sicut confessóres suos in cœléstia próvehit, ita negatóres ad inférna démergit. Propter quod dícitur beáto Petro Apóstolo: [Tibi dabo claves regni cœlórum: & quæcúmque ligáveris super terram, erunt ligáta & in cœlis: & quæcúmque sólveris super terram, erunt solúta & in cœlis.] Transívit quidem in Apóstolos álios vis istíus potestátis, sed non frustrà uni commendátur quod ómnibus intimátur.

Pro Commemoratione Octavæ S. Joannis, Ant. A diébus, ℣. Docébo, *Oratio*, Deus, qui præséntem diem, 411.

Deinde pro Commemoratione Vigiliæ, Antiphona, & ℣. de Psalterio.

Oratio. Orémus.

DEus, qui nobis beatórum Apostolórum Petri & Pauli natalítia gloriósa præíre concédis; tríbue, quæsumus, eórum nos semper & benefíciis præveníri, & oratiónibus adjuvári; Per Dóminum.

DIE XXIX.

IN FESTO SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

SEMIANNUALE.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria, & sic in toto Officio.

Ant. 1. D. RESpíciens Jesum Joánnes dicit: Ecce Agnus Dei. Et audiérunt eum duo discípuli, & secúti sunt Jesum. *Joan.* 1. 36. 37.

Ant. 8. G. Erat Andréas frater Simónis Petri unus ex duóbus, qui audíerant à Joánne, & secúti fúerant Dóminum. *Joan.* 1. 40.

Ant. 3. a. Invénit hic primùm fratrem suum Simónem, & dicit ei: Invénimus Messíam. *Joan.* 1. 41.

Ant. 4. E. Andréas addúxit Simónem fratrem suũ ad Jesum. *Joan.* 1. 42.

Ant. 1. D. Intúitus eum Jesus, dixit: Tu es Simon

filius Jona; tu vocáberis Cephas, quod interpretátur Petrus. *Joan.* 1. 42.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 1. 28. 29.

IGnobília mundi, & contemptibília elégit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrúeret: ut non gloriétur omnis caro in conspéctu ejus.

℟. Redúcam filios Israël in terram suam quam dedi pátribus eórum; * Ecce ego mittam piscatóres multos, dicit Dóminus, & piscabúntur eos. *Jer.* 16. 15. 16. ℣. Veníte post me, & fáciam vos fieri piscatóres hóminum. *Matt.* 4. 19. * Ecce ego. Glória. * Ecce ego.

Hymnus, Ambo divíni, *ut in II. Vesperis.*

℣. Tu pasces pópulum meum Israël, ℟. Et eris princeps super eum. 1. *Par.* 11. 2.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. * Vidit Jesus Simónem & Andréam mitténtes rétia in mare, & dixit eis: Veníte post me. Et prótinus relíctis rétibus, secúti sunt eum. *Marc.* 1. 16. 17. 18.

Oratio, Deus, qui hodiérnam diem, *infrà ad Laudes.*

Non fit Commemoratio S. Irenæi, nec Octava S. Joannis.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Caput córporis Ecclésiæ Christum, * Veníte, adorémus. *Coloss.* 1. 18.

Ps. 94. Veníte, 2.

HYMNUS.

MUndus magnánimos nunc récolat Duces,
Quos Christus próprio præpósuit gregi:
Quid non lætítiæ juncta sodálium
Affert glória Príncipum?

Urbs imménsa, modò néscia Cæsarum,
Heróas géminos tollit ad æthera;
Sese præcípuis subdita nunc Deo
Debet Roma paréntibus.

Sacramenta Dei voce pari Petrus
Et Paulus pópulis ómnibus íntonant;
Ambórum sedet hìc magnífico throno
Juncto fœdere dígnitas.

Hi sunt ceu cápitis spléndida lúmina,
Hi sunt mixta simul límpida flúmina,
Quæ semper súperis ímbribus áridas
Terras lárgiùs írrigant.

Laus sit summa Patri, summáque Fílio,
Et par, sancte, tibi laus quoque, Spíritus:
Hoc mundi pélago per géminam facem
Cursus dírige dévios.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Ascéndens Jesus in navim, quæ erat Simónis, dixit: Duc in altum, & laxáte rétia vestra in captúram. *Luc.* 5. 3. 4.

Ant. 8. G. Respóndens Simon, dixit illi: Præcéptor, per totam noctem laborántes, nihil cépimus; in verbo autem tuo laxábo rete. *Luc.* 5. 5.

Ant. 1. a. Cùm hoc fecíssent, concluférunt píscium multitúdinem copiósam. *Luc.* 5. 6.

℣. Ipsi vidérunt ópera Dómini, ℟. Et mirabília ejus in profúndo. *Ps.* 106. 24.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Post 1. *Lect.* ℟. Rumpebátur rete: & implevérunt ambas navículas. Quod cùm vidéret Petrus, prócidit ad génua Jesu, dicens: * Exi à me, quia homo peccátor sum, Dómine. *Luc.* 5. 6. 7. 8. ℣. Quis ego sum, Dómine Deus, ut præstáres mihi tália? 1. *Par.* 17. 16. * Exi à me.

Post 2. *Lect.* ℟. Petrus dixit ad Jesum: Dómine, si tu es, jube me ad te veníre super aquas. Et * Descéndens de navícula, ambulábat super aquam ut veníret ad Jesum. *Matt.* 14. 28. 29. ℣. Dedísti, Dómine, & in mari viam, & inter fluctus sémitam firmíssimã. *Sap.* 14. 3. * Descéndens.

Post 3. *Lect.* ℟. Videns Petrus ventum válidum, tímuit: & cùm cœpísset mergi, clamávit. Et * Jesus apprehéndit eum, & ait: Módicæ fidei, quare dubitásti? & cùm ascendíssent in navículam, cessávit ventus. *Matt.* 14. 30. 31. 32. ℣. Accépit me Deus, & assúmpsit me de aquis multis. *Ps.* 17. 17. * Jesus. Glória. * Jesus.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 3. g. Multi discipulórum Jesu abiérunt retro. Dixit ergo Jesus ad Duódecim: Numquid & vos vultis abíre. *Joan.* 6. 67. 68.

Ant. 5. a. Respóndit Simon Petrus: Dómine, ad quem íbimus? verba vitæ ætérnæ habes. *Joan.* 6. 69.

Ant. 6. F. Nos credídimus, & cognóvimus, quia tu es Christus Fílius Dei. *Joan.* 6. 70.

℣. Verè tu es Deus abscónditus, ℟. Deus Israël salvátor. *Isai.* 45. 15.

Ex libro sancti Hierónymi Presbyteri, de Scriptóribus Ecclesiásticis.

Lectio iv. *cap.* 1.

SImon Petrus, filius Joánnis, províncíæ Galilææ, è vico Bethsáida, frater Andréæ Apóstoli, & Princeps Apostolórum; post episcopátum Antiochénsis Ecclésiæ, & prædicatiónem dispersiónis ec-

rum qui de circumcisióne crediderant, in Ponto, Galátia, Cappadócia, Asia, & Bithynia, secúndo Claúdii Imperatóris anno, ad expugnándum Simónem magum, Romam pergit: ibíque annis vigínti quinque Cáthedram Sacerdotálem ténuit, usque ad últimum annum Nerónis, id est, décimum quartum. A quo & affixus cruci, martyrio coronátus est, cápite ad terram verso, & in sublíme pédibus elevátis; ásserens se indígnum qui sic crucifigerétur ut Dóminus suus.... Sepúltus Romæ in Vaticáno, juxta viam triumphálem, totíus orbis veneratióne celebrátur.

℟. Dicit discípulis Jesus: Vos quem me esse dícitis? Respóndens Petrus dixit: Tu es Christus Fílius Dei vivi. Jesus dixit ei: Beátus es, Simon Barjóna, quia * Caro & sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est. *Matt.* 16. 15. 16. 17. ℣. Est Deus in cœlo revélans mystéria, qui indicávit tibi. *Dan.* 2. 28. * Caro & sanguis.

Lectio v. *cap.* 5.

PAulus Apóstolus, qui antè Saulus, extra número duódecim Apostolórum, de tribu Bénjamin & óppido Judææ Giscalis fuit; quo à Románis capto, cum paréntibus suis Tarsum Ciliciæ commigrávit: à quibus, ob stúdia legis, missus Jerosólymam, à Gamaliéle viro doctíssimo, cujus Lucas méminit, erudítus est. Cùm autem interfuísset neci Mártyris Stephani, & accéptis à Pontífice Templi epístolis, ad persequéndos eos qui Christo credíderant, Damáscum pérgeret, revelatióne compúlsus ad fidem, quæ in Actibus Apostolórum scríbitur, in vas electiónis de persecutóre translátus est. Cùmque primùm ad prædicatiónem ejus Sérgius Paulus Procónsul Cypri credidísset, ab eo quòd eũ Christi fidei subégerat, sortítus est nomen: & juncto sibi Bárnabâ, multis úrbibus peragrátis, reverténsque Jerosólymam, à Petro, Jacóbo, & Joánne Géntium Apóstolus ordinátur.

℟. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam, * Et portæ ínferi non prævalébunt advérsùs eam. *Matt.* 16. 18. ℣. Urbs fortitúdinis nostræ Sion, Salvátor ponétur in ea murus & antemurále. *Isai.* 26. 1. * Et portæ.

Lectio vj.

ET quia in Actibus Apostolórum pleníssimè de ejus conversatióne scriptum est, hoc tantùm dicam, quòd post passiónem Dómini vicésimo quinto anno, id est, secúndo Nerónis, eo témpore quo Festus pro-

curátor Judææ succéssit Felíci, Romam vinctus mittitur, & biénnium in líbera manens custódia, advérsùs Judæos de advéntu Christi quotídie dispútávit. Sciéndum autem in prima satisfactióne, necdum Nerónis império roboráto, nec in tanta erumpénte scélera, quanta de eo narrant históriæ, Paulum à Neróne dimíssum, ut Evangélium Christi in Occidéntis quoque pártibus prædicarétur, sicut ipse scribit in secúnda Epístola ad Timótheum. Hic décimo quarto Nerónis anno, eódem die quo Petrus, Romæ pro Christo cápite truncátur; sepultúsque est in via Ostiénsi, anno post passiónem Dómini tricésimo séptimo.

℞. Ait Dóminus: Simon, ego rogávi pro te ut non defíciat fides tua: & tu aliquándo convérsus confírma fratres tuos. Qui dixit ei: * Dómine, tecum parátus sum & in cárcerem, & in mortem ire. *Luc.* 22. 31. 32. 33. ℣. In quocúmque loco fúeris, Dómine, mi rex, sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus. 2. *Reg.* 15. 21. * Dómine. Glória. * Dómine.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. c. Dicit Jesu Petrus: Animam meam pro te ponam. *Joan.* 13. 37.

Ant. 4. d. Respóndit ei Jesus: Animam tuam pro me pones? Non cantábit gallus, donec ter me neges. *Joan.* 13. 38.

Ant. 4. E. Petrus negávit Jesum; & continuò gallus cantávit. Convérsus Dóminus respéxit Petrum: & egréssus foràs Petrus flevit amárè. *Luc.* 22. 57. 60. 61. 62.

℣. Exaudívit Dóminus vocem fletûs mei: ℞. Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam. *Ps.* 6. 9. 10.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Joánnem.

Lectio vij. *c.* 21. 15. *ad* 19.

IN illo témpore; Dicit Simóni Petro Jesus: Simon Joánnis, díligis me plùs his? Dicit ei: Etiam, Dómine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

In Joan. Evang. Tract. 123. §. 4.

CUm esses júnior, cingébas te, & ambulábas ubi volébas: cùm autem senúeris, exténdes manus tuas, & álius te cinget, & ducet quò tu non vis. Hoc autem dixit, signíficans quâ morte clarificatúrus esset Deum.] Hunc invénit éxitum ille negátor, & amátor; præsuméndo elátus, negándo prostrátus, flendo purgátus, confiténdo probátus, patiéndo coronátus: hunc invénit éxitum, ut pro ejus nómine

perféctâ dilectióne morerétur, cum quo se moritúrum pervérsâ festinatióne promíserat. Fáciat ejus resurrectióne firmátus, quod immatúrè pollicebátur infirmus. Hoc enim oportébat, ut priùs Christus pro Petri salúte, deínde Petrus pro Christi prædicatióne moreréetur.

℟. Simon Joánnis, amas me? Dómine, tu ómnia nosti: tu scis quia amo te. Dixit ei: * Pasce oves meas. *Joan.* 21. 17. ℣ Tu pasces pópulum meum Isrāël, & tu eris dux super Isrāël. 2. *Reg.* 5. 2. * Pasce.

Lectio viij. §. 5.

DOminus quod sciébat intérrogat, nec semel, sed íterum ac tértiò, utrùm Petrus eum díligat; nec áliud tóties audit à Petro, quàm se díligi; nec áliud tóties comméndat Petro, quàm suas oves pasci. Rédditur negatióni trinæ trina conféssio, ne minùs amóri lingua sérviat quàm timóri, & plùs vocis elicuísse videátur mors ímminens, quàm vita præsens. Sit amóris officium, páscere Domínicum gregem; si fuit timóris indícium, negáre Pastórem. Qui hoc ánimo pascunt oves Christi ut suas velint esse, non Christi, se convincúntur amáre, non Christum; vel gloriándi, vel dominándi, vel acquiréndi cupiditáte, non obediéndi, & subveniéndi, & Deo placéndi caritáte.

℟. Cùm esses júnior, cingébas te, & ambulábas ubi volébas: cùm autem senúeris, * Exténdes manus tuas, & álius te cinget, & ducet quò tu non vis. *Joan.* 21. 18. ℣. Ecce data sunt super te víncula, & ligábunt te in eis: & non egrediéris de médio eórum. *Ezech.* 3. 25. * Exténdes.

Lectio ix. *Longè pòst.*

QUod vítium máximè cavéndum est eis qui pascunt oves Christi, ne sua quærant, non quæ Jesu Christi; & in usus cupiditátum suárum cónferant, pro quibus sanguis fusus est Christi. Cujus amor in eo qui pascit oves ejus, in tam magnum debet spiritálem créscere ardórem, ut vincat étiam mortis naturálem timórem, quo mori nólumus, & quando cum Christo vívere vólumus. Nam & Apóstolus Paulus dicit se habére concupiscéntiam dissólvi, & esse cum Christo; ingemíscit tamen gravátus, & non vult expoliári, sed supervestíri, ut absorbeátur mortále à vita. Et huic Dóminus dilectóri suo: [Cùm senúeris, (inquit) exténdes manus tuas, & álius te cinget, & ducet quò tu non vis. Hoc enim ei dixit, signíficans quâ morte clarificatúrus erat Deum. Extén-

des (inquit) manus tuas,] hoc est, crucifigéris. Ad hoc autem ut vénias, [álius te cinget, & ducet,] non quò vis, sed [quò non vis.] Priùs dixit quod fieret, & deinde quómodo fieret.

℟. Cornélius centúrio déprecans Deum semper, vidit Angelum dicéntem sibi: * Oratiónes tuæ ascendérunt in conspéctu Dei; accérsi Simónem, † Hic dicet tibi quid te opórteat fácere. *Act.* 10. 2. 3. 4. 5. 6. ℣. Quando orábas cum lácrymis, ego óbtuli oratiónem tuam Dómino. *Tob.* 12. 12. * Oratiónes. Glória. † Hic dicet.

Te Deum.

℣. SACERD. Annuntiáte inter gentes glóriam Dómini, ℟. In ómnibus pópulis mirabília ejus. *Ps.* 95. 3.

AD LAUDES.

Ant. 1. a. SUrge, Petre, occíde, & mandúca: quod Deus purificávit, tu commúne ne díxeris. *Act.* 10. 13. 15.

Ant. 8. G. Apériens Petrus os suum, dixit: In veritáte cómperi quia non est personárum accéptor Deus. *Act.* 10. 34.

Ant. 1. f. Adhuc loquénte Petro, cécidit Spíritus-sanctus super omnes qui audiébant verbum. *Act.* 10. 44.

Ant. 4. E. Obstupuérunt ex circumcisióne fidéles; quia & in natiónes grátia Spíritus-sancti effúsa est. *Act.* 10. 45.

Ant. 5. a. Glorificavérunt Deum, dicéntes: Ergo & géntibus pœniténtiam Deus dedit ad vitam. *Act.* 11. 11. 18.

CAPITULUM. *Act.* 15. 7.

FRatres, vos scitis quóniam ab antíquis diébus Deus in nobis elégit, per os meum audíre gentes verbum Evangélii, & crédere.

HYMNUS.

SUPREME Princeps, dux gregis,
Qui clausa pandis sídera,
Spectánte Româ clárior
Intras Olympum sánguine.

AFFIXUS alto stípiti,
Invértis in terram caput:
Quò te magìs nunc déjicis,
Hoc mente major émicas.

NON ausus eréctæ crucis
Ambíre Petrus glóriam,
Cœlo datúrus spíritum
Pedes adórat Núminis.

PAULUS magíster géntium
Mactátur ense víctima;
Minórque ponit vérticem
Christo supremo vértici.

CURSUS perégit ímpigros,
Gaudétque Christo pérfrui;
Labóre partis árduo
Victor corónis cíngitur.

UNI sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,

De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Magnificéntiam glóriæ sanctitátis tuæ loquéntur, ℟. Et mirabília tua narrábunt. *Ps.* 144. 5.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. G. Resurréxit Christus tértiâ die secúndùm Scriptúras, & visus est Cephæ: novíssimè autem ómnium visus est & mihi. 1. *Cor.* 15. 4. 5. 8.

Oratio. Orémus.

Deus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri & Pauli Martyrio consecrásti; da Ecclésiæ tuæ eórum in ómnibus sequi præcéptum, per quos religiónis sumpsit exórdium; Per Dóminum.

Fit Commemoratio Octavæ S. Joannis, Ant. A diébus, ℣. Docébo, *Oratio*, Deus, qui præséntem diem, 411.

AD PRIMAM.

Ant Surge, Petre.

AD TERTIAM.

Ant. Apériens.

Capitulum. *Act.* 10. 35. 36.

In omni gente, qui timet Deum, & operátur justítiam, accéptus est illi. Verbum misit Deus filiis Israël, annúntians pacem per Jesum Christum: (hic est ómnium Dóminus.)

℟. *br.* Géntibus missum est hoc salutáre Dei, * Allelúia, allelúia. ℟. Géntibus. ℣. Et ipsi aúdient. * Allelúia. Glória. ℟. Géntibus. *Act.* 28. 28.

℣. Annuntiábunt cœli justítiam Dómini pópulo qui nascétur, ℟. Quem fecit Dóminus. *Ps.* 21. 32.

AD SEXTAM.

Ant. Adhuc loquénte Petro.

Capitulum. *Act.* 15. 8. 9.

Qui novit corda Deus, testimónium perhíbuit, dans géntibus Spíritum-sanctum, sicut & nobis; & nihil discrévit inter nos & illos, fide puríficans corda eórum.

℟. *br.* Annuntiavérunt cœli justítiam ejus; * Allelúia, allelúia. ℟. Annuntiavérunt. ℣. Et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus. * Allelúia. Glória. ℟. Annuntiavérunt. *Ps.* 96. 6.

℣. Qui crédiderit in eum, non confundétur: ℟. Vobis ígitur honor credéntibus. 1. *Petr.* 2. 5. 6.

AD NONAM.

Ant. Glorificavérunt Deũ.

Capitulum. 2. *Petr.* 1. 16.

Non doctas fábulas secúti, notam fécimus vobis Dómini nostri Jesu Christi virtútem & præséntiam; sed speculatóres facti illíus magnitúdinis.

℟. *br.* Gentes gavísæ sunt, & glorificábant verbum Dómini; * Allelúia,

allelúia. ℟. Gentes. ℣. Et credidérunt quotquot erant præordináti ad vitam ætérnam. * Allelúia. Glória. ℟. Gentes. *Act.* 13. 48.

℣. Dómini est assúmptio nostra, ℟. Et sancti Israël, regis nostri. *Ps.* 88. 19.

AD VESPERAS.

Ant. 1. *D.* JUstú árbitror quámdiu sum in hoc tabernáculo, suscitáre vos in commonitióne. 2. *Petr.* 1. 13.

Ant. 7. *d.* Velox est depósitio tabernáculi mei, secúndùm quod & Dóminus noster Jesus Christus significávit mihi. 2. *Petr.* 1. 14.

Ant. 8. G. Dabo óperam, & frequénter habére vos post óbitum meum, ut horum memóriam faciátis. 2. *Petr.* 1. 15.

Ant. 5. *F.* Properántes in advéntum diéi Dómini, satágite immaculáti & inviolati ei inveníri in pace. 2. *Petr.* 3. 12. 14.

Ant. 1. *f.* Dómini nostri longanimitátem, salútem arbitrémini; sicut & caríssimus frater noster Paulus secúndùm datam sibi sapiéntiam scripsit vobis. 2. *Petr.* 3. 15.

CAPITULUM. 2. *Petr.* 3. 1. 2.

VEstram éxcito in commonitióne sincéram mentem; ut mémores sitis eórum quæ prædixi verbórum à sanctis Prophétis, & Apostolórum vestrórum, præceptórum Dómini & Salvatóris.

℟. Quid sunt duæ olívæ istæ ad déxteram candelábri, & ad sinístram ejus? Et dixit Angelus: * Isti sunt duo filii ólei, qui † Assístunt Dominatóri univérsæ terræ. *Zach.* 4. 11. 14. ℣. Hi sunt duæ olívæ in conspéctu Dómini stantes: habent potestátem claudéndi cœlum, & percútere terram. *Apoc.* 11. 4. 6. * Isti sunt. Glória. † Assístunt.

HYMNUS.

AMBO divíni Próceres Senátûs;
Príncipes cœli, sócii labórum;
Quos amor junxit, simul una jungat
Pompa triúmphi.

PAR fides, & par utriúsque votum,
Corda divíno penetránte verbo,
Sub jugo Christi nimis obstinátas
Súbdere gentes.

MAGNA vos vidit, stupuítque Roma;
Roma tot diris habitáta monstris;
Vidit excísis pénitus sepúlta
Númina fanis.

TOTUS in Roma superátus orbis;
Par locus tantis utriúsque palmis,
Usque cœléstis pretiósa servat
Sémina verbi.

Laus Deo Patri, genitóque Verbo,
Et tibi compar, utriúsque Flamen:
Nosque fac, tantis dúcibus, beátos
Tángere portus.
Amen.

℣. Lucétis sicut luminária in mundo, ℟. Verbum vitæ continéntes. *Philipp.* 2. 15. 16.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D.* Vidi, & ecce candelábrum aúreum totum, & lampas ejus super caput ipsíus; & duæ olívæ super illud; una à dextris lámpadis, & una à sinístris ejus. *Zach.* 4. 2. 3.

Die XXX.
In Commemoratione S. Pauli Apostoli.
Duplex-Majus.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Christum Apóstoli Géntium Magístrum & Dóminum, * Veníte, adorémus. *Joan.* 13. 13. 2. *Tim.* 1. 11.

Ps. 94. Veníte, 2.

Hymnus. *Guill. Episc. Santon.*

Sat, Paule, sat terris datum:
Post multa te certámina,
Cursu peráɑto, débita
Coróna jam cœlo manet.

Quot tu mari perículis,
Terráque jactátus malis!
Quot saxa, virgæ, cómpedes,
Quot damna, curæ, fúnera!

Nunc ille confixum suæ
Qui te cruci dudum tenet
Te Christus ad vitam vocat;
Tibíque jam lucrum mori.

Sed caritátis víscera
Strictis coárctant néxibus,
Christóque quos tu párturis
Patrem repóscunt filii.

Verum, parátus jam tibi
Finis labóris árdui,
Mercésque: bisſénos thronus
Te poscit inter júdices.

Uni sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

Psalmi de Feria, & sit in toto Officio.

In I. Nocturno.

Ant. 3. g. Per Christum accépimus grátiam, & Apostolátum ad obediéndum fidei in ómnibus géntibus. *Rom.* 1. 5.

Ant. 2. D. Créditum est mihi Evangélium prepútii, sicut & Petro circumcisiónis. *Gal.* 2. 7.

Ant. 1. D. Qui operátus est Petro in Apostolátum circumcisiónis, operátus est & mihi inter gentes: *Gal.* 2. 8.

℣. Vocávit me per grátiam suam, ℟. Ut revelá-

ret Filium suum in me. *Gal.* 1. 15. 16.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Post 1. *Lect.* ℟. Pósitus sum ego prædicátor, & Apóstolus, & magíster géntium: ob quam causam * Pátior, sed non confúndor; scio enim cui crédidi. 2. *Tim.* 1. 11. 12. ℣. Ipse Deus meus & salvátor meus: in Deo glória mea, & spes mea in Deo est. *Ps.* 61. 7. 8. * Pátior.

Post 2. *Lect.* ℟. Evangélium quod evangelizátum est à me, non est secúndùm hóminem; * Neque enim ego ab hómine accépi illud, neque dídici, sed per revelatiónem Jesu Christi. *Gal.* 1. 11. 12. ℣. Dixit Dóminus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constítui te super gentes. *Jer.* 1. 9. 10. * Neque.

Post 3. *Lect.* ℟. Non judicávi me scire áliquid nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum. * Et † Sermo meus non in persuasibílibus humánæ sapiéntiæ verbis, sed in ostensióne spíritûs, & virtútis. 1. *Cor.* 2. 2. 4. ℣. Mihi dedit Deus dícere ex senténtia, & præsúmere digna horum quæ mihi dantur; quóniam ipse sapiéntiæ dux est. *Sap.* 7. 15. * Et sermo. Glória. † Sermo.

In II. Nocturno.

Ant. 5. a. Omnia fácio propter Evangélium, ut párticeps ejus efficiar. 1. *Cor.* 9. 23.

Ant. 4. a. Ego libentíssimè impéndam, & superimpéndar ipse pro animábus vestris. 2. *Cor.* 12. 15.

Ant. 4. f. Sic curro, non quasi in incértum; sed castígo corpus meum, & in servitútem rédigo: ne fortè, cùm áliis prædicáverim, ipse réprobus efficiar. 1. *Cor.* 9. 26. 27.

℣. Pes meus stetit in diréćto: ℟. In ecclésiis benedícam te, Dómine. *Ps.* 25. 12.

De Sermóne sancti Joánnis Chrysóstomi.

Homil. 4. *in cap.* 2. *Epist.* 2. *ad Timotheum.*

Lectio iv.

Paulus, Cilix erat, péllium sutor, inops, imperítus extérnæ sapiéntiæ: homo sæpe cum fame luctátus, & cui vestítus necessárius sæpe déerat. Neque hoc solum; sed in vínculis quoque cum latrónibus & homicídis, Neróne jubénte, cædebátur tanquam maléficus. Quis ígitur illústrior, quis glorióṡior, qui caténam circumferébat, vinctúsque trahebátur ex cárcere, an qui superabátur in púrpura? qui contemnebátur ímperans, an qui jussus nihil curábat jubéntis impérium? qui solus cùm esset vicit, an qui innúmero vallátus exército, victus est? Cujus,

inquam, sortem quíspiam cùpiat magìs, Nerónis an Pauli? Illíus nempe neque sepúlcrum cuíquam notum: at contrà, hic régibus ómnibus splendídior, régia in urbe in qua vicit cónditus est: hic per ora ómnium ubíque celebrátur, coronatúsque prædicátur; ille contrà, maledíctis lacéssitur innúmeris.

℟. In labóre fui, & ærúmna, in vigíliis multis, in fame, & siti, in frígore, & nuditáte, * Præter illa, quæ extrínsecùs sunt, instántia mea quotidiána, sollicitúdo ómnium Ecclesiárum. 2. *Cor.* 11. 27. 28. ℣. Die noctúque æstu urébar & gelu, fugiebátque somnus ab óculis meis. *Gen.* 31. 40. * Præter illa.

Lectio v.

Homil. 32. *in cap.* 16. *Epist. ad Romanos.*

QUis mihi dabit circumfúndi córpori Pauli, affigi sepúlcro, vidére púlverem córporis illíus quæ adhuc in Christo décrant adimpléntis, stígmata illíus gestántis, prædicatiónem Evangélii ubíque seminántis? Púlverem, inquam, oris illíus per quod magnália & ineffabília Christus locútus est, & admiránda illa orácula orbi prótulit Spíritus-sanctus? Quid enim os illud sanctum non effécit? Dæmones éxpulit; peccáta absólvit; tyránnos compéscuit; philosophórum linguas obserávit; orbem Deo addúxit; bárbaros philosophári persuásit; ómnia coaptávit quæ in terra; & quæ in cœlis, ad quem vóluit modum, dispósuit.

℟. Cùm liber essem ex ómnibus, ómnium me servum feci: * Factus sum infírmis infírmus, ut infírmos lucrifácerem. 1. *Cor.* 9. 19. 22. ℣. Flebam super eo qui afflíctus erat, & compatiebátur ánima mea páuperi. *Job* 30. 25.

Lectio vj.

NOn solùm autem oris, sed & cordis illíus púlverem vidére vellem. Cor istud ádeo fuit latum, ut in se suscéperit & íntegras urbes, & pópulos, & gentes: cor cœlis sublímius, orbe látius, rádiis soláribus splendídius, igne ferventius, adamánte solídius. Cor Pauli, cor erat Christi, & tábula Spíritûs-sancti, atque grátiæ volúmen. Quid opus est síngula recensére? Vellem vidére sepúlcrum quo recóndita sunt arma illa justítiæ, arma lucis, membra in quibus vivébat Christus; quæ templum fuérunt Spíritûs-sancti. Hoc corpus Romam munit, & cum isto corpus étiam Petri.

℟. Factus sum Judæis tanquam Judæus; iis qui sine lege erant, tanquam

sine lege essem: * Omnibus ómnia factus sum, ut omnes fácerem salvos. 1. *Cor.* 9. 20. 21. 22. ℣. Vidéte quóniam non soli mihi laborávi, sed ómnibus exquiréntibus veritátem. *Eccli.* 24. 47. * Omnibus. Glória. * Omnibus.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Víncula & tribulatiónes me manent; sed nihil horum véreor, dúmmodo consúmmem cursum meum, & ministérium verbi quod accépi. *Act.* 20. 23. 24.

Ant. 3. g. Ego non solùm alligári, sed & mori parátus sum propter nomen Dómini Jesu. *Act.* 21. 13.

Ant. 5. F. Non in vácuum cucúrri, sed & si ímmolor supra sacrifícium, & obséquium fídei vestræ, gaúdeo & congrátulor ómnibus vobis. *Philipp.* 2. 16. 17.

℣. Si consístant advérsùm me castra, non timébit cor meum: ℟. Si exúrgat advérsùm me prælium, in hoc ego sperábo. *Ps.* 26. 3.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio vij.

c. 10. 16. *ad* 22.

IN illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in médio lupórum. Estóte ergo prudéntes sicut serpéntes, & símplices sicut colúmbæ. Et réliqua.

Homília sancti Joánnis Chrysóstomi.

Homil. 34. *in cap.* 10. *Matt.*

SIc dícere vidétur: Nolíte turbári, si cùm vos inter lupos mitto, tanquam oves & colúmbas esse júbeo: nam etsi possum contrárium quoque præstáre, & non permíttere ut grave áliquid patiámini, nec lupis tanquam oves subjécti sitis, sed effícere ut leónibus terribilióres evadátis; tamen sic éxpedit fíeri: hoc & vos quoque illustrióres fáciet, & meam declarábit virtútem. Sic enim póstea dixit Paulo: Súfficit tibi grátia mea; nam virtus in infirmitáte perfícitur. Ipse ígitur vos mansuetúdine oves effèci. Cùm enim ait, Ego mitto vos sicut oves, illud occúltè ínnuit; Ne ígitur ánimo dejiciámini; certè enim scio, hâc potíssimùm mansuetúdine, ubíque invíctos vos esse futúros.

℟. In omni fidúcia sicut semper, & nunc magnificábitur Christus in córpore meo, sive per vitam, sive per mortem: * Mihi enim vívere Christus est, & mori lucrum. *Philipp.* 1. 20. 21. ℣. Quid mihi est in cœlo? & à te quid vólui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in ætérnum. *Ps.* 72. 25. 26. * Mihi,

Lectio viij.

NOn enim vos estis qui loquímini, sed Spíritus Patris vestri qui lóquitur in vobis.] Habébant reges in médio suî duódecim hómines idiótas, quos vínculis, flagéllis, carcéribus, ut silérent comminabántur: sed sicut rádii solares vincíri néqueunt, sic lingua eórum ligári non póterat. Quod ita fiébat, quia non ipsi erant qui loquebántur, sed virtus Spíritûs-sancti. Quâ virtúte Paulus Agríppæ minístros, ipsum quoque Nerónem ómnium hóminum flagitiosíssimum fácilè superávit. [Dóminus enim mihi ástitit (ait) & confortávit me, & éruit me de ore leónis.]

℟. Libénter gloriábor in infirmitátibus meis, ut inhábitet in me virtus Christi. * Pláceo mihi in infirmitátibus meis, in persecutiónibus, in angústiis pro Christo, 2. *Cor.* 12. 9. 10. ℣. Non mihi contíngat párcere ánimæ meæ in omni tempore tribulatiónis. 1. *Mach.* 13. 5. * Pláceo.

Pro S. Martiale Episcopo.

Ex S. Gregorio Turon. S. Audoëno & Tillemont.

Lectio ix.

MArtiális ad disseminándam inter gentes Evangélii fidem ordinátus Epíscopus, ab inítio Presbyteros duos Alpiniánum & Austricliniánum adjutóres hábuit, qui eum, ut refert Gregórius Turonénsis, ab Oriénte secúti, comitáti sunt in Galliárum regiónes, ad quas missus est à Románis Epíscopis. Hoc in múnere cùm álios sex Epíscopos collégas habéret, áliis ália loca peténtibus, ipse Aquitániæ Apostolátû cum Stremónio, qui apud Arvérnos consédit, partítus est, & statim usque ad Bitúrigum civitátem jactis felíciter religiónis sanctæ fundaméntis, tandem Lemóvicas advénit: ubi, sedátâ brevì, quæ advérsùs illum coórta erat, tempéstate, ita fidem suásit exémplo, verbis & móribus, ut ferè pópulus omnis, abjéctis simulacrórum rítibus, ad cultum Dei sese conférret, nec ipse álibi sedem Episcopátûs sui collocándam dúceret. Non tamen ídeo vicínas Pictónum, Santonúmque regiónes prorsùs negléxit, in quibus Burdígalam usque palàm ac líberè annuntiásse tandem regnum Dei in senectúte tráditur. Demum post annos octo supra vigínti ministério verbi impénsos, felíciter migrávit ad Dóminum. Cónditum est corpus ejus in crypta, quam miráculis plúrimis suo témpore inclaruísse refert Gregórius Turonénsis, ubi étiam duo Presbyteri qui ei ad mortem usque adhæ-

rant unánimes, conjúnctis
mulis, sepúlti sunt.

℟. Bonum certámen certavi, cursum consummávi, dem servávi; * In réliquo pósita est mihi coróna justitiæ, quam reddet mihi Dóminus justus judex. 2. Tim. 4. 7. 8. ℣. Probávit me quasi aurum quod per gnem transit: vestígia ejus secútus est pes meus, viam jus custodívi, & non delinávi ex ea. Job 23. 10. 1. * In réliquo. Glória. In réliquo.

Te Deum.

℣. SACERD. Confitébor ibi, Dómine, in géntibus, ℟. Et nómini tuo cantábo. . Reg. 22. 50.

AD LAUDES.

Ant. 1. f. NIhil minus fui ab iis qui sunt supra modum Apóstoli; tamétsi nihil sum. 2. Cor. 12. 11.

Ant. 7. a. Secúndùm revelatiónem notum mihi factum est sacraméntum; mihi data est grátia hæc, in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi. Ephes. 3. 3. 8.

Ant. 1. a. Signa Apostolátûs mei facta sunt in omni patiéntia, in signis, & prodígiis, & virtútibus. 2. Cor. 12. 12.

Ant. 8. G. Dóminus mihi ástitit, & confortávit me, ut per me prædicátio impleátur, & aúdiant omnes gentes. 2. Tim. 4. 17.

Ant. 4. d. Ego sum mínimus Apostolórum: grátiâ autem Dei sum id quod sum, & grátia ejus in me vácua non fuit, sed abundántiùs ómnibus laborávi; non ego autem, sed grátia Dei mecum. 1. Cor. 15. 10.

CAPITULUM. *Rom.* 15. 20.

SIc prædicávi Evangélium hoc, non ubi nominátus est Christus, ne super aliénum fundaméntum ædificárem; sed sicut scriptum est: Quibus non est annuntiátum de eo, vidébunt; & qui non audiérunt, intélligent.

HYMNUS.

PAULO paupéries, spléndida cópia;
Ingens mœror erat lætítiæ seges;
Carcer, naufrágium, crebráque vérbera,
Altæ sémina glóriæ.

MORS desidérium, mors fuit & lucrum:
Terris hunc rétinet pródigus in suos
Fratres solus amor, pro quibus óbviam
Se totum vovet hóstiam.

TANDEM Roma virum vidit, inánium
Cultrix Roma deûm: Cæsaris in domum
Infert ille fidem: sæva nec álligant
Verbum víncula líberum.

Mundo conspícuum ceu jubar émicat,
Spargens perpétuum, quà gráditur, diem,
Humánis óculis qui semel óccidit,
Ætérno rútilat die.
Laus sit summa Patri, summáque Fílio,
Par sit, sancte, tibi laus quoque, Spíritus:
Da Paulum, per iter quod docet árduum,
Nobis, quà líceat, sequi. Amen.

℣. Ecclésiæ factus sum ego miníster, ℟. Secúndum dispensatiónem Dei. *Coloss.* 1. 25.

Ad Benedictus, *Ant.* 8. *G.** Grátia data est mihi à Deo, ut sim miníster Christi Jesu in Géntibus; sanctíficans Evangélium Dei, ut fiat oblátio Géntium accépta, & sanctificáta in Spíritu-sancto. *Rom.* 15. 15. 16.

Oratio. Orémus.

Deus, qui multitúdinem Géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti; da, quæsumus, ut cujus natalítia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus; Per Dóminum.

Pro Commemoratione S. Petri, Ant. Deus elégit, per os meum audíre Gentes verbum Evangélii, & crédere. *Act.* 15. 7.

℣. Géntibus missum est hoc salutáre Dei, ℟. Et ipsi áudient. *Act.* 28. 28.

Oratio. Orémus.

Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clávibus regni cœléstis, ánimas ligándi atque solvéndi pontifícium tradidísti; concéde ut intercessiónis ejus auxílio, à peccatórum nostrórum néxibus liberémur; Qui vivis & regnas.

Postea S. Joannis, Ant. A diébus, ℣. Docébo, *Oratio*, Deus, qui præséntem diem, 411.

Deinde S. Martialis, Ant. In bonitáte, ℣. Státuit, xxvij.

Oratio. Orémus.

Deus, amátor veritátis & concórdiæ, qui beáto Martiáli dedísti pro Christo ánimum invíctum, & in opus Evangélii sócios constánter unánimes; da nobis, ejus intercessióne, Christiánæ fídei sincérum amórem, amicítiæ sanctæ felicitátem, & mútuæ caritátis ætérnam apud te mercédem; Per eúmdem Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. Nihil minus fui.

AD TERTIAM.

Ant. Secúndùm revelatiónem.

Capitulum. 2. *Cor.* 12. 3. 4.

Scio hujúsmodi hóminem, (sive in córpore, sive extra corpus néscio, Deus scit) quóniam raptus est

est in paradísum, & audívit arcána verba quæ non licet hómini loqui.

℟. *br.* Omnium ártifex * Dócuit me sapiéntia; ℟. Omnium. ℣. Est enim in illa spíritus intelligéntiæ. * Dócuit. Glória. ℟. Omnium. *Sap.* 7. 21. 22.

℣. In ánimas sanctas se transfert sapiéntia, ℟. Amícos Dei & prophétas constítuit. *Sap.* 7. 27.

AD SEXTAM.

Ant. Signa.

CAPITULUM. *Act.* 19. 11. 12.

VIrtútes non quáslibet faciébat Deus per manum Pauli; ita ut étiã super lánguidos deferréntur à córpore ejus sudária, & semicínctia, & recedébant ab eis languóres, & spíritus nequam egrediebántur.

℟. *br.* Evangélii factus sum miníster * Secúndùm donum grátiæ Dei, ℟. Evangélii. ℣. Quæ data est mihi secúndùm operatiónem virtútis ejus. * Secúndùm. Glória. ℟. Evangélii. *Ephes.* 3. 7.

℣. Evangélium nostrum non fuit ad vos in sermóne tantùm, ℟. Sed & in virtúte, & in Spíritu-sancto, & in plenitúdine multa. 1. *Thess.* 1. 5.

AD NONAM.

Ant. Ego sum.

CAPITULUM. 2. *Tim.* 2. 9. 10.

IN Evangélio labóro usque ad víncula, quasi malè óperans; sed verbum Dei non est alligátum: ídeo ómnia sustíneo propter eléctos, ut & ipsi salútem consequántur.

℟. *br.* Pro Evangélio * Legatióne fungor in caténa, ℟. Pro Evangélio. ℣. Ita ut in ipso áudeam prout opórtet me loqui. * Legatióne. Glória. ℟. Pro Evangélio. *Ephes.* 6. 20.

℣. Non erubésco Evangélium; virtus enim Dei est ℟. In salútem omni credénti. *Rom.* 1. 16.

AD VESPERAS.

Ant. de Laudibus.

CAPITULUM. 2. *Thess.* 2. 13. 14.

VOcávit vos Deus per Evangélium nostrum in acquisitiónem glóriæ Dómini nostri Jesu Christi. Itaque, fratres, state, & tenéte traditiónes quas didicístis sive per sermónem, sive per epístolam nostram.

HYMNUS. *Guill. Episc. Santon.*

SUDORE sat tuo fides
Crucísque crevit glória,
Multóque per te fénore
Impléta Christi pássio.

PER sacra sese jam tuæ
Impréssa carni stígmata,
Suóque totum spíritu,
In te Magíster éxprimit.

Sic, Paule, non vivis; loquens
Sed ipse Christus in tuo
Agénsque vivit péctore:
Sat ergo, sat terris datum.

Audita quondam tértio
Arcána cœlo, nunc tibi
Fruénda se pleno palàm
De fonte produnt lúminis.

Hinc lacte verbi nos tui
Cibóque faxis créscere;
Christúmque tritos, quà doces
Præíisque, per calles sequi.

Uni sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Imitatóres meî estóte, ℟. Sicut & ego Christi. 1. *Cor.* 11. 1.

Ad Magníficat, *Ant.* 3. *a.* Quæ & didicístis, & accepístis, & audístis, & vidístis in me, hæc ágite, & Deus pacis erit vobíscum. *Philipp.* 4. 9.

Pro Commemoratione S. Petri, Ant. Senióres óbsecro consénior, & testis Christi passiónum: páscite qui in vobis est gregem Dei, providéntes secùndùm Deū, non ut domináutes in cleris, sed forma facti gregis ex ánimo. 1. *Petr.* 5. 1. 2. 3.

℣. Créscite in grátia, & in cognitióne Dómini nostri, ℟. Et Salvatóris Jesu Christi. 2. *Petr.* 3. 19.

Oratio, Deus, qui beáto Petro, *suprà in Laudibus.*

Deinde fit Commem. Octavæ S. Joannis, per Ant. Angelus, ℣. Erit puer, 406. *Oratio*, Deus qui beátum Joánnem, *infrà*, 435.

FESTA JULII.

Die I.

Octava Nativitatis S. Joannis-Baptistæ.

Semiduplex.

Officium ut in die, præter sequentia.

Ad Officium Noct.

Tres Antiphonæ, ℣. & ℟℟. ex uno è Nocturnis Festi secundùm Feriam.

Sermo sancti Máximi Epíscopi.

Homil. 1. *in die Nativit. S. Joan. Bapt.*

Lectio ij.

Festivitátem præséntis diéi, fratres caríssimi, venerándi Joánnis-Baptistæ genuína Natívitas consecrávit: qui idcirco in hoc séculum supérnâ dispensatióne diréctus dictus est, ut non solùm ipse prophetáli

ſublimarétur glóriâ, ſed ut & ómnium étiam per eum Prophetárum præcónia firmaréntur. Nec immérito illum præcípuo honóre nunc venerámur, qui ſpeciáli quâdam grátiâ ob hoc Redemptórem mundi noviſſimus prophetávit, ut oſténderet eum primus. Hic enim eſt ſolus Prophetárum, qui Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum, quem álii in longa témpora futúrum præſciérunt, própriis óculis vidére méruit, & annuntiáre præſéntem.

Lectio iij. *Post pauca.*

HIc eſt ille quem, inſpiránte Deo, præſcius annúntiat Iſaías, dicens: [Vox clamántis in deſérto, Paráte viam Dómini.] Quâ cóngruè, fratres cariſſimi, beátus Joánnes prædicátus eſt Vox, qui cœléſtis Verbi & præco mittebátur & teſtis! Hic eſt ille, cujus per Angelum Gabriélem prænuntiátur natívitas, & nomen, & méritum. Hic eſt qui judício cœléſtis ſenténtiæ cunctis mortálibus anteféttur, dicénte Dómino: [Non ſurréxit inter natos mulíerum major Joánne-Baptíſtâ.] Quàm pulcrè dictum eſt inter natos mulíerum non eſſe majórem! quia ille omnímodis major erat Joánne, qui de Vírgine naſcebátur. Hic eſt étiam qui máluit à rege proſtérni, quàm regem non increpáre peccántem.

Oratio. Orémus.

DEus, qui beátum Joánnem tuâ providéntiâ deſtinâſti, ut plebem perféctam Unigénito tuo præparâret; da, ut família tua hujus interceſſióne præcónis, ad eum quem prophetávit, perveníre mereátur Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum; Qui tecum vivit.

Pro Commemoratione Apoſtolorum, Ant. Reſurréxit, ℣. Magnificéntiam, *Oratio*, Deus, qui hodiérnam diem, 424.

Ad Horas, in ℟℟. *brevibus non dicitur*, Allelúia, allelúia.

Veſperæ de Feſto ſequenti.

DIE II.

VISITATIO B. MARIÆ VIRGINIS.

DUPLEX-MAJUS.

[*In Metropol.* SEMIANNUALE.]

IN I. VESPERIS.

Pſalmi de Feria & ſic in toto Officio.

Ant. 1. *a.* QUæ eſt iſta, quæ aſcéndit per deſértum, ſicut vírgula fumi ex aromátibus myrrhæ & thuris, & univérſi púlveris pigmentárii. *Cant.* 3. 6.

Ant. 2. D. Quàm pulcri sunt gressus tui, filia príncipis! *Cant.* 7. 1.

Ant. 3. g. Quàm pulcri super montes pedes annuntiántis bonum! *Isai.* 52. 7.

Ant. 4. d. Arca fœderis Dómini véniat in médium nostrî, ut salvet nos. 1. *Reg.* 4. 3.

Ant. 5. a. Véniat, Dómine, salutáre tuum secúndùm elóquium tuum. *Ps.* 118. 41.

Capitulum. *Eccli.* 4. 14. 15.

QUi tenúerint sapiéntiam, vitam hereditábunt; & quò introíbit, benedícet Deus.

In Metrop.

℟. Vox dilécti mei, * Ecce iste venit sáliens in móntibus, transíliens colles. *Cant.* 2. 8. ℣. Venit Fílius hóminis quærere, & salvum fácere quod períerat. *Luc.* 19. 10. * Ecce iste. Glória. * Ecce iste.

Hymnus. *Santol. Vict.*

QUo sanctus ardor te rapit,
O Virgo, flos ô vírginum?
Quò tendis, & cito gradu
Conscéndis alta móntium?

Urget sacer te Spíritus
Toto replétam Númine:
Matris Dei jam dígnitas
Nil caritáti détrahit.

Tibi propínquam sánguine
Matrem puéllæ prævenis;
Concéssa cui divínitus
Gratáris alvi múnera.

O quanta matrum gáudia!
Stupénte natúrâ, gravem
Anum stupes, quæ Vírginem
Plenam Deo te prædicat.

Absconditum sub íntimo,
Ceu nube, portábas sinu
Solem, suo qui prótinus
Lustrábit orbem lúmine.

* Mundo Redémptor qui venis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre; nec tibi minor
Laus, utriúsque Spíritus.
Amen.

℣. Vísita nos in salutári tuo, ℟. Ad vidéndum in bonitáte electórum tuórum. *Ps.* 105. 4. 5.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Dómine Dóminus noster, quid est homo, quòd memor es ejus? aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum? *Ps.* 8. 2. 5.

Oratio, Adésto Ecclésiæ, *infrà ad Laudes*.

Pro Commemoratione Octavæ S. Joannis, Ant. Amen dico vobis: Non surréxit inter natos mulíerum major Joánne-Baptistâ. *Matt.* 11. 11.

℣. Dóminus erat cum eo, ℟. Et non cécidit ex ómnibus verbis ejus in terram. 1. *Reg.* 3. 19.

Oratio, Deus, qui beátum Joánnem, *suprà*, 435.

Deinde SS. Apostolorum, Ant. Vidi, ℣. Lucétis, 426. *Oratio*, Deus, qui hodiérnam diem, 424.

Postea SS. Processi & Martiniani Martyrum, Ant. Communicántes, ℣. Viríliter, xv. *Oratio*, Mártyrum tuórum, xviij.

Completorium, *ut in Psalterio. Ad Hymnum, Doxologia*, * Mundo Redémptor qui venis, &c. *ut suprà.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Jesum de María natum, * Veníte, adorémus. *Matt.* 1. 16.

Ps. 94. Veníte, 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

Ad prima verba Vírginis,
Intus movénte Spíritu,
In matris alvo cónditus
Infans Joánnes géstiit.

Agnovit infánté Deum:
Quem sensit, ardet pródere;
Vates & infans, quà potest,
Adésse Christum núntiat.

Hic jam Redemptóris vices,
Præcónis ille sústinet:
Matérna claustra non vetant
Quin ambo munus ímpleant.

Felix puer, felix parens,
Felix sacérdos, & domus,
Quæ per paréntem Vírginem
Deo fruúntur hóspite!

Mundo Rédemptor qui venis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre; nec tibi minor
Laus, utriúsque Spíritus.
Amen.

In I. Nocturno.

Ant. 4. E. Una est colúmba mea, perfécta mea, una est matris suæ, elécta genitríci suæ. *Cant.* 6. 8.

Ant. 2. D. Sicut lílium inter spinas, sic amíca mea inter fílias. *Cant.* 2. 2.

Ant. 1. a. Sicut lux auróræ, oriénte sole, manè absque núbibus rútilat. 2. *Reg.* 23. 4.

℣. Omnis glória ejus fíliæ regis ab intus; ℟. In fimbriis aúreis circumamícta varietátibus. *Ps.* 44. 14. 15.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Post 1. *Lect.* ℟. Benedícam ei, & ex illa dabo fílium cui benedictúrus sum; * Constítuam pactum meũ illi in fœdus sempitérnum, & sémini ejus post eum. *Gen.* 17. 16. 19. ℣. Hic erit magnus, & Fílius Altíssimi vocábitur, & regnábit in domo Jacob in ætérnum. *Luc.* 1. 32. * Constítuam.

Post 2. *Lect.* ℟. Quod in María natum est, de Spíritu-sancto est. Hoc autem totum factum est, ut adimplerétur quod dictum est per Prophétam dicéntem: Ecce Virgo in útero habébit, & páriet Fílium: * Et vocábunt nomen ejus Emmánuël. *Matt.* 1. 20. 22. 23.

℣. Audíte, domus David: dabit Dóminus ipse vobis signum: Ecce virgo concípiet, & páriet filium. *Isai.* 7. 13. 14. * Et vocábunt.

Post 3. Lect. ℟. Páriet María filium; & vocábis nomen ejus Jesum: * Ipse enim † Salvum fáciet pópulum suum à peccátis eórum. *Matt.* 1. 21. ℣. Partúriens páriet: & relíquiæ fratrum ejus converténtur ad filios Israël. *Mich.* 5. 3. * Ipse. Glória. † Salvum.

In II. Nocturno.

Ant. 4. f. Appáruit Móysi Dóminus in flamma ignis de médio rubi; & vidébat quòd rubus ardéret, & non combureréetur. *Exod.* 3. 2.

Ant. 8. G. Cùm virgas posuísset Móyses coram Dómino, invénit germinásse virgam Aáron. *Num.* 17. 7. 8.

Ant. 5. a. Abscíssus est lapis de monte sine mánibus; lapis autem factus est mons magnus; & implévit univérsam terram. *Dan.* 2. 34. 35.

℣. Fons parvus crevit in flúvium máximum, ℟. Et in aquas plúrimas redundávit. *Esther* 11. 10.

De Sermóne sancti Bernárdi Abbátis.

De 12. Prærog. B. V. M. §. 12.

Lectio iv.

AUdíerat María: [Quod ex te nascétur Sanctum, vocábitur Filius Dei:] & nihil áliud, quàm ancíllam ejus se esse respóndit. Inde ventum est ad Elísabeth, & contínuò Vírginis glória singuláris eídem per Spíritum revelátur. Dénique & mirabátur persónam veniéntis, dicens: [Unde hoc mihi, ut véniat mater Dómini mei ad me?] Commendábat & vocem salutántis, adjíciens: [Ut facta est vox salutatiónis tuæ in áuribus meis, exultávit in gaúdio infans in útero meo.] Et beatificábat fidem credéntis: [Beáta (ínquiens) quæ credidísti, quóniam perficiéntur in te quæ dicta sunt tibi à Dómino.]

℟. Misericórdia & véritas obviavérunt sibi: * Véritas de terra orta est, & justítia de cœlo prospéxit. *Ps.* 84. 11. 12. ℣. De María natus est Jesus, qui vocátur Christus. *Matt.* 1. 16. * Véritas.

Lectio v.

MAgna quidem præcónia: sed & devóta humílitas nihil sibi passa retinére, in eum magis univérsa refúdit, cujus in se beneficia laudabántur. Tu, inquit, magníficas matrem Dómini: sed [magníficat ánima mea Dóminum.] In voce mea filium pérhibes exultásse in gaúdio: sed [exultávit spíritus meus in Deo salutári meo:] & ipse quoque, tanquam amícus sponsi, gaúdio gaudet ad

vocem sponsi. Beátam esse dicis quæ credidísset : sed credulitátis & beatitúdinis causa respéctus est supérnæ pietátis, ut ex hoc magìs beátam me dicant omnes generatiónes; quia ancíllam húmilem & exíguam respéxit Deus.

℟. Christi generátio sic erat : Mater ejus * María invénta est in útero habens de Spíritu-sancto. *Matt.* 1. 18. ℣. Creávit Dóminus novum super terram : fémina circúmdabit virum. *Jer.* 31. 22. * María.

Lectio vj. §. 13.

VErúmtamen, numquid putámus, fratres, Elísabeth sanctam in eo, quod per Spíritum útique loquebátur, erráſſe ? Absit. Beáta planè quam respéxit Deus, & beáta quæ crédidit. Hic enim magnus divínæ respectiónis éxtitit fructus. Ineffábili síquidem artifício Spíritûs superveniéntis, tantæ humilitáti magnanímitas tanta in secretário virgínei cordis accéssit, ut hæ quoque nihilóminus fiant stellæ ex respéctu mútuo clarióres, quòd vidélicet nec humílitas tanta mínuit magnanimitátem, nec magnanímitas tanta humilitátem.

℟. Deus ex sémine David * Secúndùm promissiónem † Edúxit Israël salvatórem Jesum. *Act.* 13. 23. ℣. Jurávit Dóminus David veritátem : De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. *Ps.* 131. 11. * Secúndùm. Glória. † Edúxit.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. *d.* Ego sum, ego sum, quæ Dómino canam : cessavérunt fortes, donec súrgeret mater in Israël. *Judic.* 5. 3. 7.

Ant. 6. F. Ego mater pulcræ dilectiónis, & timóris, & agnitiónis, & sanctæ spei. *Eccli.* 24. 24.

Ant. 5. a. Fructificávi suavitátem odóris : & flores mei fructus honóris & honestátis. *Eccli.* 24. 23.

℣. Ego diléćto meo, ℟. Et diléctus meus mihi. *Cant.* 6. 2.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 1. 39. *ad* 47.

EXúrgens María in diébus illis ábiit in montána cum festinatióne, in civitátem Juda : & intrávit in domum Zacharíæ, & salutávit Elísabeth. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Epíscopi.

Expos. Evang. sec. Luc. lib. 2. §. 22.

VEnit propínqua ad próximam, júnior ad seniórem : nec solùm venit, sed étiam prior salutávit; decet enim ut quantò cástior virgo, tantò humílior sit. Nóverit honórem deférre senióribus. Sit magístra humilitátis, in qua est

proféssio castitátis. Est & causa pietátis, est étiam norma doctrínæ. Contuéndum est enim quia supérior venit ad inferiórem, ut inférior adjuvétur: María ad Elísabeth, Christus ad Joánnem. Dénique étiam póstea, ut sanctificáret baptísmum Joánnis, Dóminus venit ad baptísmum. Citò quoque advéntûs Maríæ, & præséntiæ Domínicæ benefícia declarántur.

℟. Exultávit spíritus meus in Deo salutári meo; quia * Respéxit humilitátem ancíllæ suæ. *Luc.* 1. 47. 48. ℣. Ecce nubécula parva quasi vestígium hóminis ascendébat de mari; & facta est plúvia grandis. 3. *Reg.* 18. 44. 45. * Respéxit.

Lectio viij. §. 23.

VOcem prior Elísabeth audívit, sed Joánnes prior grátiam sensit: illa natúræ órdine audívit, iste exultávit ratióne mystérii: illa Maríæ, iste Dómini sensit advéntum: fémina mulíeris, & pignus pígnoris. Istæ grátiam loquúntur, illi intus operántur, pietatísque mystérium matérnis adoriúntur proféctibus; duplicíque miráculo prophétant matres spíritu parvulórum. Exultávit infans, repléta est mater. Non priùs mater repléta, quàm fílius; sed cùm fílius esset replétus Spíritu-sancto, replévit & matrem.

℟. Beátam me dicent omnes generatiónes; quia * Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. *Luc.* 1. 48. 49. ℣. Veníte, audíte, & narrábo, omnes qui timétis Deum, quanta fecit ánimæ meæ. *Ps.* 65. 16. * Fecit.

Pro SS. Processo & Martiniano.

De Sermóne sancti Gregórii Papæ.

Homil. 32. in Evang. hab. in Basil. SS. Processi & Martiniani, die Nat. eorum, circa finem.

Lectio ix.

AD sanctórum Mártyrũ córpora consístimus, fratres mei. Numquid isti carnẽ suã in mortẽ darent, nisi eis certíssimè constitísset esse vitam pro qua mori debuíssent? Et ecce, qui ita crediderunt, miráculis corúscant. Ad extíncta namque eórum córpora vivéntes ægri véniunt, & sanántur; perjúri véniunt, & à dæmónio vexántur; dæmoníaci véniunt, & liberántur. Quómodo ergo vivunt illic ubi vivunt, si in tot miráculis vivunt hìc ubi mórtui sunt?... Hos, fratres caríssimi, in causa vestri exáminis quam cum distrícto júdice habébitis, patrónos fácite: hos in die tanti terróris, defensóres adhibéte.... Adsunt defensóres nostri sancti Márty-

tres, rogári volunt; atque, ut ita dixerim, quærunt ut quærántur. Hos ergo adjutóres vestrís oratiónibus quærite: hos protectóres vestri reátûs, inveníte; quia, ne puníre peccatóres débeat, rogári vult & ipse qui júdicat.

℟. Misericórdia Dómini à progénie in progénies timéntibus eum. * Fecit poténtiam in bráchio suo; † Dispérsit supérbos, & exaltávit húmiles. *Luc.* 1. 50. 51. 52. ℣. Non deséruit sperántes in se; & interfécit in manu mea hostem pópuli sui. *Judith* 13. 17. 18. * Fecit. Glória. † Dispérsit.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Magnificáte Dóminum mecum, ℟. Et exaltémus nomen ejus in idípsum. *Ps.* 33. 4.

AD LAUDES.

Ant. 2. D. MUltæ filiæ congregavérunt divítias; tu supergréssa es univérsas. *Prov.* 31. 29.

Ant. 4. *irr.* c. Benedíctus Dóminus, qui te diréxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum nostrórum. *Judith* 13. 24.

Ant. 7. c. Per manum féminæ percússit illum Dóminus Deus noster. *Judith* 13. 19.

Ant. 5. *F.* Benedícta tu.

CANTICUM. *Judith* 13. *v.* 13.
Mulieris Deum & victoriam ferentis Canticum.

APeríte portas, quia nobíscum est Deus, * qui fecit virtútem in Israël.....

Laudáte Dóminum Deum nostrum, * qui non deséruit sperántes in se:

Et in me ancilla sua adimplévit misericórdiam suã, * quam promísit dómui Israël:

Et interfécit in manu mea, * hostem pópuli sui...

Confitémini illi, omnes, quóniam bonus: * quóniã in séculum misericórdia ejus.

Ant. Benedícta tu in muliéribus; inveníſti enim grátiam apud Deum. *Luc.* 1. 28. 30.

Ant. 1. a. Deus osténdet splendórem suum in te, omni qui sub cœlo est. *Baruch* 5. 3.

CAPITULUM. *Prov.* 3. 17. 18.

VIæ sapiéntiæ, viæ pulcræ; & omnes sémitæ illíus, pacíficæ. Lignum vitæ est his qui apprehénderint eam: & qui tenúerit eam, beátus.

HYMNUS. *Santol Vict.*

MONTES, supérbum vérticem,
Quà Virgo transit, súbdite;
Cui se libénter stérnerent
Vel ipsa cœli sídera.

OCCULTA quæ latet domi,

Audet foràs se pródere:
Semper sibi timens pudor
Se caritáte prótegit.

It illa; non nectit moras:
Fugit vidéri, nec minùs
Fugit vidére, ne suo
Quidquam pudóri détrahat.

Beata, quam pressit pede
Tellus! beáta sémita!
Colles beáti, qui simul
Cum matre sensístis Deum!

Beatiores hóspites,
Vos ô quibus cœléstia,
Loquénte matre Vírgine,
Audíre verba cóntigit!

* Mundo Redémptor qui venis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre; nec tibi minor
Laus, utriúsque Spíritus.
Amen.

℣. Venit mihi gáudium à Sancto, ℟. Super misericórdia, quæ véniet nobis ab ætérno Salutári nostro. *Baruch* 4. 22.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G. * Benedíctus Dóminus Deus Israël; quia visitávit, & fecit redemptiónem plebis suæ. *Luc.* 1. 68.

Oratio. Orémus.

Adésto Ecclésiæ tuæ, miséricors Deus; & fílios adoptiónis júgiter in ejus sinu purífica, qui Maríæ clausus útero, Joánnem in sinu Elísabeth sanctificásti; Qui vivis.

Fit Commem. SS. Apostolorum, *Ant.* Resurréxit, ℣. Magnificéntiam, *Orat.* Deus, qui hodiérnam diem, 424.

Deinde SS. Processi & Martiniani, *Ant.* Beáti, ℣. Multæ, *Oratio*, Mártyrum tuórum, xviij.

Ad Horas, *in fine Hymnorum*, *Doxolog.* * Mundo Redémptor qui venis, &c. *ut suprà.*

A D P R I M A M.

Ant. Multæ fíliæ.

In ℟. *br.* ℣. Mundo Redémptor qui venis.

C A N O N.

Ex Concílio Ephesíno primo Œcuménico.

An. 431. *ex Epistola Julii Papæ ad Docimum.*

Ad fidei plenitúdinem incarnátus quoque Dei Fílius ex María Vírgine prædicátur; perféctus Deus in carne, & homo perféctus in spíritu: non duo fílii, unus quidem germánus fílius qui suscépit hóminem, alter verò homo mortális à Deo assúmptus: sed unus Unigénitus in cœlo, Unigénitus in terra Deus.

A D T E R T I A M.

Ant. Benedíctus Dóminus.

Capitulum. *Gen.* 3. 14. 15.

Ait Dóminus Deus ad serpéntem: Inimicítias ponam inter te & mulíerem, & semen tuum & semen illíus: ipsa cónteret caput tuum.

℟. *br.* Benedíxit te Dóminus * In virtúte sua ; ℟. Benedíxit. ℣. Quia per te ad níhilum redégit inimícos nostros. * In virtúte. Glória. ℟. Benedíxit. *Judith* 13. 22.

℣. Nova bella elégit Dóminus, ℟. Et portas hóstium ipse subvértit. *Judic.* 5. 8.

AD SEXTAM.

Ant. Per manum féminæ.

Capitulum. *Apoc.* 12. 9.

PRojéctus est draco ille magnus, serpens antíquus, qui vocátur diábolus & sátanas, qui sedúcit univérsum orbem.

℟. *br.* Dóminus omnípotens * Nócuit eum, ℟. Dóminus. ℣. Et trádidit eum in manus féminæ. * Nócuit. Glória. ℟. Dóminus. *Judith* 16. 7.

℣. Salvátæ sunt relíquiæ pópuli ; ℟. Dóminus in fórtibus dimicávit. *Judic.* 5. 13.

AD NONAM.

Ant. Deus.

Capitulum. *Judith* 13. 25.

NOmen tuum Dóminus ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum, qui mémores fúerint virtútis Dómini in ætérnum.

℟. *br.* Vocábunt te, * Civitátem Dómini. ℟. Vocábunt. ℣. Sion Sancti Israël. * Civitátem. Glória. ℟. Vocábunt. *Isai.* 60. 14.

℣. Gloriósa dicta sunt de te, ℟. Cívitas Dei. *Ps.* 86. 3.

AD VESPERAS.

Ant. 1. D. MAría ábiit in montána cum festinatióne, in civitátem Juda. *Luc.* 1. 39.

Ant. 2. D. Intrávit in domum Zacharíæ, & salutávit Elísabeth. *Luc.* 1. 40.

Ant. 3. *a.* Exclamávit voce magnâ Elísabeth : Unde hoc mihi, ut véniat mater Dómini mei ad me ? *Luc.* 1. 41. 43.

Ant. 6. C. Ecce ut facta est vox salutatiónis tuæ in áuribus meis, exultávit in gaúdio infans in útero meo. *Luc.* 1. 44.

Ant. 8. G. Beáta, quæ credidísti, quóniam perficiéntur ea quæ dicta sunt tibi à Dómino. *Luc.* 1. 45.

Capitulum. *Sap.* 8. 16.

NOn habet amaritúdinem convérsatio sapiéntiæ, nec tædium convíctus illíus, sed lætítiam & gaúdium.

In Metrop. ℟. Exultávit infans in útero Elísabeth ; & * Repléta est Spíritu-sancto : mansit autem María cum illa quasi ménsibus tribus. *Luc.* 1. 41. 56. ℣. Mansit arca Dei in domo Obédedom tribus ménsibus ; & benedíxit Dóminus dómui ejus, & ómnibus quæ ha-

bébat. 1. *Par.* 13. 14. * Repléta est. Glória. * Repléta est.

Hymnus, Ad prima verba, *ut in Officio Nocturno.*

℣. Vox exultatiónis & salútis in tabernáculis justórum. ℟. Déxtera Dómini fecit virtútem. *Ps.* 117. 15. 16.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Ait María : Magníficat ánima mea Dóminum ; & exultávit spíritus meus in Deo salutári meo. *Luc.* 1. 46. 47.

Fit Commem: SS. *Apostólorum*, *Ant.* Vidi, ℣. Lucétis, 426. *Orat.* Deus, qui hodiérnam diem, 424.

Completorium ut in Psalterio.

DIEBUS
INTRA OCTAVAM
SS. Apostolorum Petri & Pauli.

AD OFFICIUM NOCT.

INVIT. & *Hymnus*, *ut in die*, 418.

Novem Psalmi de Feria.

Tres Antiphonæ, ℣. & ℟℟℟. *de Communi Apostolorum*, *secundùm Feriam.*

Lectio j. & ij. *de Scriptura occurrente : ex tribus fiunt duæ.*

Lectio iij. *infrà in qualibet Feria.*

℣. SACERD. Annuntiáte, *de Communi*, v.

AD LAUDES.

Ps. de Feria, & sic in toto Officio.

Ant. sola 1. â. Isti hómines servi Dei excélsi sunt, qui annúntiant vobis viam salútis. *Act.* 16. 17.

Reliqua ut in die, 415.

AD HORAS, *Omnia de Comm. Apostolorum. Orat. ut in die Festi.*

AD VESPERAS.

Ant. sola 3. g. Salútem de qua exquisiérunt Prophétæ, evangelizavérunt vobis. 1. *Petr.* 1. 10. 12.

Reliqua ut in die, 423. *omisso Responsorio.*

DOMINICA *intrà Octavam*, *aut in ipsa Octava*, *occurrente ; totum Officium de Dominica ut in Psalterio*, *incipiendo à primis Vesperis*, *quæ erunt integræ de Sabbato ante Dominicam occurrentem*, *cum Commemoratione Octavæ*, *in Laudibus & Vesperis.*

DIE III.
De Octava
SS. PETRI ET PAULI.
Ex Epístola prima sancti Cleméntis Papæ & Mártyris, ad Corínthios.

Lectio iij. 6. 5.

PEtrus ob iníquam æmulatiónem non unum aut álterum, sed multos sustínuit labóres ; atque ita martyr efféctus, discéssit ad débitum glóriæ locum. Propter æmulatiónem Paulus patiéntiæ præmium

obtínuit, cùm caténas sépties portásset, vapulásset, lapidátus esset; præco factus in Oriénte ac Occidénte, exímium fidei suæ decus accépit; totum mundum docens justítiam; & ad Occidéntis términum véniens, & sub Princípibus martyrium passus, ita è mundo migrávit, atque in locum sanctum ábiit, patiéntiæ magnũ exémplar factus.

In Vesperis, *fit Commemoratio Translationis S. Martini, Turonensis Episcopi, Ant.* Respéxit, ℣. Quæsivit, xxiij. *Oratio*, Quæsumus, *infrà*.

Die IV.

De Octava SS. Petri et Pauli.

Lectio iij.

Ex S. Dionys. Episc. Corinth. Epist. ad Roman. apud Euseb. lib. 2. Hist. cap. 25. in fine.

Petrum & Paulum uno eodémque témpore martyrium subiísse, Dionysius Corinthiórum Epíscopus ad Romános scribens, testátur his verbis: Ita & vos, inquit, tantâ admonitióne vestrâ, seméntem quæ Petri ac Pauli satióne succréverat, Romános scílicet & Corínthios, simul commiscuístis. Ambo enim illi in urbem nostram Corínthum ingréssi, sparso Evangélicæ doctrínæ sémine, nos instituérunt, & in Itáliam simul proféčti, cùm vos similiter instituíssent, eódem témpore martyrium pertulérunt.

Pro Commemorat. Translationis S. Martini, Ant. In bonitáte, ℣. Státuit, xxvij.

Oratio. Orémus.

Quæsumus, Dómine, cleméntiam tuam, ut in hac die quam Translatióne beáti Pontíficis Martíni consecrásti, des nobis illam sequi doctrínam, quam ille & verbo dócuit, & ópere complévit; Per Dóminum.

Die V.

De Octava SS. Petri et Pauli.

De expositióne sancti Joánnis Chrysóstomi in Epístolam ad Romános.

In cap. 16. Homil. 32.

Lectio iij.

Beátam Romam prædi-
co, quòd erga illos
Paulus dum víveret
ádeo fuit benévolus, áde
illos amávit, & coram di
séruit, & postrémò vita
apud eos finívit; cujus sa
ctum corpus ipsi póssiden
& proptérea cívitas illa hi
facta est insígnis mag
quàm ab áliis rebus óm
bus: & tanquam cor
magnum ac válidum d
habet óculos fulgéntes,
ctórum vidélicet h
córpora. Non ita c
spléndéscit quando r

sol demíttit, quemádmodum Romanórum urbs duos istos fulgóres ubíque terrárum emittens. Hinc rapiétur Paulus, hinc Petrus. Consideráte, & mirámini, quale spectáculum visura sit Roma: Paulum vidélicet repénte ex thecâ illa cum Petro resurgéntem in occúrsum Dómini sursum ferri.

VESPERÆ *de die Octava.*

Omnia ut in I. Vesperis de Communi Apostolorum, j. præter Hymnum.

Hymnus, Ambo divíni, *ut in II. Vesperis Festi*, 430.

℣. Loquéntur ut notam fáciant filiis hóminum poténtiam tuam, ℟. Et glóriam magnificéntiæ regni tui. *Ps.* 144. 11. 12.

Oratio, Deus, qui beátos Apóstolos, *infrà.*

DIE VI.

Octava

SS. PETRI ET PAULI,

SEMIDUPLEX.

Omnia de Communi Apostolorum, j. exceptis quæ hìc notantur.

AD OFFICIUM NOCT.

INVIT. & Hymnus, Mundus magnánimos, *ut in die*, 426.

Tres Antiphonæ, ℣. & ℟℟. ex uno è Nocturnis de Communi, secundùm Feriam.

Sermo sancti Leónis Papæ.
Serm. 1. in Natali Apostol. Petri & Pauli.

Lectio ij.

OMnium quidem sanctárum solemnitátum, dilectíssimi, totus mundus est párticeps; & uníus fidei píetas éxigit, ut quidquid pro salúte universórum gestum recólitur, commúnibus ubíque gaúdiis celebrétur. Verúmtamen hodiérna festívitas præter illam reveréntiam quam toto terrárum orbe proméruit, speciáli & próprià nostræ urbis exultatióne venerànda est, ut, ubi præcipuórum Apostolórum glorificátus est éxitus, ibi in die Martyrii eórum sit lætítiæ principátus. Isti enim sunt viri, per quos tibi Evangélium Christi, Roma, resplénduit; & quæ eras magístra erróris, facta es discípula veritátis.

Lectio iij.

ISti sunt patres tui veríque pastóres, qui te regnis cœléstibus inseréndam multò mélius multòque felíciùs condidérunt, quàm illi quorum stúdio prima mœnium tuórum fundaménta locáta sunt; ex quibus is qui tibi nomen dedit, fratérnâ te cæde fœdávit. Isti sunt, qui te ad hanc glóriam provexérunt; ut gens sancta, pópulus eléctus, cívitas sacerdotális & régia, per sacram beáti Petri sedem caput or-

bis effécta, látiùs præsidéres religióne divínâ, quàm dominatióne terrénâ. Quamvis enim multis aucta victóriis, jus impérii tui terrâ maríque protúleris; minus tamen est quod tibi béllicus labor súbdidit, quàm quod pax Christiána subjécit.

Ad Laudes, *Antiphonæ quinque de Communi*, v.

Reliqua ut in die præter Orationem.

Oratio. Orémus.

Deus, qui beátos Apóstolos Petrum & Paulum insígnes præ céteris veritátis Evangélicæ præcónes esse fecísti; concéde, quæsumus, ut, per eórum intercessiónem, ad ætérnæ pátriæ perveniámus hereditátem, per quorum doctrínam, fidei tenémus integritátem; Per Dóminum.

Ad Horas, *ut in Communi Apostolorum. Orat.* Deus, qui beátos Apóstolos, *suprà.*

Ad Vesperas, *Antiphonæ quinque de Communi. Cetera ut in die, omisso Responsorio.*

Oratio, Deus, qui beátos Apóstolos, *suprà.*

Fit Commemoratio S. Pantæni Presbyteri, Ant. Sanctificábor, ℣. Sacerdótes, xliij. *Oratio*, Dómine Deus, xlvij.

¶ Dominica *post Octavam SS. Petri & Pauli, fit Anniversarius dies Dedicationis Ecclesiæ Metropolitanæ*, Annuale-minus *per totam Diœcesim, cum Octava in iis tantùm Ecclesiis quæ propriam non habent Dedicationem; sine Octava verò, ubi fuerit Dedicatio propria.*]

Die VII.

In Festo

SANCTI PANTÆNI,

Presbyteri Alexandrini.

Simplex.

De Communi SS. Presbyterorum, xlij.

Lectio iij.

Ex Hier. lib. de viris illustr. cap. 36. & Euseb. lib. 5. cap. 10. 11.

Pantænus Présbyter, priùs Stóicæ sectæ philósophus, cujus pátriam desígnans Clemens Alexandrínus, apem Sículam vocat, quæ prophétici & apostólici prati flores decérpens, sincéram & incorrúptam ingenerávit cognitiónem in eórum ánimis, qui ipsum audiébant, magnæ fuit in sacra & seculári litteratúra eruditiónis. Philosophórum & hæreticórum dógmata diligéntiùs perscrutátus est, cujus exémplum sequéndum sibi putávit Orígenes, ne, si hæc ignoráret, ad eos convincéndos imparátior invenirétur. Ejus multi in sanctam Scriptúram Commentárii thesáuros sciéntiæ pósteris dereliquérunt. Non minùs

vivâ voce prófuit Ecclésiis; cœpit enim ſub Marco Aurélio præéſſe illi Alexandrínæ ſcholæ quæ ab Apoſtólicis tempóribus inſtitúta, per plura sécula durávit. Alexándrum Jeroſolymórum Epíſcopum & Mártyrem, & Cleméntem Alexandrínum præcípuos hábuit diſcípulos, & hunc in Scripturárum ſchola ſucceſſórem. Orientálibus géntibus à Demétrio Evangélii prædicátor ordinátus, penetrávit uſque ad Indos, ibíque verè Apoſtólico ánimi ardóre Bracmanórum ſuperſtitióni Evangélicam fidem oppóſuit. Alexandríam revérſus, ſub Sevéro & Caracálla princípibus nóbilem vitam admirábili fine conclúſit.

Veſpera de Pſalterio.

Commemoratio S. Quintini Martyris, Ant. Qui vicerit, ℣. Vincénti, ix. *Oratio*, Omnípotens, *infrà.*

¶ *In Eccleſia Metropolitana, Veſpera de S. Quintino, ut in Communi*, viij. *Oratio*, Omnípotens, *infrà.*]

DIE VIII.

SANCTI QUINTINI, Martyris

Commemoratio.

In Laudibus, Ant. Glorificátus ſum, ℣. Dóminus, xij.

Oratio. Orémus.

Omnípotens ſempitérne Deus, qui nos ſancti Quintíni Mártyris tui feſtivitáte lætíficas; præſta ut cujus commemoratióne gaudémus, ejus præsídio muniámur; Per Dóminum.

Veſpera de SS. Eraclio & Paulo.

¶ *In Eccleſia Metropolitana fit Feſtum* SEMIANNUALE *de S. Quintino.*

Omnia de Communi unius Martyris, viij. *exceptis quæ ſequuntur. Oratio*, Omnípotens, *ſuprà.*

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

Ex S. Greg. Turon. & aliis.

Quintínus, Maximiáno & Diocletiáno Imperatóribus, Româ in Gállias, Chriſti fidem prædicatúrus, cum ſóciis áliquot venit. In his fuiſſe ſanctum Luciánum, qui Bellóvacis Evangélium prædicávit, & ibi Martyr occúbuit, teſtátur ſanctus Audoénus Rotomagénſis in vita ſancti Elígii. Quintínus verò cùm Ambiánis fervénti zelo & magnâ conſtántiâ munus idem perfíceret, à Rictio Varo exquiſítis torméntis cruciátus; deínde apud Augúſtam Veromanduórum duábus ſúdibus férreis à cervíce uſque ad crura transfixus, poſtrémò cápite truncátus eſt.

Lectio v.

CORpus ejus in Súminam projéctum Eusébia pia múlier post annos quinquagínta quinque, reveláme Angelo, invénit; statímque oculórum usum, quo dudum fúerat orbáta, recuperávit. Illud in monte sepelívit prope urbem, sacellúmque túmulo superstrúxit. Glóriam Mártyris sui Deus ibi multis testátus est miráculis. Séptimo verò século ignorántibus pósteris quo in loco Ecclésiæ jacéret thesáurus ille in terra abscónditus, eum Elígio Deus patefécit.

Lectio vj.

SAncti Quintíni corpus de terra sublátum Elígius piè osculátus, dentes è maxílla in languéntium medélam ábstulit; tumque ex dentis radíce sánguinis gutta stillávit. Clavos étiam prægrándes córpori ejus quondam à tortóribus infíxos, è cérebro ceterísque ártubus avúlsos, & capillos ejúsdem, velut sacras relíquias sibi servávit. Deinde pállio holosérico obvolútum corpus, ponè altáre cóndidit; tumulúmque miro ópere désuper fabricávit ex auro, argénto & gemmis: auctâ étiam Basílicâ, in qua, ut in céteris locis quæ ditávit Elígius, signa & virtútes Dóminus operátus est.

IN III. NOCTURNO.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 16. 24. *ad* 27.

IN illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis: Si quis vult post me veníre, ábneget semetípsum, & tollat crucem suam, & sequátur me. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

Homil. 32. *in Evang.*

QUia Dóminus ac redémptor noster novus homo venit in mundum, nova præcépta dedit mundo. Vitæ étenim nostræ véteri in vítiis enutrítæ, contrarietátem oppósuit novitátis suæ. Quid enim vetus, quid carnális homo nóverat, nisi sua retinére, aliéna rápere si posset; concupíscere si non posset? Sed cœléstis médicus síngulis quibúsque vítiis obviántia ádhibet medicaménta. Nam sicut arte medicínæ cálida frígidis, frígida cálidis curántur: ita Dóminus noster contrária oppósuit medicaménta peccátis; ut lúbricis continéntiam, tenácibus largitátem, iracúndis mansuetúdinem, elátis præcíperet humilitátem.

Lectio viij.

CErtè cùm se sequéntibus nova mandáta propóneret, dixit: [Nisi quis renuntiáverit ómnibus quæ póssidet, non potest meus

esse discípulus.] Ac si apértè dicat: Qui per vitam véterem aliéna concupíscitis, per novæ conversatiónis stúdium & vestra largímini. Quid verò in hac lectióne dicat, audiámus: [Qui vult post me veníre, ábneget semetípsum.] Ibi dícitur ut abnegémus nostra, hìc dícitur ut abnegémus nos. Et fortásse laboriósum non est hómini relínquere sua, sed valde laboriósum est relínquere semetípsum. Minus quippe est abnegáre quod habet; valde autem multum est, abnegáre quod est.

Lectio ix.

AD se autem nobis veniéntibus Dóminus præcépit, ut renuntiémus nostris: quia quicúmque ad fidei agónem venímus, luctámen contra malígnos spíritus súmimus. Nihil autem malígni spíritus in hoc mundo próprium póssident. Nudi ergo cum nudis luctári debémus. Nam si vestítus quisquam cum nudo luctátur, cítiùs ad terram dejícitur, quia habet unde teneátur. Quid enim sunt terréna ómnia, nisi quædam córporis induménta? Qui ergo contra diábolum ad certámen próperat, vestiménta abjíciat, ne succúmbat..... Nec tamen sufficit nostra relínquere, nisi relinquámus & nos. Quid est quod dícimus, Relinquámus & nos?... Relinquámus nosmetípsos quales peccándo nos fécimus, & maneámus nosmetípsi quales per grátiam facti sumus.

In Vesperis, *Commemoratio SS. Eraclii & Pauli, Senonensium Episcoporum, Ant.* Super muros tuos, ℣. Sacerdótes, xxx. *Oratio*, Deus, qui pópulis tuis, xxxiij.]

Die IX.

In Festo

SS. ERACLII ET PAULI, fratrum, Senonensium Episcoporum.

Duplex-Minus.

De Communi plurium SS. Pontificum, xxix.

Lectio ij.

Ex Catalogo Episc. Senon.

ERáclius, géneris claritáte illústris, post sanctum Agrícium magni mériti virum, Ecclésiam Senonénsem gubernándam suscépit. Sancti Remígii coætáneus, Remis adfuisse tráditur dum Clodovéus lustrálibus baptísmatis aquis ablútus est. Ecclésiam in subúrbio Senonénsi sub invocatióne sancti Joánnis Evangelístæ ædificávit in puellárũ domicílium. Transáctis in Ecclésiæ suæ solicitúdine plúribus annis, plenus méritis migrávit ad Dóminum, & in sancti Joánnis Vírginum cœnóbio sepúltus est: unde in majórem

ſancti Stéphani Basílicam poſt áliquot annos tranſlátus, in argéntea capſa recónditus fuit. Sanctus Paulus germánus Eráclii frater, pari vitæ mérito, próximus illi ſuccéſſor Sénonis incláruit. Ceſſit è vita regnánte Childebérto fílio Clodovéi magni, & in eádem capſa cum fratre póſtea repóſitus eſt; unde ſicut non ſunt ſejúncti córpore, ita neque ſolemnitáte.

De Sermóne ſancti Auguſtíni Epíſcopi, de Paſtóribus.
Serm. 46. §. 2.
Lectio iij.

NOs, quos in iſto loco, de quo periculóſa rátio rédditur, Dóminus ſecúndùm dignatiónem ſuam, non ſecúndùm méritum noſtrum conſtítuit, habémus duo quædam; unum, quòd Chriſtiáni ſumus, álterum, quòd Præpóſiti ſumus. Illud quòd Chriſtiáni ſumus, propter nos eſt: quòd autem Præpóſiti ſumus, propter vos eſt. In eo quòd Chriſtiáni ſumus, atténditur utílitas noſtra: in eo quòd Præpóſiti, non niſi veſtra. Sunt autem multi Chriſtiáni, & non Præpóſiti, qui pervéniunt ad Deum, facilióre fortáſſe itínere, & tantò fortè expedítiùs ambulántes, quantò minórem ſárcinam portant. Nos autem, excépto quòd Chriſtiáni ſumus, unde ratiónem reddémus Deo de vita noſtra, ſumus étiam Præpóſiti, unde ratiónem reddémus Deo de diſpenſatióne noſtra. Cum ergo Præpóſiti ad hoc ſint, ut his qui ſubjécti ſunt cónſulant; non in eo quòd præſunt, omníno utilitátem ſuam atténdant, ſed eórum quibus miníſtrant. Quiſquis ita Præpóſitus eſt, ut in eo, quòd Præpóſitus eſt, gaúdeat, & honórem ſuum quærat, & cómmoda ſua ſola reſpíciat, ſe paſcit, non oves. Ad hos ſermo dirígitur. Audíte tanquam oves Dei, & vidéte quemádmodum vos ſecúros fécerit Deus: qualeſcúmque ſint qui vobis præſunt, id eſt, qualeſcúmque nos ſimus; vobis ſecuritátem dedit, qui paſcit Iſraël. Nam Deus non déſerit oves ſuas; & mali paſtóres pœnas débitas luent, & oves promíſſa percípient.

In Vesperis, *fit Commemoratio SS. Septem Fratrum, &c. Martyrum, Ant.* Communicántes, ℣. Viríliter, xv. *Oratio*, Præſta, *infrà.*

Die X.
In Feſto
SS. SEPTEM FRATRUM,
ac S. Felicitatis eorum matris, Martyrum.
Simplex.

De Communi plurium Martyrum, xiv.
Oratio, Præſta, *infrà.*

Lectio iij.
Ex Actis apud Sur. & Ruinart.

SEptem Fratres, filii sanctæ Felicitátis, Romæ in persecutióne Marci Aurélii Antoníni, à Públio Præfécto primùm blandítiis, deínde terróribus tentáti, ut ejuráta Christi fide idólis sacra fácerent: ex pia matris adhortatióne hanc hausére constántiam, quæ nec grátiâ flecti, nec minis frangi pótuit. Igitur in fidei confessióne perseverántes, váriè necáti sunt. Januárius plumbátis cæsus est: Felix & Philíppus fústibus contúsi: Silvánus ex altíssimo loco præceps dejéctus: Alexándro, Vitáli, & Martiáli caput amputátum. Mater eórum, quarto pòst mense, abscísso cápite, eámdem martyrii palmam consecúta est.

Oratio. Orémus.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus; Per Dóminum.

Vespera de Festo sequenti.

DIE XI.
In Festo
SANCTI BENEDICTI,
Abbatis.

Semiduplex.

De Communi SS. Abbatum, xlix.

Oratio, Deus, qui beátum Benedíctum, *infrà.*

Lectio ij.
Ex S. Greg. l. 2. Dial. & aliis.

BEnedíctus, Núrsiæ in Sabínis claro génere ortus, relíctis, quibus Romæ instituebátur, liberálibus disciplínis, ut totum se Christo daret, in altíssima spelúnca, eo loco qui Súblacus dícitur, per triénnium delítuit. Sed jam erumpénte ex illis látebris famâ ejus sanctitátis, quidam mónachi se illi instituéndos tradidérunt: qui póstea cùm regulárem ejus disciplinam ferre non possent, venénum ipsi miscent in potu. Ille póculum oblátum crucis signo confrégit, ac relícto monastério in solitúdinē se recépit. Sed cùm multi ad eum quotídie discípuli convenírent, duódecim monastéria ædificávit. Póstea migrávit Casínum anno quingentésimo vigésimo nono, ubi simulácrum Apóllinis commínuit, & aram evértit; ibíque sancti Joánnis-Baptístæ, & sancti Martíni sacélla constrúxit: íncolas autem ímbuit Christiánis præcéptis. Scripsit Monachórum régulam, quam sanctus Gregórius discretióne præcípuam, sermóne luculéntam appéllat.

Lectio iij.

MUlta prophético spíritu ventúra prædíxit. Aliquot antè ménsibus quàm

è vita migráret, præmónuit discípulos quo die esset moritúrus: ac sepúlcrum, in quo suum corpus condi vellet, sex antè diébus quàm eò inferrétur, jussit aperíri: sextóque die deférri se vóluit in Oratórium, ubi Domínici córporis & sánguinis perceptióne munítus, sublátis in cœlum mánibus orans, inter manus discipulórum ánimam efflávit, vigésimo primo die Mártii, anno salútis quingentésimo quadragésimo tértio. Sancti viri corpus, unà cum relíquiis sanctæ Scholásticæ soróris ejus, è Cassinénsi monastério à sancto Aigúlfo Mártyre in Gállias advéctum, atque in cœnóbium Floriacénse, nunc sancti Benedícti ad Lígerim, translátum est circa annum sexcentésimum sexagésimū, undécimâ die Júlii.

Oratio. Orémus.

Deus, qui beátum Benedíctum Abbátem de ejus, quæ in mundo est, concupiscéntiæ corruptióne edúctum, tibi fidéliter adhærére fecísti; præsta, quæsumus, ut ejus imitatióne in tua disciplína perseverántes, supérnæ vocatiónis nostræ bravíum ássequi mereámur; Per Dóminum nostrum.

Vespera à Capitulo de Festo sequenti, cum Commemoratione S. Benedicti, Ant. Secésserat, l. ℣. Venérunt, *Oratio*, Deus, qui beátum, *suprà.*

DIE XII.

In Festo

SANCTI THEOBALDI,

Presbyteri & Solitarii.

Semiduplex.

De Communi Anachoretarum, l. *Oratio*, Omnípotens, liv.

Lectio ij.

Theobáldus, in oppido Pruvinénsi Diœcesis Senonénsis, ex illústri Campániæ Cómitum stirpe natus, relíctis paréntibus & spretis ópibus amplíssimis, vitam eremíticam ampléxus est adoléscens, atque ut in ea servíret Deo libériùs trans Rhenum secéssit, vilióribus ibi ac servílibus opéribus, non minùs laboriósè quàm humíliter victum sibi quotídie cómparans. Post exáctos in solitúdine annos áliquot, vulgátam virtútis suæ famam fúgiens, pétiit Itáliam, & intra colles Salanicénses prope Vicétiam cónstitit.

Lectio iij.

Nec lícuit ibi diu latére: sparso enim virtútum suárum rumóre próditus, à Vicétiæ Epíscopo, sacris Ordínibus initiátur invítus. Novæ dignitáti nova accéssit grátia, majórque in dies vitæ sánctitas; donec duríssimis pœniténtiæ labóribus, & diutúrno gravíque mor-

bo consúmptus, post recéptum Domınici córporis Viáticum, spíritum Deo réddidit, anno millésimo sexagésimo sexto: commendátâ priùs Petro Abbáti Vangadítiæ Ordinis Camaldulénsium, matre piissimâ, quæ & ipsa filii exémplis permóta, paúperem casam in eádem erémo sibi construxerat.

Vespera de Festo sequenti, cum Commemoratione S. Theobaldi, Ant. Omnis, ℣. Beáta gens, lvj, *Oratio*, Omnípotens, liv.

DIE XIII.

In Festo

S. SILÆ, GENTIUM

Apostoli.

Semiduplex.

Omnia de Communi Apostolorum, j.

Oratio, Beátus Silas, *infrà*.

Lectio ij.

Ex Actis Apost. Epist. Petri & Pauli; & Usuardo.

SIlas, qui & Silvánus, ab Apóstolis eléctus est, qui cum Juda epístolam perférret Antiochíam, & reférret de gestis à Synodo Jerosolymitána. Quam epístolam cùm legíssent fratres, gavísi sunt super consolatióne. Judas autem & Silas, & ipsi cùm essent Prophétæ, consoláti sunt eos, & confirmavérunt. Inde Silas cum Paulo Apóstolo proféctus, perambulávit Syriam & Cilíciam. Philíppis comprehénsi, virgis cæsi, multísque plagis afféčti, missi sunt in cárcerem, strictis ligno pédibus. Quibus orántibus Deum, apérta sunt óstia cárceris, & captivórum ómnium víncula solúta. Quo ingénti miráculo factum est, ut custos cárceris cum omni domo sua baptizarétur.

Lectio iij.

CUm autem perambulássent Amphípolim, Apollóniam, Beróeam, ubíque prædicántes Evangélium Dei, Paulus Athénas proféctus est, Silâ & Timótheo remanéntibus, quos Paulus celériter ad se veníre præcépit. Cùmque ad eum de Macedónia Coríntum veníssent, instábat verbo Paulus, ipsis adjuvántibus. Scripsérunt étiam unà cum Paulo Silas & Timótheus utrámque ad Thessalonicénses Epístolam. Silas dénique consummáto Evangélicæ prædicatiónis múnere, in passióne sua Christum gloríficans, requiévit.

Oratio. Orémus.

BEátus Silas, quæsumus, Dómine, tuum pro nobis implóret auxílium; ut à nostris reátibus absolúti, à cunctis étiam perículis eruámur; Per Dóminum.

In Vesperis, *fit Commemoratio S. Bonaventuræ, Ant.* Beátus vir, ℣. Beátus homo, xxxvj. *Oratio,* Deus, qui pópulo tuo, xl.

Deinde S. Henrici Imperatoris, Ant. Qui ſperant, ℣. Qui confidunt, lvij. *Oratio,* Deus, qui beátum Henrícum, *infrà.*

Die XIV.

In Feſto

S. BONAVENTURÆ,

Albanenſis Epiſcopi.

Semiduplex.

De Communi SS. Doctorum, xxxvj. *Oratio,* Deus, qui pópulo tuo, xl.

Lectio ij.

Ex S. Bonaventuræ vita apud Surium.

BOnaventúra, Balneorégii in Etrúria natus, anno ætátis vicéſimo ſecúndo in Ordinem fratrum Minórum aſcríbi vóluit: ubi Alexándro Alénſi magíſtro uſus, tantos progréſſus fecit, ut ſéptimo pòſt anno libros Sententiárum Paríſiis públicè interpretátus ſit, & laúream doctorálem adéptus. Miníſter generális ſéptimus poſt ſanctum Francíſcum eléctus, ſingulárem in Ordinis adminiſtratióne prudéntiam ac ſolicitúdinem adhíbuit. Archiepiſcopátum Eboracénſem in Anglia, ſibi à Cleménte quarto oblátum, recuſávit. Hunc Gregórius décimus, Cleméntis ſuccéſſor, honóres licèt fugiéntem, in Cardinálium collégium & in Epiſcopórum órdinem cooptávit, novo eum propter exímias virtútes exémplo præficiens Eccléſiæ Albanénſi, quæ non niſi antiquióribus Cardinálibus commítti ántea ſolébat.

Lectio iij.

HAc ille ampliſſimâ dignitáte auctus, in propugnánda Cathólica fide, & geréndis rebus difficíllimis egrégiam in Concílio Lugdunénſi præſtitit óperam: pravas opiniónes acérrimè confutávit: ejúſque prudéntiâ, doctrínâ, & oratiónibus, ſubláto ſchíſmatis diſsídio, Míchaël Palæólogus Græcórum Imperátor, Orientaléſque natiónes ad Apoſtólicæ Sedis communiónem rediérunt. Migrávit è vita in eódem Concílio quinquagínta tres annos natus, anno Chriſti milléſimo ducentéſimo ſeptuagéſimo quarto, décimâ quartâ Július; & poſt óbitum cláruit miráculis. Eum Sixtus quartus in Sanctórum númerum rétulit.

Pro Commemoratione S. Henrici, Ant. In juſtítia, ℣. Iniquitátem, lx.

Oratio. Orémus.

DEus, qui beátum Henrícum de terréno império ad cœléſte regnum tranſtuliſti; te ſúpplices exorámus, ut ſicut illum

grátiæ tuæ ubertáte prævéntum, illécebras séculi superáre fecísti, ita nos fácias ejus imitatióne, & mundi hujus blandiménta vitáre, & ad te puris méntibus pervenire; Per Dóminum.

In Vesperis, *fit Commemoratio S. Jacobi Episcopi, Ant.* Respéxit, ℣. Quæsívit, xxiij. *Oratio*, Quæsumus, xxvij.

DIE XV.

In Festo

SANCTI JACOBI, Nisibeni Episcopi.

Simplex.

De Communi S. Pontificis, xxij. *Oratio*, Quæsumus, xxvij.

Lectio iij.

Ex Theodoreto, Philoth. cap. 1. item Hist. lib. 1. 2. & Gennad. Vir illustr. cap. 1.

JAcóbus Nísibis in Mesopotámia & civis & Epíscopus, primò mónachi vitam egit. Vestis illi caprárum pili, esca baccæ silvéstres. Miráculis & prophetíæ grátiâ excélluit. Ad episcopátum raptus, sedem, non vitæ institútum mutans, auctus tantùm novis labóribus est. Illúdere quidam voluérunt ejus in afflíctos miseratióni: at dum alter mórtuum se símulat, verè móritur, nec nisi Jacóbi précibus revíxit. Nicænæ Synodo ádfuit; in qua Consubstantialitátē Verbi scriptis advérsus Aríū propugnávit. Sapórē magnū Persárū regem, ter Nísibim totâ vi oppugnántem, ter répulit. Post óbitum, intrà mœnia sepúltus est, ut esset & mórtuus, urbi tutámen. Scriptis étiam clarus fuit, sed Syríacis.

DIE XVI.

In Festo

S. ARSENII, SOLITARII.

Semiduplex.

De Communi SS. Monachorum, l. *Oratio*, Omnípotens, liv.

Lectio ij.

Ex vitis Patrum.

ARsénius, Románæ Ecclésiæ Diáconus, à Dámaso ad Theodósium Magnum missus est, ut Arcádii stúdiis præficerétur. In Imperatório palátio ad annum ætátis quadragésimum magno in prétio fuit. Sed dum de salúte ánxius, viam quâ salvarétur sibi péteret osténdi, hæc audíre verba visus est; Arséni, fuge hómines. Fugit ígitur in Scetin Ægypti solitúdinem; ibíque orans, íterum audit: Fuge, tace, quiésce. Hæc illi deínceps vivéndi rátio per annos quinquagínta quinque.

Lectio iij.

AB homínibus remótus, non secum sed cum Deo & cum Angelis versabátur,

& prióris vitæ delí-
ćtióris vitæ austeri-
ejúniis, & contínuis
iis expiábat. His se
semper interpellábat:
, ad quid venísti?
im me fuísse, inquié-
pe pœnítuit; tacuísse,
am. Sceti à Mazícis
i, primò Canópum,
'hohen contra Mem-
'e recépit, ubi annum
nonagésimum quin-
ugéndi se simul ac vi-
finē fecit. Cùm enim
am in extrémis flen-
nimadvertíssent duo,
abébat, discípuli: An
unt, Pater, mortem
las? Et ille: Verè, in-
& valdè formído, ne-
iquam, ex quo móna-
indui, hic à me abs-
timor.

spera de Psalterio, à
ulo de Festo sequenti,
Commemoratione S.
ii, Ant. Omnis. ℣.
gens, lvj. *Oratio*,
potens, liv.

IE XVII.

In Festo

ICTI SPERATI

r SOCIORUM,

yrum Scillitanorum.

EMIDUPLEX.

Communi plurium
yrum, xiv.
atio, Mártyrum tuó-
, xviij.
ars Æstiva.

Ex Actis Mártyrum Scillitanórum.

Apud Baron. an 202.

Lectio ij.

CArthágine præcepérunt magistrátus astáre sibi Sperátum & sócios ejus. Astántibus eis Saturnínus Procónsul dixit: Potéstis véniam à dóminis nostris imperatóribus Sevéro & Antoníno promeréri, si convérsi fuéritis ad Deos nostros. Sperátus dixit: Dóminum verum & Regem adorámus. Saturnínus dixit: Jura per génium Regis nostri. Sperátus dixit: Ego Imperatóris mundi génium néscio, sed cœlésti Deo meo sérvio.

Lectio iij.

SEquénti die Saturnínus dicit Sperato: Persevéras ut Christiánus sis? Sperátus dixit: Etiam persevéro. Audiéntes omnes qui cum illo retenti fúerant, consensérunt confessióni illius. Procónsul dedit in eos senténtiam per exceptórem, dicens sic: Sperátum & sócios, Christiános se esse confiténtes, & Imperatóri honórem dare recusántes cápite truncári præcípimus. Hæc cùm essent ex tabélla recitáta, Sperátus & qui cum eo erant, dixérunt: Deo grátias conférimus. His dictis ducti sunt, & flexis génibus truncáta sunt singulórum cápita mense Júlio, die séptimo décimo.

Vespera de Festo sequenti, cum Commemoratione SS. Sperati & Sociorum, Ant. Datæ sunt, ℣. Lætítia, xx. *Oratio*, Mártyrum tuórum, xviij.

D I E X V I I I.
In Festo
S. THOMÆ AQUINATIS,
Doctoris.

Duplex-Minus.

De Communi SS. Doctorum, xxxv. *Oratio*, Deus, qui Ecclésiam tuam, *infrà*.

Lectio ij.

Ex Guill. de Tocco apud Bolland. & aliis.

THomas, Landúlfo Cómite Aquináte ac Theodórâ Cómitis Theatíni fíliâ natus, quintum annum agens, Cassinátibus mónachis pietáte & lítteris imbuéndus tráditur. Inde Neápolim studiórum causâ missus, anno ætátis décimo octávo sancti Domínici institútum suscépit. Quod cùm paréntes indígnè ferrent, dum Lutétiam Parisiórum míttitur, in itínere jussu fratrum, per vim raptus, in castrum patérnæ ditiónis dedúctus est, quò sanctum propósitum mutáret. Ibi fratrum & sorórum importúnas & assíduas instántias fregit immótâ constántiâ, hisque periculosiórem mulíerem impudícam castitáti attentántem suæ titióne fugávit. E castro post biénnium ferè íntegrum emíssus, Neápolim redúcitur: unde Romam, póstea Parísios à Joánne Teutónico Ordinis Generáli ductus, tum Colóniam Agrippínam missus est, ut Albérto Magno doctóre uterétur. Parísios revocátus, post præléctas Petri Lombárdi Senténtias gradum Magistérii obtínuit. Stúdio semper oratiónem præmittébat, adhíbito étiam in exponéndis difficilióribus Scriptúræ locis jejúnio, dícere sólitus, quidquid sciret, minùs debére labóri suo quàm oratióni.

Lectio iij.

NUllum penè fuit scriptórum genus in quo non esset diligentíssimè versátus: unde scripta ejus, & multitúdine & varietáte ac in rebus étiam intricatíssimis perspicuitáte ádeo excéllunt, ut eam ob causam Doctóris Angélici cognómen adéptus sit. Delátum sibi à Cleménte quarto Archiepiscopátum Neapolitánum constánter recusávit. Missus à Gregório décimo ad Concílium Lugdunénse, in itínere morbo corréptus, divértit in monastérium Fossanovénse Ordinis Cisterciénsis in diœcési Terracinénsi; & in ipso ingréssu mortem præséntiens, ait: [Hæc réquies mea in séculum séculi; hìc habitábo,

quóniam elégi eam.] Tum rogátus à frátribus, expósuit Cántica Canticórum. Deficiéntibus víribus exhibéri sibi pétiit Ecclésiæ sacraménta: quibus débitâ veneratióne cum lacrymárum effusióne suscéptis, tértio die obdormívit in Dómino, anno ætátis quadragésimo nono; Christi verò millésimo ducentésimo septuagésimo quarto, magnus scriptis, major virtútibus. Hunc clarum miráculis, Joánnes vigésimus secúndus Sanctórum número ascripsit.

Oratio. Orémus.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Thomæ Doctóris mirâ erudítióne clarísicas, & sanctâ operatióne fecúndas; da nobis, quæsumus, & quæ dócuit intelléctu conspícere, & quæ egit imitatióne complére; Per Dóminum.

Vespera à Capitulo de Festo sequenti, cum Commemor. S. Thomæ, Ant. Non recédet, ℣. Sápiens, xlij. *Oratio,* Miséricors, *infrà.*

Die XIX.

In Festo S. VINCENTII A PAULO, Presbyteri.

Duplex-Minus.

De Communi SS. Presbyterorum. xliij.

Lectio ij.

Vincéntius à Paulo, Pódii non procul ab Aquis Tarbéllis in Aquitánia natus, à púero pietáte & in paúperes exímiâ caritáte enítuit. Sacerdótio initiátus, cùm Massíliâ Tolósam navigáret, captívus est à Turcis in Africam abdúctus; unde revérsus in Gállias, hero ad fidem redúcto, Clippíaci, tum Castelliónis Parœcias sanctíssimè rexit. Deínde quæ fidei mystéria & præcépta rudes edocéret, Congregatiónem instítuit Presbyterórum seculárium Missiónis; quorum plures non in solas misit Gálliæ províncias, sed & in Itáliam, Polóniam, Scótiam, Hibérniam, atque ad Bárbaros & Indos. Tum ut Cleri disciplínam & mores rédderet decóri prístino, majórum Clericórum eréxit Seminária; exercítia præmitténda sacris Ordínibus, piósque secéssus Laïcórum instítuit, magno virtútis Ecclesiæque bono.

Lectio iij.

Nullum fuit miserórum genus cui patérnam opem non præstíterit. Fidéles sub Turcárum jugo geméntes, infántes expósitos, vírgines periclitántes, mulíeres lapsas, peregrínos infírmos, artífices inválidos, ad triremes damnátos, subsídiis & hospítiis étiamnum superstítibus excépit & fo-

vit. Cùmque reges, iráto Deo cædibus & incéndiis Európam omnem vastárent; ipse Lotharíngiam, Campániam, Picárdiam, aliásque regiónes bello, fame pestéque pereúntes prolíxè refécit: atque ut ætérnam certámque opem afférret egénis, mulíerum nobílium cœtus, Puellarúmque Caritátis societátem fundávit, quæ sénibus, púeris, ægrótis & paupéribus curándis vitam operásque suas omnes impénderent. Ascítus verò in sánctius Consílium post óbitum Ludovíci décimi tértii, quem moriéntem in último agóne adjúvit, studiosíssimè egit ut non nisi digniores Ecclésiis & Monastériis præficeréntur, civíles discórdiæ, singulária certámina tolleréntur, unitásque fídei & animórum impugnáta subsísteret. Hæc inter & ália gravíssima negótia, sénio laboribúsque conféctus, Parísiis obdormívit in Christo, quinto Caléndas Octóbris anno millésimo sexcentésimo sexagésimo, ætátis verò suæ octogésimo quinto, ibíque sepúltus est in médio Ecclésiæ sancti Lázari choro. Quem miráculis clarum Clemens Papa duodécimus fastis Sanctórum adscrípsit.

Oratio. Orémus.

Misericors & sancte Deus, qui beátum Vincéntium dedísti patrem bonum egénis & s... bus tuis exímiu... exémplum; tribu... mus ut, ejus i... paúperes miseric... lémur & eleem... ornémus Ecclési... humilitáte, sim... opéribus; Per D...

In Vesperis f... moratio S. Vict... tyris, Ant. Qu... ℣. Vincénti, ix... Præsta, xij. *Dein... gareta Virginis ... ris, Ant.* Vincén... réditas, lxiij. *Ora...* liáre, lxiv.

DIE X...

In Festo...

SANCTI VIC...

Martyris, Legio...

bææ asciti...

Semidup...

De Communi u... tyris, viij.

Oratio, Præsta...

Lectio ij...

Ex S. Euch. Lu... Actis apud Ru...

Militum, qu... vocabántu... nem om... Christiáni nómini... siónem intérfici jú... cumfúsis agmínib... miánus Imperátor... mánæ reipúblicæ ... cletiáno tenébat i... Conféctus est a...

[...]ctórum pópulus in an[...]astiis Acaunénsibus prope Rhódanum. Jam peráctâ cæde, Mártyrum læti spóliis epulabántur confectóres, cùm eméritæ milítiæ veteránus quidam, Victor nómine, iter agens, in eos íncidit, qui statim ab epulántibus ad convescéndum invitátus est. * Rogávit ille causam tantæ cædis; Respondérunt hi, totius legiónis Thebææ mílites jussu Imperatóris passim ibi cæsos gládiis, quòd spreto deórum cultu, à Christi fide, étiam intentátâ morte, non descíverint.

Lectio iij.

DEtestátus convívas, detestatúsque convívium Victor effúgere vóluit; requirentibúsque num & ipse fórsitan Christiánus esset, Christiánum se esse, & semper futúrum esse respóndit. His audítis statim ab irruéntibus interféctus, céteris Martyribus in eódem loco, sicut morte, ita étiam honóre conjúnctus est. * Anno círciter septingentésimo sexagésimo octávo, Villicárius, Senonénsis Epíscopus, Româ Sénonas rédiens, corpus sancti Victóris à mónachis Acaunénsibus impetrávit, & in Ecclésia Senonénsi collocávit. Ipsum in ea Ecclésia diu servátum, exínde in áliquot diœcéseos Ecclésias translátum est. Sed tandem à Sevíno, Senonénsi Archiepíscopo, in Ecclésiam Metropolitánam relátum est, ubi corpus & caput, áliud inter capsas, áliud inter thesaúri relíquias honorífice recóndita servántur.

Pro Commemoratione S. Margaretæ, Ant. Factus est, ℣. Deus, *Oratio*, Auxiliáre, lxiv.

In Vesperis, *fit Commemoratio S. Victoris Massiliensis Martyris, Ant.* Qui vícerit, ℣. Vincénti, ix. *Oratio*, Da nos, Dómine, *infrà*, 463.

¶ *In Ecclesia Metropolitana fit Festum* Semiannuale *de S. Victore.*

Omnia de Communi unius Martyris, viij. *Oratio*, Præsta, xij. *Commemoratio S. Vincentii & S. Margaretæ, ut suprà.*

In I. Nocturno.

Lectiones de Script occur.

In II. Nocturno.

*Lectiones de S. Victore, ut suprà, divisionibus factis ad ** asteriscos.*

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Joánnem.

Lectio vij. *c.* 12. 24. *ad* 26.

IN illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum fruménti cadens in terram mórtuum fúerit, ipsum solum manet; si autem mórtuum fúerit, multum fructum affert. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

In Joan. Evang. Tract. 51. §. 9. 10.

DOminus Jesus ipsum erat granum mortificándum & multiplicándum: mortificándum infidelitáte Judæórum, multiplicándum fide populórum. Jam verò exhórtans ad passiónis suæ sectánda vestígia: [Qui amat (inquit) ánimam suam, perdet eam.] Quod duóbus modis intélligi potest: [Qui amat, perdet,] id est, Si amas, perde; si cupis vitam tenére in Christo, noli mortem timére pro Christo. Item álio modo: [Qui amat ánimã suã, perdet eam,] Noli amáre, ne perdas; noli amáre in hac vita, ne perdas in ætérna vita.

Lectio viij.

HOc autem quod postérius dixi, magis habére vidétur evangélicus sensus: séquitur enim: [Et qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódiet eam.] Ergo quod suprà dictum est, [Qui amat,] subintelligitur in hoc mundo; ipse útique perdet: [Qui autem odit,] útique in hoc mundo; in vitam ætérnam ipse custódiet. Magna & mira senténtia, quemádmodum sit hóminis in ánimam suam amor ut péreat, ódium ne péreat. Si malè amáveris, tunc odísti: si benè óderis, tunc amásti. Felíces qui odérunt custodiéndo, ne perdant amándo.

Lectio ix.

SEd vide ne tibi subrépat ut teípsum velis interímere, sic intelligéndo quòd debes odísse in hoc mundo ánimam tuam. Hoc Christus non dócuit, imò étiam diábolo præcipítium suggeréntì respóndit: [Redi retro, sátana; scriptum est: Non tentábis Dóminum Deum tuum.] Petro autem dixit, signíficans quâ morte glorificatúrus erat Deum: [Cùm esses júnior, cingébas te, & ibas quò volébas: cùm autem senúeris, alter te cinget, & feret quò tu non vis.] Ubi satis expréssit, non à seípso, sed ab álio debére occídi, qui vestígia séquitur Christi.

In Laudibus, fit Commemoratio S. Margaretæ, Ant. Factus est, ℣. Deus, *Oratio*, Auxiliáre, lxiv.

In Vesperis, *fit Commemoratio S. Victoris Massiliensis Martyris, Ant.* Qui vícerit, ℣. Vincénti, ix. *Oratio*, Da nos, Dómine, *infrà.*]

Die XXI.

In Festo

SANCTI VICTORIS, Massiliensis Martyris.

Simplex.

De Communi unius Mar-

tyris, viij. *Oratio*, Da nos, Dómine, *infrà*.

Lectio iij.

Ex S. Victoris vita apud Bosq.

VIctor miles, in persecutióne Diocletiáni & Maximiáni cùm idólis sacrificáre nollet, à tribúno suo Astério apud Massíliam conjéctus est in cárcerem; unde síngulis nóctibus ab Angelo educebátur ut vacillántes Christiános confirmáret. Deínde jussu Eutychii Præfécti, loris ligátus retórtis bráchiis, & pedes fune constríctus, per médiam tractus est civitátem. Post hæc fústibus crudelíssimè cæsus, deínde suspénsus, & taúreis cruciátus, cùm exhíbitam sibi aram in qua sacrificáret, calce excussísset, pedem ei Præses abscíndi jussit. Cùm autem in confessióne constans permanéret, subjéctus molæ pistrináriæ, atque ita contrítus, martyrium consummávit.

Oratio. Orémus.

DA nos, Dómine, contérere sátanam sub pédibus nostris, qui beáto Victóri Mártyri tuo in confessióne tui nóminis, cultum dæmoniórum calcáre tribuísti; Per Dóminum nostrum.

Vespera de Festo sequenti.

DIE XXII.

In Festo

SANCTÆ MARIÆ MAGDALENES.

Duplex-Majus.

[*In Metropolitana*, Semiannuale.]

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria, & sic in toto Officio.

Ant. 1. f. DOmine Deus noster, possedérunt nos dómini absque te: visitásti & contrivísti eos. *Isai.* 26. 13. 14.

Ant. 2. D. Circumdedérunt me úndique, & non erat qui adjuváret: respíciens eram ad adjutórium hóminum, & non erat. *Eccli.* 51. 10.

Ant. 3. E. Collaudábo te Deum salvatórem meũ, quóniã adjútor & protéctor factus es mihi. *Eccli.* 51. 1. 2.

Ant. 4. *E.* Dómine, egréssus es in salútem pópuli tui: in salútem cum Christo tuo. Maledixísti veniéntibus ut turbo ad dispergéndum me. *Habac.* 3. 13. 14.

Ant. 5. a. Exaltétur Deus salútis meæ: Deus, liberátor meus de inimícis meis iracúndis; & ab insurgéntibus in me exaltábis me. *Ps.* 17. 47. 48. 49.

Capitulum. *Act* 10. 38.

JEsus à Názareth pertránsiit benefaciéndo, & sanándo omnes oppréssos à diábolo.

[*In Ecclesia Metropolitana*, ℟. Dómine Deus Iſraël, *infrà*, 465.]

HYMNUS *Santol. Vict.*

PROCUL maligni cédite
ſpíritus;
[illegible]perántì cédite Númini;
Feſſámque duris Magdalénen,
Párcite nunc agitáre pœnis.

CHRISTI jubéntis númine térriti
Fugére ſeptem: mox ſibi réddita;
Te, Chriſte, conſectátur unum,
Et mémori tibi mente ſervit.

QUIN & cruéntâ de trabe péndulo
Chriſto litábat mille dolóribus:
Quàm vellet inſóntis magíſtri
Sola graves toleráre pœnas!

MISCERE fletus ſánguinis æmulos
Non ceſſat, aſtans víctima víctimæ:
Chriſtus ſiléndo nil repéndit:
Quàm méliùs probat hinc amántem!

LAUS ſumma Patri, ſummáque Fílio:
Sit ſumma puro laus quoque Flámini,
Afflánte quo ſemper caléſcunt
Æthéreis pia corda flammis. Amen.

℣. Ex omni tribulatióne eripuíſti me, Dómine; ℟. Et ſuper inimícos m[illegible]s deſpéxit óculus me[illegible] 53.7.

Ad Magníf[illegible]. 3. *E.* Confitébor tibi, Dómine rex, quóniam liberáſti me ſecúndùm multitúdinẽ miſericórdiæ nóminis tui à rugiéntibus, præparátis ad eſcam, de mánibus quæréntium ánimam meam. *Eccli.* 51. 1. 2. 4. 5.

Oratio, Deus, cujus Unigénitus, *infrà ad Laudes.*

AD OFFICIUM NOCT.

INVIT. Dóminum manifeſtántem ſeípſum diligéntibus ſe, * Veníte, adorémus. *Joan.* 14. 21.

Pſ. 94. Veníte, 2.

Hymnus, Procul maligni, *ut in I. Veſperis.*

IN I. NOCTURNO.

Ant. 4. d. Bénedic, ánima mea, Dómino; & noli oblivíſci omnes retributiónes ejus, qui ſanat omnes infirmitátes tuas. *Pſ.* 102. 2. 3.

Ant. 5. *F.* Liberávit me ab inimíco meo potentíſſimo, & ab his qui óderant me, quóniam robuſtióres me erant. 2. *Reg.* 22. 18.

Ant. 6. C. Pars mea Dóminus, dixit ánima mea. Bonus eſt Dóminus ſperántibus in eum, ánimæ quæréntì illum. *Thren.* 3. 24. 25.

℣. Liberáſti me de perditióne; ℟. Proptérea confitébor, & laudem dicam tibi. *Eccli.* 51. 15.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Post 1. *Lect.* ℟. Quid mihi est in cœlo, & * A te quid vólui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in ætérnum. *Ps.* 72. 25. 26. ℣. Hæc est vita ætérna, ut cognóscant te solum Deum verum, & quem misísti Jesum Christum. *Joan.* 17. 3. * A te quid vólui.

Post 2. *Lect.* ℟. Benedíco te, Dómine Deus Israël, quia * Tu castigásti me, & tu salvásti me. *Tob.* 11. 17. ℣. Quis non timébit te, Dómine, & magnificábit nomen tuum? quia solus pius es. *Apoc.* 15. 4. * Tu castigásti me.

Post 3. *Lect.* ℟. Dómine Deus Israël, fecísti nobíscum misericórdiam tuam, & * Exclusísti à nobis inimícum persequéntē nos. *Tob.* 8. 17. 18. ℣. In hoc appáruit Fílius Dei, ut dissólvat ópera diáboli. 1. *Joan.* 5. 8. * Exclusísti. Glória. * Exclusísti.

In II. Nocturno.

Ant. 3. g. Mulíeres, inter quas erat María Magdaléne, cùm esset Jesus in Galilæa, sequebántur eum, & cum eo ascénderant Jerosólymam. *Marc.* 15. 40. 41.

Ant. 1. a. Erant curátæ à spirítibus malígnis & infirmitátibus, & ministrábant Jesu de facultátibus suis. *Luc.* 8. 2. 3.

Ant. 3. E. De María Magdaléne Jesus ejécerat septem dæmónia. *Marc.* 16. 9.

℣. Languóres nostros ipse tulit, ℟. Et dolóres nostros ipse portávit. *Isai.* 53. 4.

De Sermóne sancti Gregórii Papæ.

Homil 25. *in Evang.*

Lectio iv.

PEnsándum est hujus mulíeris mentem quanta vis amóris accénderat, quæ à monuménto Dómini, étiam discípulis recedéntibus, non recedébat. Exquirébat quem non invénerat; flebat inquiréndo, & amóris sui igne succénsa, ejus, quem sublátum crédidit, ardébat desidério. Unde cóntigit ut eum sola tunc vidéret, quæ remánserat ut quæreret; quia nimírum virtus boni óperis, perseverántia est; & voce Veritátis dícitur: [Qui autem perseveráverit usque in finem, hic salvus erit.]

℟. Stabant juxta crucem Jesu mater ejus, & soror matris ejus, & María Magdaléne: * Stabant autem noti ejus à longè. *Joan.* 19. 25. *Luc.* 23. 49. ℣. Super omnes inimícos meos factus sum oppróbrium, & timor notis meis. *Ps.* 30. 12. * Stabant.

Lectio v. *Post pauca.*

VIs amóris intentiónem multíplicat inquisitiónis. Quæsívit ergo priùs, &

mínimè invénit: persevérávit ut quæreret; unde & cóntigit, ut inveníret: actúmque est ut desidéria diláta créscerent, & crescéntia cáperent quod inveníssent. Hinc est enim quod de eódem sponsa Ecclésia in Cánticis Canticórum dicit: [In léctulo meo per noctes quæsívi quem díligit ánima mea...] Diléctum namque in léctulo quærimus, quando in præséntis vitæ aliquántula réquie Redemptóris nostri desidério suspirámus. Per noctem quærimus; quia etsi jam in illo mens vígilat, tamen adhuc óculus calígat.

℟. Joseph pósuit corpus Jesu in monuménto suo novo, & ábiit: * Erat autem ibi María Magdaléne, & áltera María sedéntes contra sepúlcrum. *Matt.* 27. 60. 61. ℣. Aquæ multæ non potuérunt extínguere caritátem. *Cant.* 8. 7. * Erat autem.

Lectio vj.

SEd qui diléctum suum non invénit, restat ut surgat, & civitátem circúmeat, id est, sanctam electórum Ecclésiam mente & inquisitióne percúrrat; per vicos eum & platéas quærat, id est, per angústa & lata gradiéntes aspíciat, ut si qua inveníre in eis váleat, ejus vestígia exquírat; quia sunt nonnúlli étiam vitæ seculáris, qui imitándum áliquid hábeant de actióne virtútis. Quæréntes autem nos vígiles invéniunt, qui custódiunt civitátem; quia sancti patres, qui Ecclésiæ statum custódiunt, bonis nostris stúdiis occúrrunt, ut suo vel verbo, vel scripto nos dóceant. Quos cum paúlulùm pertransímus, invenímus quem dilígimus: quia Redémptor noster, etsi humilitáte homo inter hómines, divinitáte tamen super hómines fuit.

℟. Mulíeres vidérunt quemádmodū pósitum erat corpus Jesu; & reverténtes paravérunt arómata, & unguénta: * Et Sábbato quidem siluérunt secúndùm mandátum. *Luc.* 23. 55. 56. ℣. Sex diébus faciétis opus: in die séptimo Sábbatum est, réquies sancta Dómino. *Exod.* 31. 15. * Et Sábbato. Glória. * Et Sábbato.

In III. Nocturno.

Ant. 4. E. Unâ Sábbati, María Magdaléne venit manè ad monuméntum; & vidit lápidem sublátum à monuménto. *Joan.* 20. 1.

Ant. 7. d. Cucúrrit ad Petrum, & ad álium discípulum quem amábat Jesus. *Joan.* 20. 2.

Ant. 7. a. Dicit illis: Tulérunt Dóminum de monuménto, & nescímus ubi posuérunt eum. *Joan.* 20. 2.

℣. Quæsívi quem díligit ánima mea: ℟. Quæsívi

, & non invéni. *Cant.*

ɔ ſancti Evangélii ſe-
úndùm Joánnem.
io vij. *c.* 20. 11. *ad* 18.

illo témpore ; María
ıbat ad monuméntum
, plorans. Et réliqua.

nília ſancti Ambróſii
Epíſcopi.

le Virginitate, cap. 4.
§. 16.

orat María, quia cor-
ıus non videt Chriſti :
riiſſe putat, quia ipſa
:ernit. Ergo María ſo-
ſed non Petrus, non
nes foris. Dénique illi
:ntes intravérunt ; &
non ploravérunt ; &
ılántes receſſérunt. Illa
non introívit, flevit,
:rédidit, fraude ſublá-
putávit : nec cùm An-
; cérneret, credéndum
rábatur. Et ídeo dicunt
ngeli : [Múlier, quid
ıs, quem quæris ?] Hoc
:li dicunt, & Dóminus
:a iiſdem verbis repetí-
ut ſciátis quia Angeló-
verba mandáta ſint Dó-
.

. Exiit Petrus, & ille
diſcipulus ; & vené-
ad monuméntum : abié-
íterum ad ſemetípſos.
ía autem * Stabat ad
uméntum foris, plo-
. *Joan.* 20. 3. 10. 11.
Non conſolábitur, &
diſcédet donec Altíſſi-
aſpíciat : & Dóminus
non elongábit. *Eccli.* 35. 21.
22. * Stabat.

Lectio viij. §. 17.

QUid ploras ?] hoc eſt, Tu es cauſa plorándi, tu tibi autor es flendi, quæ es Chriſti incrédula. [Ploras,] quia non vides Chriſtum : crede, & vidébis. Adeſt Chriſtus, nec unquam iis à quibus quæritur, deeſt. [Quid ploras ?] hoc eſt, Non lácrymis opus eſt, ſed fide promptâ, & Deo dignâ. Noli cogitáre mortália, & non plorábis : noli cogitáre peritúra, & flendi cauſam habére non póteris. Cur inde ploras, unde álii gratulántur ?

℟. Dum fleret, proſpéxit in monuméntum, & vidit duos Angelos. Dicunt ei illi : Múlier, quid ploras ? Dicit eis : Quia * Tulérunt Dóminum meum, & néſcio ubi poſuérunt eum. *Joan.* 20. 11. 12. 13. ℣. Num quem díligit ánima mea, vidíſtis ? *Cant.* 3. 3. * Tulérunt.

Lectio ix. §. 19.

TUlérunt (inquit) Dóminum de monuménto, & néſcio ubi poſuérunt eum.] Erras, múlier, quæ putas ab áliis Chriſtum de monuménto eſſe ſublátum, & non poteſtáte própriâ reſuſcitátum. Sed nemo tulit Dei virtútem, nemo tulit Dei ſapiéntiam, nemo tulit venerábilem caſtitátem. Non tóllitur Chriſtus

de monuménto justi, nec de suæ vírginis secréto, & piæ mentis arcáno: & si qui volunt tóllere, auférre non possunt.

℟. In simplicitáte cordis quærite Dóminum; quóniam * Invenítur ab his qui non tentant illum: † Appáret autem eis qui fidem habent in illum. *Sap.* 1. 1. 2.

℣. Convérsa est María retrórsum, & vidit Jesum stantem. *Joan.* 20. 14. * Invenítur. Glória. † Appáret.

Te Deum.

℣. Sacerd. Exultábit cor meum in salutári tuo: ℟. Cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi. *Ps.* 12. 6.

AD LAUDES.

Ant. 6. C. Dicit Maríæ Magdaléne Jesus: Múlier, quid ploras? quem quæris? *Joan.* 20. 15.

Ant. 3. E. María exístimans quia hortulánus esset, dicit ei: Dómine, si tu sustulísti eum, dícito mihi ubi posuísti; & ego eum tollam. *Joan.* 20. 15.

Ant. 6. F. Dicit ei Jesus: María. Convérsa illa, dicit ei: Rabbóni, quod dícitur, Magíster. *Joan.* 20. 16.

Ant. 4. E. Dicit ei Jesus: Noli me tángere, nondum enim ascéndi ad Patrem meum. *Joan.* 20. 17.

Ant. 7. c. Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascéndo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. *Joan.* 20. 17.

Capitulum. *Prov.* 8. 17.

Ego diligéntes me díligo; & qui manè vígilant ad me, invénient me.

Hymnus. *Santol. Vict.*

Maria sacro saúcia vúlnere,
Jam non doléndum quid Dóminum doles?
Semper renáscens hic amóris
Unde tibi violéntus ardor?

Quem quæris ipso fúneris in sinu,
Victo triúmphat fúnere clárior.
Vivit: retécto jam sepúlcro
Ecce jacent revolúta saxa.

Myrrham quid affers, vanáque bálsama?
Hæc luce functis débita múnera:
Mox ille donándos Olympo
Non eget his redivívus artus.

Ingens amántem te dolor índicat,
Amans vicíssim se Deus óbtulit:
Agnósce vocem tu Magístri
Nómine te próprio vocántis.

Tu prima testis, primáque núntia,
Velox in urbem prótinus ádvola,

Christíque nutántes miníſtros,
Plena Deo propióre, firma.
Laus ſumma Patri, ſummáque Filio:
Sit ſumma puro laus quoque Flámini,
Afflánte quo ſemper caléſcunt
Æthéreis pia corda flammis. Amen.

℣. Anima mea exultábit in Dómino; ℟. Et delectábitur ſuper ſalutári ſuo. *Pſ.* 34. 9.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. G. Appáruit Jeſus primò Maríæ Magdaléne. Illa vadens nuntiávit his, qui cum eo fúerant, lugéntibus & fléntibus. *Marc.* 16. 9. 10.

Oratio. Orémus.

Deus, cujus Unigénitus poſt reſurrectiónem ſuam primò Maríæ Magdaléne appáruit; præſta, quæſumus, ut ejus interceſſióne, eúmdem in déxtera tua ſedéntem vidére mereámur Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum; Qui.

AD PRIMAM.

Ant. Dicit.

AD TERTIAM.

Ant. María.

Capitulum. *Cant.* 3. 2.

Surgam, & circuíbo civitátem: per vicos & platéas quæram quem díligit ánima mea.

℟. *br.* Deus, Deus meus, * Ad te de luce vígilo. ℟. Deus. ℣. Sitívit in te ánima mea. * Ad te. Glória Patri. ℟. Deus. *Pſ.* 62. 1. 2.

℣. Exquisívit te fácies mea: ℟. Fáciem tuam, Dómine, requíram. *Pſ.* 26. 8.

AD SEXTAM.

Ant. Dicit ei Jeſus.

Capitulum. *Sap.* 6. 13. 14.

Sapiéntia fácilè vidétur ab his qui díligunt eam, & invenítur ab his qui quærunt illam; præóccupat qui ſe concupíſcunt, ut illis ſe prior oſténdat.

℟. *br.* Exquisívi Dóminum, * Et exaudívit me: ℟. Exquisívi. ℣. Et ex ómnibus tribulatiónibus meis erípuit me. * Et exaudívit me. Glória. ℟. Exquisívi. *Pſ.* 33. 5.

℣. Benedíctus Deus, qui non amóvit oratiónem meã, ℟. Et misericórdiam ſuam à me. *Pſ.* 65. 20.

AD NONAM.

Ant. Vade ad fratres meos.

Capitulum. *Tob.* 12. 7.

Sacraméntum regis abſcóndere bonum eſt: ópera autem Dei reveláre & confitéri honoríficum eſt.

℟. *br.* Confitébor tibi, Dómine, * In toto corde meo: ℟. Confitébor. ℣. Narrábo ómnia mirabília tua. * In toto. Glória. ℟. Confitébor. *Pſ.* 9. 2.

℣. Narrábo nomen tuum frátribus meis; ℟. In médio ecclésiæ laudábo te. *Ps.* 21. 23.

AD VESPERAS.

Antiphonæ de Laudibus.

CAPITULUM. *Act.* 13. 32. 33.

NOs vobis annuntiámus eam, quæ ad patres nostros repromíssio facta est; quóniã hanc Deus adimplévit, resúscitans Jesum.

[*In Ecclesia Metropolitana*, ℟. In simplicitáte cordis, *post* ix. *Lectionem*, *suprà*, 468.]

Hymnus, María sacro, *ut suprà ad Laudes.*

℣. Annuntiábo veritátem tuam, ℟. In ore meo. *Ps.* 88. 2.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G.* Venit María Magdaléne annúntians discípulis, quia Vidi Dóminum. *Joan.* 20. 18.

Fit Commemoratio S. Apollinaris, Ant. Qui confitébitur me, ℣. Dóminus, xxj. *Oratio*, Deus, pro cujus nómine, xxij.

DIE XXIII.

In Festo

SANCTI APOLLINARIS,

Ravennensis Episcopi, & Confessoris Christi.

SIMPLEX.

De Communi Confessoris Christi, xx.

Sermo sancti Petri Chrysólogi.

Lectio iij. *Serm.* 128.

BEátus Apollináris primo sacerdótio solus hanc Ecclésiam Ravennátem vernáculo atque ínclyto martyrii honóre decorávit..... Nec eum quisquam Confessóris vocábulo minórem credat esse, quàm Mártyrem, quem Dei nutu quotidiánum & multíplicem revérsum cónspicit ad agónem... Festinábat Christus ad Mártyrem; Martyr suum festinábat ad Regem... Fundébat sæpe Conféssor sánguinem suum, suísque vulnéribus fide mentis suæ testabátur autórem. Cœlum suspíciens, carnem despiciébat & terram. Vicit tamen, ténuit, & à suo desidério retardári Mártyrem ténera adhuc Ecclésiæ impetrávit infántia. .... Ecce vivit, ecce ut bonus pastor suo médius assístit in grege; nec unquam separátur spíritu, qui córpore præcéssit ad tempus.... Extínctus est diábolus, persecútor occúbuit. Ecce regnat & vivit qui pro Rege suo desiderávit occídi.

Vesperæ de Psalterio.

Commemoratio S. Ursicini, Senonensis Episcopi, Ant. Respéxit, ℣. Quæsívit, xxiij. *Oratio*, Omnipotens Deus, xxvij.

Die XXIV.
In Vigilia
SANCTI JACOBI
Apostoli.

Officium de Feria ut in Psalterio, exceptis quæ sequuntur.

Ad Officium Noct.

Lectio j. & ij. *de Scriptura occurrente, fiuntque ex tribus duæ.*

Léctio sancti Evangélii secúndùm Marcum.

Lectio iij. *c.* 1. 14. *ad* 20.

IN illo témpore; Venit Jesus in Galilæam, prædicans Evangélium regni Dei, & dicens: Quóniam implétum est tempus, & appropinquávit regnum Dei; pœnitémini, & crédite Evangélio. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

Homil. 5. *in Evang.*

NEmo, cùm quosdam cónspicit multa reliquísse, apud semetípsum dicat: Imitári mundi hujus contemptóres volo; sed quod relínquam non hábeo. Multa, fratres, relínquitis, si desidériis terrénis renuntiátis. Exterióra étenim nostra Dómino quámlibet parva sufficiunt. Cor namque, & non substántiam pensat; nec perpéndit quantum in ejus sacrificio, sed ex quanto proferátur. Nam si exteriórem substántiam perpendámus, ecce sancti negotiatóres nostri perpétuam Angelórum vitam, datis rétibus & navi, mercáti sunt: æstimatiónē quippe prétii rectè non habet; sed tamen regnum Dei tantùm valet quantùm habes.

Ad Laudes, *Preces dicuntur flexis genibus, ut in Psalterio*, 148. & *sic ad Horas.*

Oratio. Orémus.

TUére nos, miséricors Deus; & beáti Jacóbi Apóstoli tui, cujus diem festum prævenímus, semper gubérna subsídiis; Per Dóminum.

Commemoratio S. Ursicini, *Ant.* In bonitáte, ℣. Státuit, *Orat.* Omnípotens Deus, xxvij.

Vesperæ de Festo sequenti.

Die XXV.
In Festo
SANCTI JACOBI,
Apostoli.

Duplex-Majus.

Omnia de Communi Apostolorum, j. *præter sequentia.*

Pridie In Vesperis, *ad* Magníficat, *Ant.* 1. D.* Procédens Jesus vidit Jacóbum & Joánnem fratrem ejus in navi, cum Zebedæo patre eórum, reficiéntes rétia sua; & vocávit eos; illi autem statim relíctis ré-

tibus & patre, secúti sunt eum. *Matt.* 4. 21 22.

Oratio, Dómine Deus, *infrà.*

Fit Commemoratio S. Christophori Mart. Ant. Qui víceerit, ℣. Vincénti, ix. *Oratio*, Deus, qui beátum, xij.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

Ex Evang. Actis Apost. &c.

JAcóbus Zebedæi filius, Joánnis Apóstoli germánus frater, natióne Galilæus, inter primos Apóstolos vocátus cum fratre, relícto patre cum mercenáriis & rétibus, secútus est Dóminum; qui impósuit utríque nomen Boanérges, quod est Fílii tonítrui. Is unus fuit ex tribus Apóstolis quos Salvátor máximè diléxit, testésque vóluit esse suæ transfiguratiónis, ac interésse miráculo cùm Jáïri filiam à mórtuis excitávit, & adésse cùm secéssit in montem Olivéti, Patrem oratúrus ántequam à Judæis comprehenderétur.

Lectio v.

AMbitiósæ illíus petitiónis occasióne quâ fratres ambo Dóminum rogábant, ut álter ad déxteram ejus, alter ad sinístram in glória sedéret, suam Christus eórumque passiónem prædíxit his verbis: Cálicem quem ego bibo, bibétis, & baptísmo quo ego baptízor, baptizabímini. Et quidem post mortem Dómini, ante dispersiónem Apostolórum per univérsum orbem, Claúdio imperánte, Heródes ad regnum sublátus, ut à Judæis grátiam iníret, Jacóbum qui Christú líberè Deum confitebátur, cápitis condemnávit. Corpus ejus Compostéllã translátum fuísse tradunt Ado & Usuárdus. Céterùm memória ipsíus natális hodiérno die, qui translatiónis dies est, ab Ecclésia celebrátur; cùm ipse circa festum Paschæ primus Apostolórum Jerosólymis profúso sánguine testimónium Jesu Christo déderit.

Ex libro séptimo Hypotypóseon sancti Cleméntis Presbyteri Alexandríni.

Euseb. Hist. Eccl. lib. 2. *cap.* 9.

Lectio vj.

IS qui Jacóbum judício obtúlerat, cùm illum vidísset Christi fidem líberè confiténtem, commótus viri constántiâ, se quoque Christiánum esse affirmávit. Ambo ígitur simul ad supplícium ducti sunt. Cùmque intereúndum rogásset Jacóbum comes ut sibi véniam daret, paulísper morátus Jacóbus: Pax tibi, inquit: statímque illum osculátus est. Ita simul ambo cápite truncáti, interiére.

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio vij.

c. 20. 20. *ad* 23.

IN illo témpore ; Accéssit ad Jesum mater filiórum Zebedæi cum filiis suis, adórans & petens áliquid ab eo. Qui dixit ei : Quid vis ? Ait illi : Dic ut sédeant hi duo filii mei, unus ad déxteram tuam, & unus ad sinístram in regno tuo. Et réliqua.

Homília sancti Joánnis Chrysóstomi.

Homil. 66. *in cap.* 20. *Matt.*

URgébant filii Zebedæi, dicéntes : [Dic ut unus à dextris tuis, alter à sinístris sédeat.] Quid ígitur Christus, ut significáret nihil eos pétere spiritále, sed nec scire quidem quid póstulent ? non enim rem tantam pétere audérent, si scirent. [Nescítis (ait) quid petátis.] Nescítis quàm magnum, quàm mirábile ac ipsas superióres excédens virtútes ; & adjécit : [Potéstis bíbere cálicem quem ego bibitúrus sum, & baptísmo quo ego baptízor, baptizári ?] Perpéndis quómodo statim ab hac cupiditáte ipsos remóvit, contrária eis dísserens. Nam vos, inquit, de honóribus & corónis cogitátis ; ego verò de luctámine atque sudóre díssero. Non præmiórum hoc tempus est, nec illa glória mea modò apparébit, sed bella, perícula, & necē præsens cóntinet vita.

Lectio viij.

PErspice autem quáliter Christus ipso interrogatiónis modo istos Apóstolos & hortátur & állicit. Non enim dixit : Potestísne vestrum effúndere sánguinem ? sed [Potéstis bíbere cálicem :] Deínde adjíciens dicit, [Quem ego bibitúrus sum ;] ut communicatióne labórum cum ipso promptióres redderéntur. Baptísmum deínde idípsum appellávit, ut magnam orbi futúram expiatiónem hinc significáret. Illi autem desidério quodam ánimi conféstim promíttunt, dicéntes : [Póssumus.] Nec idípsum intelligéntes quod se posse affirmábant, sed sperántes se habitúros postuláta. Ad quæ Christus : [Cálicem (inquit) meum bibétis, & baptísmo quo ego baptízor, baptizabímini.] Magna vobis certè bona prædíco : martyrii enim corónâ potiémini, & violéntâ morte, sicut & ego, à vita decedétis, & in his mihi communicábitis.

Lectio ix. *Multò pòst.*

TUnc indignáti sunt decem de duóbus frátribus.].... Pérspicis quómodo imperfectióres adhuc omnes erant, & duo advérsùs decem primum erípere conséssum nitebántur, &

decem duóbus invidéntes indignabántur. Verùm post advéntum Spíritûs-sancti eos consídera, & vidébis ómnibus his passiónibus superióres. Aúdies ígitur quómodo ipse ille Joánnes, qui modò hæc à Christo petébat, primis honóribus Petro cedat tum concionánti, tum mirabília faciénti.... Jacóbus verò non longo témpore póstea vixit. Nam statim ab inítio rerum tanto ardóre concáluit, ut humánis omníno rebus neglêctis, ad tantam sublimitátem ascénderet, ut à persecutóribus conféstim occísus sit.

Ad Benedíctus, *Ant.* 3. a. Cálicem quem ego bibo, bibétis; & baptísmo quo ego baptízor, baptizabímini. *Marc.* 10. 39.

Oratio. Orémus.

DOmine Deus, qui beáto Jacóbo Apóstolo cálicem tuum bíbere, & baptísmo quo ipse baptizátus es, baptizári tribuísti; fac, quæsumus, ut cum ipso passiónis tuæ partícipes, cum ipso étiam glóriæ tuæ mereámur esse consórtes; Qui vivis.

Fit Commem. S. Christophori, Ant. Dóminus, ℣. Glorificátus sum, *Orat.* Deus, qui beátum, xij.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. d. Misit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia: occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. *Act.* 12. 1. 2.

DIE XXVII.

In Festo

SANCTÆ ANNÆ,

Matris B. Mariæ Virginis.

Duplex-Minus.

[*In Metrop. Semiannuale.*]

Omnia de Communi SS. Mulierum, lxxij. *præter sequentia.*

Pridie In Vesperis.

HYMNUS.

CLaræ diéi gaúdiis
Gestit parens Ecclésia,
Annámque, Judææ decus,
Matrem Maríæ cóncinit.

Regum piórum sánguini
Jungens sacerdótes avos
Illústris Anna, spléndidis
Vincit genus virtútibus.

Cœlo favénte, cóntrahit
Thori fidélis vínculum;
Castóque cóncipit sinu
Perénne sidus Vírginum.

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. Erit radix Jesse, & qui exúrget régere gentes:
℟. In eum gentes sperábunt. *Rom.* 15. 12.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. a. Egrediétur virga de radíce Jesse, & flos de radíce ejus ascéndet; & requiéscet super eum Spíritus Dómini. *Isai.* 11. 1. 2.

Oratio, Deus, qui beátæ Annæ, *infrà ad Laudes.*

AD OFFICIUM NOCT.

Hymnus, Claræ diéi, *suprà.*

Sermo sancti Joánnis Damascéni.

Orat. 2. de Nat. Mariæ.

Lectio ij.

ANnæ epithalámium modulémur; nunc quidem filiam divínitus datam útero gestánti; nunc autem in lucem emitténti. Operæ prétium enim est, ut quæ talem súrculum édidit, laúdibus efferátur. Propónitur itaque, tanquã thálamus quidam, Annæ cubículum, conjugális vitæ simul & virginitátis formam réferens, illam matris, hanc filiæ. * Dicámus ad sanctam Annam cum Scriptúra: Quàm beáta domus David, ex qua prodiísti; & venter in quo Deus sanctificatiónis arcam, hoc est, eam, à quo ipse sine sémine concéptus est, fabricávit!

Lectio iij.

VEré beáta es, ac ter beáta, quæ beatitúdine donátam à Deo infántem, hoc est, Maríam, nómine quoque ipso magnópere venerándam peperísti; ex qua Christus vitæ flos éxtitit; cujus Vírginis, & gloriósus fuit ortus, & partus mundo sublímior. * Æquum sanè, ac veheménter æquum est, eam laudáre, quæ divínâ providéntiâ donáta est, ac talem ac tantum nobis fructum édidit, ex quo dulcis Jesus pródiit, qui totus est dulcédo, & totus desiderábilis, atque expetendórũ ómnium summè expeténdus. Ad quem étiam dicámus: Sub umbra tua vivémus, & sub alis tuis requiescémus. Hic est verè qui per Legem & Prophétas prædicátur Christus Jesus Deus, grátia & véritas; qui idcírco venit ut peccatóribus salútem afférret, atque omnes in véterem nobilitátem restitúeret.

[*In Ecclesia Metropolitana.*

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

*Lectiones de S. Anna ut suprà, divisionibus factis ad ** asteriscos.*

IN III. NOCTURNO.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 3. 23. *ad* 38.

IN illo témpore; Jesus erat incípiens quasi annórum trigínta, ut putabátur, filius Joseph, qui fuit Heli. Et réliqua.

Homília sancti Irenæi Epíscopi & Mártyris.

Lib. 3. *contra hæreses, cap.* 22. §. 3. *Aliàs cap.* 33.

LUcas genealógiam, quæ est à generatióne Dómini nostri usque ad Adam, septuagínta duas genera-

tiónes habére ostendit; finem conjúngens inítio, & significans quóniam ipse est qui omnes gentes exínde ab Adam dispérsas, & univérsas linguas, & generatiónem hóminum cum ipso Adam in semetípso recapitulátus est. Unde & à Paulo typus futúri dictus est ipse Adam.

Lectio viij. § 4.

PRophéta dicit: [Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii.] Primogénitus enim mortuórum natus Dóminus, & in sinum suum recípiens prístinos patres, regenerávit eos in vitam Dei, ipse inítiū vivéntiū factus, quóniā Adam inítiū moriéntiū factus est. Propter hoc & Lucas inítium generatiónis à Dómino inchoans, in Adam rétulit, signíficans quóniam non illi hunc, sed hic illos in evangélium vitæ regenerávit. Sic autem & Hevæ inobediéntiæ nodus solutiónem accépit per obediéntiam Maríæ: quod enim alligávit virgo Heva per incredulitátem, hoc Virgo María solvit per fidem.

Lectio ix. *cap.* 23. §. 1.

NEcésse ergo fuit, Dóminum ad pérditam ovem veniéntem, & tantæ dispositiónis recapitulatiónem faciéntem, & suum plasma requiréntem, illum ipsum hóminem salváre, qui factus fúerat secúndùm imáginem & similitúdinem ejus, id est, Adam adimpléntem témpora ejus condemnatiónis, quæ facta fúerat propter inobediéntiam [quæ Pater pósuit in sua potestáte:] quóniam & omnis disposítio salútis, quæ circa hóminem fuit, secúndùm plácitum fiébat Patris, uti non vincerétur Deus, neque infirmarétur ars ejus. Si enim qui factus fúerat à Deo homo, ut víveret, hic amíttens vitam, læsus à serpénte qui depraváverat eum, jam non reverterétur ad vitam, sed in totum projéctus esset morti; victus esset Deus, & superásset serpéntis nequítia voluntátem Dei.]

AD LAUDES.

HYMNUS.

FEcunda radix Isaï
Florem pudícum gérminat,
Dei datúram Fílium
Orbi dat Anna Vírginem.

JAM sperat humánum genus,
Caput tenébris éxcitans;
Lucémque primam cónspicit
Annæ coruscántem sinu.

HANC vota puri péctoris
Zelóque concéptæ preces
Prolem, salútis ómnium
Matrem, meréntur gígnere.

QUI natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. In ætérnum servábo David misericórdiam meã, ℟. Et testaméntum meum fidéle ipsi. Ps. 88. 29.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. a.* Effúndam spíritum meum super semen tuum, & benedictiónem meam super stirpem tuam. *Isai.* 44. 3.

Oratio. Orémus.

DEus, qui beátæ Annæ tantam grátiam conférre dignátus es, ut ex ea mater Unigéniti tui nascerétur; concéde propítius, ut cujus festivitátem celebrámus, ejus précibus promíssam in Christo salútem consequámur; Per eúmdem Dóminum.

In Vesperis, fit à Capitulo de Festo sequenti.

DIE XXVIII.

In Festo

S. COLUMBÆ VIRGINIS,

& Martyris Senonensis.

Duplex-Minus.

[*In Metrop.* SEMIANNUALE.]

De Communi SS. Virginum Martyrum, lxiij. *Oratio*, Deus, qui beátæ Columbæ, *infrà.*

Fit Commemoratio S. Annæ, Ant. Possidébit semen tuum portas inimicórum suórum, & benedicéntur in sémine tuo omnes gentes terræ. *Gen.* 22. 17. 18.

℣. Benedicéntur in ipso omnes tribus terræ; ℟. Omnes gentes magnificábunt eum. *Ps.* 71. 17.

Oratio, Deus, qui beátæ Annæ, *ut suprà.*

AD OFFICIUM NOCT.

Lectio ij.

IN civitáte Senonénsi Colúmba virgo & propósito castitátis elúxit & gloriósò fidei testimónio. Quæ Christiánæ fidei accusáta variisque tentáta torméntis Deo datã fidẽ ténuit invícta; tandẽ igne superáto, gladióque cæsa vitam fortem sanctâ morte commutávit Aureliáno regnánte, & corpus ejus extra urbem sepúltum est à Christiánis prope martyrii locum. * Ibi célebris miráculis & populórum concúrsu extrúcta Basílica est, in cujus stillicídio, séptimo século ineúnte, sanctus Lupus Senonénsis Epíscopus depósitus est, uti præcéperat, ad pedes castæ Mártyris; cujus, ut ibi religiósiùs ossa servaréntur, capsam pretiósam impénsis Dagobérti Francórum Regis sanctus Elígius conféccrat. Anno verò octingentésimo quinquagésimo tértio Venílo Senonénsis Antístes veneránda Colúmbæ pígnora hâc die collocávit in honorificentióri loco: unde quædam illíus ossa in Metropolitánam sancti Stéphani Ecclésiam solémni pompâ transláta sunt ab Harduíno Archiepíscopo, anno Dómini millésimo sexcen-

tésimo nonagésimo nono, primâ die mensis Máii.

Lectio iij.

* ANtiquíssima & celebérrima non in Gállia solùm, sed & in Itália memória sanctæ Colúmbæ, cui Cathedrális Ariminénsis Ecclésia nunc étiam sacra est. Ipsi Parísiis olim fuit Ecclésia dicáta, in qua ejus intercessióne, teste beáto Audoéno, Deus operabátur mirácula plúrima. Quæ verò longè celébrior extrúcta Basílica fúerat illi prope Sénonas, hanc nono século jam vetústam, ut testátur Lupus Ferrariénsis in epístola ad Párdulum Senonénsem, médio eódem século restaurávit & dedicávit Venílo, Senonénsis Epíscopus, & rursus extrúctam ab Odóne Abbáte íterum dedicávit Alexánder Papa tértius, anno millésimo centésimo sexagésimo tértio.

[*In Ecclesia Metropolitana.*

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Script. occur.

IN II. NOCTURNO.

Lectiones de S. Columba, ut suprà, divisionibus factis ad ** *asteriscos.*

IN III. NOCTURNO.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 25..1. *ad* 13.

IN illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc: Símile erit regnum cœlórum decem virgínibus, quæ accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbviàm sponso & sponsæ. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

In Evang. Homil. 12.

OMnes lámpades habent, sed omnes óleum non habent; quia plerúmque bona in se ópera cum eléctis & réprobi osténdunt: sed soli ad sponsum cum óleo véniunt, qui de his quæ foris égerint, intus glóriam requírunt. Unde per Psalmístam quoque de sancta Electórum Ecclésia dícitur: [Omnis glória ejus fíliæ regis ab intus.] [Moram autem faciénte sponso, dormitavérunt omnes & dormiérunt;] quia dum veníre Judex ad extrémum judícium differt, elécti & réprobi in mortis somno sopiúntur.

Lectio viij. *Post pauca.*

DE advéntu sponsi clamor in média nocte fit; quia sic dies judícii surrépit, ut prævidéri non váleat quando venit. Unde scriptum est: [Dies Dómini sicut fur in nocte, ita véniet.] Tunc omnes Vírgines surgunt; quia & elécti & réprobi à somno suæ mortis excitántur. Lámpades ornant; quia sua secum ópera númerant, pro quibus ætérnam recípere beatitúdinem

:ant. Sed lámpades fa-
n Vírginũ extinguún-
uia eárum ópera quæ
ıomínibus forìs appa-
ıt, in advéntu Júdicis
ɔbſcurántur; & à Deo
utiónem non invé-
, quia pro eis recepé-
ab homínibus laudes
ımavérunt.

Lectio ix.

Jid eſt autem quòd
unc à prudéntibus
ı petunt, niſi quòd in
tu Júdicis, cùm ſe in-
ıcuas invénerint, teſ-
ıium forìs quærunt?
rudéntes Vírgines reſ-
:nt dicéntes: [Ne
non ſufficiat nobis &
; ite pótiùs ad vendén-
& émite vobis. Sed
irent émere, venit
us; quæ autem parátæ
, intravérunt cum eo
úptias, & clauſa eſt
.] Ò! ſi ſápere in cor-
ılato poſſis, quid ad-
iónis habet quod díci-
[Venit ſponſus?]
dulcédinis, [Intravé-
:um eo ad núptias?]
amaritúdinis, [Et
ı eſt jánua?] Tunc
jánua lugéntibus clau-
, quæ modò quotídie
:éntibus aperítur: erit
ue & tunc pœnitén-
ed fructuóſa jam non
quia nequáquam tunc
m ínvenit, qui modò
ı véniæ tempus per-

Oratio. Orémus.

DEus, qui beátæ Colúmbæ Vírgini & Mártyri, miſſo cœlitus imbre, circumſæviéntes extínguere dignátus es flammas; quæſumus ut ejus obténtu, ígnea antíqui ſerpéntis jácula, infúſo nobis rore tuæ miſeratiónis, extínguas; Per Dóminum.

In Vesperis, *fit Commemoratio S. Lupi, Ant.* Reſpéxit, ℣. Quæſívit, xxiij. *Oratio*, Deus, qui beátum Lupum, *infrà*.

Deinde S. Marthæ, Chriſti Hoſpitæ, Ant. Múlier quædam, Martha nómine, excépit Jeſũ in domũ ſuã; & ſatagébat circa frequens miniſtérium. *Luc.* 10.38.40.

℣. Date ei de fructu mánuum ſuárum; ℟. Et laudent eam in portis ópera ejus. *Prov.* 31. 31.

Oratio, Deus, qui converſátus in terris, *infrà*.

Die XXIX.
In Feſto S. LUPI, TRECENSIS Epiſcopi.

Semiduplex.

De Communi S. Pontificis, xxij. *Oratio*, Deus, qui beátum Lupum, *infrà*.

Lectio ij.

Ex S. Lupi vita apud Sur. Sidon. Apoll. & aliis.

LUpus Tulli Leucórum nóbili famíliâ natus, uxórem duxit Pœmeníolam, ſancti Hilárii Are-

laténsis sorórem. Qui cùm séptimo conjúgii anno, réliquum vitæ in continéntia dégere decrevíssent, Lupus ad beátum Honorátum, Lirinénsem Abbátem, se cóntulit: unde post annum cùm Matiscónem venísset, ut, quod sibi de facultátibus superérat, paupéribus erogáret; improvisò ad Trecénsem episcopátum raptus est. Biénnio pòst eléctus est à Synodo Gallicána, qui cum sancto Germáno Autissiodorénsi in Británniam majórem ad expugnándam Pelagiánam hæresim proficisceretur.

Lectio iij.

REvérsus Trecas ex majóri Británnia Lupus, civitátem ab Hunnis in Gálliam effúsis, suis précibus servávit incólumem, ipsúmque Attilam eórum ducem in suî veneratiónem convértit. Annis circiter vigínti, tábulâ pro lecto usus est, cilício pro interióre túnica; in oratióne, altérnis nóctibus pérvigil; in jejúniis assíduus, solo pane hordeáceo sábbato víctitans: census suos aléndis paupéribus captivísque rediméndis impéndere sólitus. Discípulos hábuit sanctos Epíscopos Polychrónium Virdunénsem, Sevérum Trevirénsem, Alpínum Catalaunénsem, & Cameliánum Trecénsem: ipse, ob exímias virtútes, Pontíficum Gallicanórum dictus fácilè princeps. Cùm autem annis quinquagínta duóbus sacerdótio functus fuísset, clarus miráculis ábiit ad Dóminum.

Oratio. Orémus.

DEus, qui beátum Lupum Antístitem, Christiánæ fídei tribuísti defensórem; nobis ejus méritis & exémplo, concéde propítius, eámdem fidem crédere humíliter, & tenére constánter; Per Dóminum.

Pro Commemoratione S. Marthæ, Ant. Ait Martha ad Jesum: Utique, Dómine, ego crédidi, quia tu es Christus Fílius Dei vivi, qui in hunc mundum venísti. *Joan.* 11. 27.

℣. Tu es, Dómine, qui vitæ & mortis habes potestátem, ℟. Et dedúcis ad portas mortis, & redúcis. *Sap.* 16. 13.

Oratio. Orémus.

DEus, qui conversátus in terris, in domo beátæ Marthæ hospitári dignátus es; quæsumus ut, ipsâ pro nobis intercedénte, in ætérna tabernácula récipi mereámur; Qui vivis.

DIE XXXI.
In Festo
SANCTI GERMANI,
Autissiodorensis Episcopi.
Duplex-Minus.
De Communi S. Pontificis,

cis, xxij. *Oratio*, Da Ecclésiæ tuæ, *infrà*.

Commemoratio S. Ignatii Loyolæ, Presbyteri, *Ant*. Sanctificábor, ℣. Sacerdótes, xliij. *Oratio*, Dómine Deus omnípotens, xlvij.

Lectio ij.

Ex S. Germani vita, autore Constantio; & ex Prosp. fast.

GErmánus, nóbili génere Autissiodóri natus, post auditória Gallicána Romæ juris perítiam adéptus, causas egit; ibíque uxórem duxit. Províncias suæ visitátor constitútus, in Gálliam rédiit: ubi venatióni nímiùm déditus, ab Amatóre, Autissiodorénsi Epíscopo reprehénsus est, quòd ferárum quas venándo céperat, trunca cápita, ex ritu gentílium, de árbore quæ in médio civitátis erat, non sine fidélium offensióne, suspénderet. Sed ubi Germánum sibi successórem futúrum divínitus cómperit Amátor, Augustodúnum se cóntulit, ut Germáni in Clerum asciscéndi potestátem à Júlio Præfécto impetráret. Quod ut obtínuit, Germánum, rescisso capillítio, clericáli veste índuit. Creátus Epíscopus, súbitò mutátur in virum álterum: exínde namque cœpit séculi pompam aspernári, uxórem habére pro soróre, vitam ásperam dúcere, cilício carnem domáre, vilem indúere hábitum, sua paupéribus erogáre, ómnibus sine personárum acceptióne hospítium præbére, oratiónem vix unquam intermíttere. Cùm autem Pelagiána hæresis in Británnia majóre grassarétur, ad eam extirpándam Gálliæ Epíscopi, rogántibus Británnis, misérunt Germánum cum Lupo Trecénsi; qui ínsulam purgárunt ab erróre. Cláruit ibi Germánus miráculis; atque inter ália, puéllæ visum restítuit, postquam invocáto Trinitátis adorándæ nómine, relíquias Sanctórum, quas collo appénsas gerébat, ipsíus óculis admovísset.

Lectio iij.

IN Gálliam redux, cùm accepísset civitátem suam tribútis aliísque calamitátibus ádmodum premi, Arelátem se cóntulit ad Auxiliárem Gálliæ Præféctum, pro plebe vexáta intercessúrus. Auxiliáris Germáni précibus ultro ánnuit: & vicíssim grátiam recépit à Germáno, qui uxórem ejus quartánâ febre dudū laborántē prístinæ réddidit sanitáti. Rogátus à Británnis ut quod cœperat opus absólveret, adjúncto sibi cómite Sevéro Trevirénsi in Insulam íterum proféctus, renascéntem hæresim pénitus extínxit. Alamannórum

exércitum, in Aremóricos tum rebélles ab Aétio Præfécto missum, avocávit. Deínde Ravénnam proféctus, ut à Valentiniáno Imperatóre véniam iis péteret, & ab ipso ejúsque matre Placídia magno cum honóre excéptus, ibi paucis pòst diébus ex hac vita decéssit. Corpus ejus honorífico comitátu Autissiodórum, uti præcéperat, delátum est.

Oratio. Orémus.

DA Ecclésiæ tuæ, miséricors Deus, ut mérita beáti Germáni Antístitis pietátem tuam pro ipsa semper exórent, & fructum in nobis labórum ejus custódiant; Per Dóminum.

Pro Commemoratione S. Ignatii, Ant. Euge, ℣. Immola. *Oratio*, Dómine Deus omnípotens, xlvj.

Vespera de Festo sequenti.

FESTA AUGUSTI.

Die I.
In Festo
S. PETRI AD VINCULA.

Duplex-Minus.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria & sic in toto Officio.

Ant. 7. c. DAbo te pópulo huic in murum æreum: & bellábunt advérsùm te, & non prævalébunt. *Jer.* 15. 20.

Ant. 3. g. Ne tímeas, serve meus, neque páveas; quia ecce ego salvábo te. *Jer.* 30. 10.

Ant. 5. *F.* Liberábo te: éruens liberábo te, & gládio non cades. *Jer.* 39. 17. 18.

Ant. 1. a. In die illa cónteram jugum de collo tuo, & víncula dirúmpam. *Jer.* 30. 8.

Ant. 6. F. Ego ante te ibo; & glorióśos terræ humiliábo: portas æreas cónteram, & vectes férreos confríngam. *Isai.* 45. 2.

Capitulum. *Jer.* 1. 19.

BEllábunt advérsùm te, & non prævalébunt; quia ego tecum sum, ait Dóminus, ut líberem te.

Hymnus. *Santol. Vict.*

PEtrum, Tyránne, quid caténis óbruis?
Jubésque condi cárceris nigro specu?
Quid trux satélles ante limen éxcubat?
Carcer, satélles, vincla non Petrum tenent.

Fulgens ab alto venit Ales æthere;
Recédit horror, & fugat noctem dies:
Jubénte Christo, rupta vincla cóncidunt,

Pandúntur ultro clausa fer-
ro límina.

Cœlestis ille ductor ostendit viam :
It Petrus, atque sómnium, quod sit, putat :
Verùm, recéptâ mente, victrícem Dei
Suæ salútis certus agnóscit manum.

Lux nostra, Christe, nostra libértas, vides,
Quibus caténis óbruant nos crimína,
Et quanta nostris íncubet nox méntibus :
Cæcis diem fer, rumpe vinctis víncula.

Patri suprémo sit supréma glória ;
Tibíque laudes totus orbis cóncinat,
Ætérne Fili, splendor ætérni Patris ;
Compar sit almo laus decúsque Flámini. Amen.

℣. Ego tecum sum ut salvem te ; ℟. Et éruam te, dicit Dóminus. *Jer.* 15. 20.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Liberábo te de manu pessimórum, & rédimam te de manu fórtium. *Jer.* 15. 21.

Oratio, Deus, qui beátum Petrum, *infrà ad Laudes.*

Fit Commemoratio S. Germani, Ant. Beatificávit, ℣. Dedit, xxix. *Oratio*, Da Ecclésiæ tuæ, *suprà.*

Deinde SS. Machabæorum.

Ant. Paráti sumus mori, magìs quàm pátrias Dei leges prævaricári. 2. *Mach.* 7. 2.

℣. Pótius est ab homínibus morti datos spem expectáre à Deo, ℟. Iterum ab ipso resuscitándos. 2. *Mach.* 7. 14.

Oratio, Fratérna, *infrà ad Laudes.*

Postremò, S. Eusebii, Vercellensis Episcopi & Confessoris Christi, Ant. Qui confitébitur me, ℣. Dóminus, xxj. *Oratio*, Deus, pro cujus nómine, xxij.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Dóminum qui solvit compedítos, * Veníte, adorémus. *Ps.* 145. 7.

Ps. 94 Veníte, 2.

Hymnus, Petrum, Tyránne, *ut in primis Vesperis.*

Ant. 8. G. Supervenérunt sacerdótes, doléntes quòd Petrus & Joánnes annuntiárent in Jesu resurrectiónem ex mórtuis, & posuérunt eos in custódiam. *Act.* 4. 1. 2. 3.

Ant. 8. a. Factum est in crástinum, ut congregaréntur príncipes, & senióres, & Scribæ : & statuéntes eos in médio, interrogábant. *Act.* 4. 5. 7.

Ant. 1. a. Multi eórum qui audíerant verbum, credidérunt ; & factus est númerus virórum quinque míllia. *Act.* 4. 4.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei, ℟. Et facta ejus intellexérunt. *Ps.* 63. 10.

Lectio j. *de Scriptura occurrente, tribus in unam junctis.*

℟. Replétus Spíritu-sancto Petrus, dixit: Príncipes pópuli, * Notum sit ómnibus vobis, & omni plebi Israël, quia in nómine Jesu Christi iste astat coram vobis sanus. *Act.* 4. 8. 10. ℣. Non abscóndi misericórdiam tuam, & veritátem tuam à concílio multo, Dómine. *Ps.* 39. 11. * Notum.

De Actibus Apostolórum.

Lectio ij. *c.* 12. 1. *ad* 7.

MIsit Heródes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclésia. Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. Videns autem quia placéret Judæis, appósuit ut apprehénderet & Petrum. Erant autem dies azymórum. Quē cùm apprehendísset, misit in cárcerem, tradens quátuor quaterniónibus mílitum custodiéndum, volens post Pascha prodúcere eum pópulo. Et Petrus quidem servabátur in cárcere. Orátio autem fiébat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo. Cùm autem productúrus eum esset Heródes, in ipsa nocte erat Petrus dórmiens inter duos mílites, vinctus caténis duábus: & custódes ante óstium custodiébant cárcerem. Et ecce Angelus Dómini ástitit; & lumen refulsit in habitáculo: percussóque látere Petri, excitávit eum, dicens: Surge velóciter. Et cecidérunt caténæ de mánibus ejus.

℟. Princeps Sacerdótum, & omnes qui cum illo erant, posuérunt Apóstolos in custódia pública; Angelus autem Dómini per noctem apériens jánuas cárceris, dixit: * Ite, & stantes loquímini plebi ómnia verba vitæ hujus. *Act.* 5. 17. 18. 19. 20. ℣. Annuntiáte de die in diem salutáre Dómini, in ómnibus pópulis mirabília ejus. *Ps.* 95. 2. 3. * Ite.

Lectio iij. *v.* 8. *ad* 17.

DIxit autem Angelus ad eum: Præcíngere, & cálcea te cáligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circúmda tibi vestiméntum tuum, & séquere me. Et éxiens sequebátur eum, & nesciébat quia verum est quod fiébat per Angelum: existimábat autem se visum vidére. Transeúntes autem primam & secúndam custódiam, venérunt ad portam férream, quæ ducit ad civitátem: quæ ultro apérta est eis. Et exeúntes processérunt vicum unum: & contínuò discéssit Angelus ab eo. Et Petrus ad se revérsus, dixit: Nunc scio verè, quia misit Dóminus Angelum suum, & erípuit me de

manu Heródis, & de omni expectatióne plebis Judæórum. Consideránsque venit ad domum Maríæ matris Joánnis qui cognominátus est Marcus, ubi erant multi congregáti, & orántes. Pulsánte autem eo óstium jánuæ, procéssit puélla ad audiéndum, nómine Rhode. Et ut cognóvit vocem Petri, præ gaúdio non apéruit jánuam, sed intrò currens nuntiávit stare Petrum ante jánuam. At illi dixérunt ad eam: Insánis. Illa autem affirmábat sic se habére. Illi autem dicébant: Angelus ejus est. Petrus autem perseverábat pulsans. Cùm autem aperuíssent, vidérunt eum, & obstupuérunt. Annuens autem eis manu ut tacérent, narrávit quómodo Dóminus eduxísset eum de cárcere, dixítque: Nuntiáte Jacóbo, & frátribus hæc. Et egréssus ábiit in álium locum.

℟. Præcipiéndo præcépimus vobis ne docerétis in nómine isto; & ecce repléstis Jerúsalem doctrínâ vestrâ: Respóndens Petrus & Apóstoli, dixérunt: * Obedíre opórtet Deo magìs quam homínibus. *Act.* 5. 28. 27. ℣. Obediéntes érimus præcéptis Dómini Dei nostri. *Josue* 24. 24. * Obedíre. Glória. * Obedíre.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Laudábilem invocábo Dóminum; ℟. Et ab inimícis meis salvus ero. 2. *Reg.* 22. 4.

AD LAUDES.

Ant. 4. d. Misit Heródes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclésia. *Act.* 12. 1.

Ant. 2. *D.* Occídit Jacóbum gládio. Videns autem quia placéret Judæis, appósuit ut apprehénderet & Petrum, quem misit in cárcerem. *Act.* 12. 2. 3. 4.

Ant. 3. g. Petrus servabátur in cárcere; orátio autem fiébat sine intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo. *Act.* 12. 5.

Ant. 7. *d.* Angelus Dómini ástitit; & lumen refúlsit in habitáculo, percussóque látere Petri, excitávit eum; & cecidérunt caténæ de mánibus ejus. *Act.* 12. 7.

Ant. 5. a. Dixit Angelus ad eum: Séquere me: & éxiens sequebátur eum, & nesciébat quia verum est quod fiébat per Angelum. *Act.* 12. 8. 9.

Capitulum. *Sap.* 10. 13.

Sapiéntia justum non derelíquit, sed à peccatóribus liberávit eum, descendítque cum illo in fóveam, & in vínculis non derelíquit illum.

Hymnus. *Santol. Vict.*

Qui Christiáno gloriántur nómine,
Ahéna frustrà vincla captívos tenent,

Frustrà satélles servat insómnis fores;
Inter caténas mente stant libérrimâ.

Ornant revínctos invidéndæ cómpedes,
Nec ponderósæ, quas amor leves facit:
Non densa tetri cárceris nox óbsidet,
Ætérna summo quos manet cœlo dies.

Dulces caténæ! quæ reum non árguunt,
Sed Christi amántem quæ probant Apóstolum;
Regum corónis, aúreis monílibus,
Vos sacra pluris æstimámus víncula.

Patri suprémo sit supréma glória;
Tibíque laudes totus orbis cóncinat,
Ætérne Fili, splendor ætérni Patris;
Compar sit almo laus decúsque Flámini. Amen.

℣. Dirupísti, Dómine, víncula mea; ℞. Tibi sacrificábo hóstiam laudis. *Ps.* 115. 6. 7.

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. F. Petrus ad se revérsus dixit: Nunc scio verè, quia misit Dóminus Angelum suum, & erípuit me de manu Heródis, & de omni expectatióne plebis Judæórũ. *Act.* 12. 11.

Oratio. Orémus.

Deus, qui beátum Petrum Apóstolum à vínculis absolútum, illæsum abíre fecísti; nostrórum, quæsumus, absólve víncula peccatórum; & ómnia mala à nobis propitiátus avérte; Per Dóminum.

Fit Commemoratio SS. Machabæorum, *Ant.* Rex mundi defúnctos nos pro suis légibus in ætérnæ vitæ resurrectióne suscitábit. 2. *Mach.* 7. 9.

℣. Judicábit Dóminus pópulum suum; ℞. Et in servis suis deprecábitur. *Ps.* 134. 14.

Oratio. Orémus.

Fratérna nos, Dómine, Mártyrum tuórum coróna lætíficet, quæ & fidei nostræ præbeat increménta virtútum, & multíplici nos suffrágio consolétur; Per Christum.

Postea S. Eusebii, *Ant.* Confitébor, ℣. Præcinxísti me, *Oratio*, Deus, pro cujus nómine, xxj.

AD PRIMAM.

Ant. Misit.

AD TERTIAM.

Ant. Occídit.

Capitulum. 1. *Petr.* 3. 15. 16.

Si quid patímini propter justítiam, beáti: timórem autem eórum ne timuéritis, & non conturbémini.

℞. *br.* Juxtà est Dóminus iis * Qui tribuláto sunt corde; ℞. Juxtà est. ℣. Et húmiles spíritu salvábit. * Qui tribuláto. Glória. ℞. Juxtà est. *Ps.* 33. 19.

℣. Immíttet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum, ℟. Et erípiet eos. *Ps.* 33. 8.

AD SEXTAM.

Ant. Petrus.

Capitulum. *Rom.* 15. 30. 31.

Obsecro vos, fratres, ut adjuvétis me in oratiónibus vestris pro me ad Deum, ut líberer ab infidélibus qui sunt in Judæa.

℟. *br.* Clamavérunt justi, * Et Dóminus exaudívit eos; ℟. Clamavérunt. ℣. Et ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos. * Et Dóminus. Glória. ℟. Clamavérunt. *Ps.* 33. 18.

℣. Oculi Dómini super justos; ℟. Et aures ejus in preces eórum. *Ps.* 33. 16.

AD NONAM.

Ant. Dixit Angelus ad eum.

Capitulum. *Gen.* 49. 24.

Dissolúta sunt víncula brachiórum & mánuum illíus per manus poténtis Jacob.

℟. *br.* Misit de cœlo Dóminus, * Et liberávit me; ℟. Misit. ℣. Dedit in oppróbrium conculcántes me. * Et liberávit me. Glória. ℟. Misit. *Ps.* 56. 4.

℣. Salvum me fecit Dóminus, ℟. Quóniam vóluit me. *Ps.* 17. 20.

AD VESPERAS.

Antiphonæ de Laudibus.

Capitulum. *Jer.* 20. 13.

Cantáte Dómino, laudáte Dóminum: quia liberávit ánimam paúperis de manu malórum.

Hymnus, Qui Christiáno, *ut in Laudibus.*

℣. Deus, edúcis me ab inimícis meis; ℟. Propterea confitébor tibi in géntibus. 2. *Reg.* 22.

Ad Magníficat, *Ant* 4. d. Narrávit Petrus quómodo Dóminus eduxísset eum de cárcere, dixítque: Nuntiáte Jacóbo & frátribus hæc. *Act.* 12. 17.

Fit Commemoratio S. Stephani, Papæ & Martyris, Ant. Qui vícerit, ℣. Vincénti, ix. *Oratio*, Deus, cujus grátia, xij.

DIE II.

In Festo

SANCTI STEPHANI,

Papæ & Martyris.

Simplex.

De Communi unius Martyris, viij.

Lectio iij.

Ex S. Cypriano, Usuardo, & Adone.

Stéphanus post Lúcium successórem Cornélii, Románam rexit Ecclésiam. Grassabátur ejus tempóribus Novatianórum hæresis, quæ pœniténtibus lenitátis patérnæ solátia clau-

debat, sine spe pacis & communicatiónis. His cùm se Marciánus Arelaténsis adjunxíſſet, Stéphanus ea de re primùm à Fauſtíno Lugdunénsi, subínde à sancto Cypriáno mónitus est. Ecclésiæ tamen discíssæ ad unitátem revérsæ sunt, & rédditam insperátò pacem Dionysius Alexandrínus ipsi Stéphano per litteras gratulátus est. Alia quoque gravis exórta est controvérsia, utrùm baptizáti ab hæréticis ad Ecclésiam redeuntes, dénuo essent baptizándi; de qua quid sentíret Stéphanus ad Cypriánum scripsit his verbis: Nihil innovétur nisi quod traditum est. Demum præclare administrátam per áliquot annos Ecclésiam, in persecutióne Valeriáni martyrium subiit circa annum Christi ducentésimum quinquagésimum.

Vespera de Festo sequenti.



DIE III. AUGUSTI.

REVELATIO

SEU

INVENTIO CORPORIS SANCTI STEPHANI PROTOMARTYRIS.

ANNUALE-MINUS.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria.

Ant. 1. D. JErúsalem, Jerúsalem, quæ occídis Prophétas, & lápidas eos qui ad te missi sunt, ecce relinquétur vobis domus vestra desérta. *Matt.* 23. 37. 38.

Ant. 2. D. Væ vobis legisperítis: proféctò testificámini quòd consentítis opéribus patrum vestrórum. *Luc.* 11. 47. 48.

Ant. 3. E. Fílii estis eórum qui Prophétas occidérunt: & vos impléte mensúram patrum vestrórum. *Matt.* 23. 31. 32.

Ant. 4. d. Dico vobis amícis meis: Ne terreámini ab his qui occídunt corpus, & post hæc non habent ámpliùs quid fáciant. *Luc.* 12. 4.

Ant. 5. a. Beáti estis cùm persecúti vos fúerint; sic enim persecúti sunt Prophétas qui fuérunt ante vos. *Matt.* 5. 11. 12.

CAPITULUM. *Jac.* 1. 12.

BEátus vir qui suffert tentatiónem; quóniam cùm probátus fúerit, accípiet corónam vitæ quam repromísit Deus diligéntibus se.

℟. Injícient vobis manus suas, & persequéntur propter nomen meum; * Ego † Dabo vobis os, & sapiéntiam, cui non póterunt resístere, & contradícere omnes adversárii vestri. *Luc.* 21. 12. 15. ℣. Ego osténdam vobis quid ágere debeátis. *Exod.* 4. 15. * Ego dabo. Glória. † Dabo.

Hymnus, Obscúros, *ut infrà in II. Vesperis.*

℣. In die tribulatiónis éruam te, ℟. Et honorificábis me. *Ps.* 49. 15.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.* Mittam ad illos Prophétas

& Apóstolos, & ex illis occídent, & persequéntur; ut inquirátur sanguis ómnium Prophetárum, qui effúsus est à constitutióne mundi à generatióne ista. *Luc.* 11. 49. 50.

Oratio. Orémus.

DA nobis, Dómine, beáti Protomártyris Stéphani intercessióne adjuvári; ut qui pro suis persecutóribus exorávit, pro suis cultóribus intercédere dignétur; Per Dóminum.

Completorium, *ut in die, infrà*, 498.

Orationes, Da nobis, *suprà*, & Véritas, *sub una conclusione.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Jesum, quem vidit Stéphanus stantem à dextris Dei, * Veníte, adorémus. *Act.* 7. 55.

Ps. 94. Veníte. 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

O Qui tuo, dux Mártyrum,
Præfers corónam nómine,
Non de cadúcis flóribus
Tibi corónam néctimus.

Tuo cruénta sánguine
Quàm saxa fulgent púlcriùs
Aptáta sacro vértici!
Non sic micárent sídera.

Quot facta fronti vúlnera,
Tot tela lucis émicant;
Et Angelo monstrat parem,
Quod prodit è vultu jubar.

Tu prima Christo víctimæ
Vitam rependis víctima,
Primúsque testis, æmulo
Deum fatéris fúnere.

Tu primus osténsam tibi
Maris rubri sulcas viam;
Quot te sequéntur Mártyrum,
Quibus præis, exércitus!

Jesu, coróna Mártyris,
Quem stans ab alto réspicis,
Fac nos poténti grátiâ
Illuc sequi quò dux præit.
Amen.

Psalmi de Dominica, & sic in toto Officio.

In I. Nocturno.

Ant. 1. D. Convocántes Duódecim multitúdinē discipulórum, dixérunt: Non est æquum nos derelínquere verbum Dei, & ministráre mensis. *Act.* 6. 2.

Ant. 2. D. Consideráte viros ex vobis boni testimónii septem, plenos Spíritusancto & sapiéntiâ, quos constituámus super hoc opus. *Act.* 6. 3.

Ant. 3. *F.* Plácuit sermo coram omni multitúdine. Et elegérunt Stéphanum. *Act.* 6. 5.

℣. Diáconi probéntur primùm; ℟. Et sic minístrent. 1. *Tim.* 3. 10.

De Actibus Apostolórum.

Lectio j. *c.* 6. 8. *ad fin.*

STéphanus plenus grátiâ & fortitúdine, faciébat prodígia, & signa magna in pópulo. Sur-

texérunt autem quidam de synagóga, quæ appellátur Libertinórum, & Cyrenénsium, & Alexandrinórum, & eórum qui erant à Cilícia, & Asia, disputántes cum Stéphano: & non póterant resístere sapiéntiæ, & Spirítui qui loquebátur. Tunc summisérunt viros, qui dícerent se audivísse eum dicéntem verba blasphémiæ in Móysen, & in Deum. Commovérunt ítaque plebem, & senióres, & Scribas: & concurréntes rapuérunt eum, & adduxérunt in concílium; & statuérunt falsos testes, qui dícerent: Homo iste non cessat loqui verba advérsùs locum sanctum, & legem: audívimus enim eum dicéntem: Quóniam Jesus Nazarénus hic déstruet locum istum, & mutábit traditiónes, quas trádidit nobis Móyses. Et intuéntes eum omnes, qui sedébant in concílio, vidérunt fáciem ejus tanquam fáciem Angeli.

℟. Stéphanum, virum plenum fide & Spíritu-sancto, * Statuérunt ante conspéctum Apostolórum; & orántes imposuérunt ei manus. *Act.* 6. 5. 6. ℣. Locútus est Dóminus ad Móysen, dicens: Státues Levítas in conspéctu Aáron & filiórum ejus, & consecrábis oblátos Dómino. *Num.* 8. 5. 13. * Statuérunt.

Lectio ij. *c.* 7. 55. *ad* 58.

CUm autem esset plenus Spíritu-sancto, inténdens in cœlum, vidit glóriam Dei, & Jesum stantem à dextris Dei. Et ait: Ecce vídeo cœlos apértos, & Fílium hóminis stantem à dextris Dei. Exclamántes autem voce magnâ continuérunt aures suas, & ímpetum fecérunt unanímiter in eum. Et ejiciéntes eum extra civitátem lapidábant; & testes deposuérunt vestiménta sua secus pedes adolescéntis qui vocabátur Saulus. Et lapidábant Stéphanum invocántem, & dicéntem: Dómine Jesu, súscipe spíritum meum.

℟. Levítes præpósitus erat iis quæ sponte offerebántur Dómino; * Universæque multitúdini fidéliter cibi præbebántur. 2. *Par.* 31. 14. 18. ℣. Quotquot possessóres agrórum erant, vendéntes afferébant prétia: dividebátur autem síngulis prout cuíque opus erat. *Act.* 4. 34. 35. * Universæque.

Lectio iij.

c. 7. *v.* 59. & *c.* 8. *v.* 1. & 2.

POsitis autem génibus, clamávit voce magnâ, dicens: Dómine, ne státuas illis hoc peccátum. Et cùm hoc dixísset, obdormívit in Dómino. Saulus autem erat conséntiens neci ejus. Facta est autem in illa die persecútio magna in Ecclésia,

quæ erat Jerosólymis ; & omnes dispérsi sunt per regiónes Judææ, & Samaríæ; præter Apóstolos. Curavérunt autem Stéphanum viri timoráti, & fecérunt planctum magnum super eum.

℟. Qui séminat in benedictiónibus, de benedictiónibus & metet, sicut scriptum est : * Dispérsit, dedit paupéribus ; † Justítia ejus manet in séculum séculi. 2. *Cor.* 9. 6. 9. ℣. Eleemósynas illius enarrábit omnis ecclésia sanctórum. *Eccli.* 31. 11. * Dispérsit. Glória. † Justítia.

In II. Nocturno.

Ant. 8. a. Stéphanus plenus grátiâ & fortitúdine, faciébat prodígia & signa magna in pópulo. *Act.* 6. 8.

Ant. 6. C. Sapiéntia firmábitur in illo, & non flectétur; & continébit illum, & exaltábit illum apud próximos suos. *Eccli.* 15. 3. 4.

Ant. 5. a. Confirmátum est cor ejus ; non commovébitur, donec despíciat inimícos suos. *Ps.* 111. 8.

℣. Erat potens in verbis, ℟. Et in opéribus suis. *Act.* 7. 22.

Lectio iv.

Ex Luciani Epist. de Invent. S. Steph. tom. 7. August. in Append. edit. nov.

Sancti Stéphani Protomártyris, Gamaliélis, Nicodémi, & Abibónis córpora, quæ diu latúerant, Luciáno presbytero divínitus admónito, invénta sunt prope Jerosólymam, Theodósio junióre & Honório imperántibus. Cujus rei famâ, magna hóminum multitúdo commóta, eò convénit; pluresque váriis morbis affécti, sani rediérunt. Sacræ relíquiæ summâ celebritáte in sanctam Ecclésiam Sion illátæ sunt : ex quibus váriæ partículæ in Áfricam, Gálliam, aliásque orbis partes delátæ, multis claruérunt miráculis.

℟. Potens in Scriptúris, erat edóctus viam Dómini; & * Fervens spíritu loquebátur, & docébat diligénter ea quæ sunt Jesu. *Act.* 18. 24. 25. ℣. Sápiens tanquam imbres mittet elóquia sapiéntiæ suæ. *Eccli.* 39. 9. * Fervens spíritu loquebátur.

De Sermóne sancti Augustíni Epíscopi.

Serm. 318. *de Martyre Stephano*, 5. §. 1. *Alias Serm.* 25. *ex Sirmondianis.*

Lectio v.

Audístis, cùm passiónis Stéphani léctio legerétur de libro canónico Actuum Apostolórum, quemádmodum lapidátus sit à Judæis, quemádmodum Dómino commendáverit spíritum suum, quemádmodum étiam in extrémo génibus fixis oráverit pro lapidatóribus suis. Hujus corpus ex illo usque ad ista témpora

látuit; nuper autem appáruit, sicut solent apparére sanctórum córpora Mártyrum, revelatióne Dei, quando plácuit Creatóri.... Præcedéntibus enim signis locus demonstrátus est; & quómodo fúerat revelátum, sic & invéntum est. Multi inde relíquias accepérunt, quia Deus vóluit, & huc venérunt. Commendátur ergo caritáti vestræ & locus & dies: utrúmque celebrándum in honórem Dei, quem conféssus est Stéphanus. Nos enim in isto loco non aram fécimus Stéphano, sed de relíquiis Stéphani aram Deo.

℟. Cœpit fiduciáliter ágere in synagóga; * Veheménter enim Judæos revincébat públicè, osténdens per Scriptúras, esse Christum Jesum. *Act.* 18. 26. 28. ℣. Surréxit quasi ignis, & verbum ipsíus quasi fácula ardébat. *Eccli.* 48. 1. * Veheménter enim.

Ex libro sancti Augustíni Epíscopi, de Civitáte Dei.

Lib. 22. *cap.* 8. §. 10. 11.

Lectio vj.

AD aquas Tibilitánas Epíscopo afferénte Prajéctor eliquias Mártyris gloriosíssimi Stéphani, ad ejus Memóriam veniébat magnæ multitúdinis concúrsus & occúrsus. Ibi cæca múlier, ut ad Epíscopum portántem ducerétur, orávit: flores quos ferébat, dedit; recépit, óculis admóvit, prótinus vidit. Stupéntibus qui áderant, præibat exúltans, viam carpens, & viæ ducem ultériùs non requírens. Memoráti Memóriam Mártyris, quæ pósita est in castéllo Siniténsi, quod Hipponénsi colóniæ vicínum est, ejúsdem loci Lucíllus Epíscopus, pópulo præcedénte atque sequénte, portábat. Fistula, cujus moléstiâ jámdiu laboráverat, & familiaríssimi sui médici, qui eam secáret, opperiebátur manus, illíus piæ sárcinæ vectatióne, repéntè sanáta est.

℟. Surrexérunt quidam de synagóga disputántes cum Stéphano; * Et † Non póterant resístere sapiéntiæ, & Spirítui qui loquebátur. *Act.* 6. 9. 10. ℣. Obstrúctum est os loquéntium iníqua. *Ps.* 62. 12. * Et non. Glória. † Non póterant.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 3. g. Judæi repléti sunt zelo, & contradicébant his quæ dicebántur, blasphemántes. *Act.* 13. 45.

Ant. 8. G. Summisérunt viros qui dícerent se audivísse Stéphanum dicéntem verba blasphémiæ in Móysen, & in Deum. *Act.* 6. 11.

Ant. 7. d. Commovérunt plebem, & senióres, & Scribas; & concurréntes rapuérunt Stéphanum. *Act.* 6. 12.

℣. Lábia dolósa loquúntur advérsùs justum iniquitátem, ℟. In supérbia, & in abusióne. *Ps.* 30. 19.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio vij. *c.* 23. 34. *ad fin.*

IN illo témpore; Dicébat Jesus Scribis, & Pharisæis: Ecce ego mitto ad vos Prophétas, & Sapiéntes, & Scribas; & ex illis occidétis, & crucifigétis; & ex eis flagellábitis in synagógis vestris, & persequémini de civitáte in civitátem. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Serm. 317. *de Stephano Martyre*, 4. §. 5. *Aliàs Serm.* 92. *de Diversis.*

DOminus amárè & acérbè árguit Judæos, sed amándo: [Væ vobis, Scribæ & Pharisæi hypócritæ.] Quando dicébat ista, quis non díceret quià óderat illos? Venit ad crucem, & ait: [Pater, ignósce illis, quia nésciunt quid fáciunt.] Sic & Stéphanus in sermóne suo priùs árguit: [Durâ cervíce, & non circumcísi corde & áuribus.] Verba sunt sancti Stéphani, quando Judæos alloquebátur: [Durâ cervíce, & non circumcísi corde & áuribus; vos semper Spirítui-sancto restitístis, sicut & patres vestri. Quem Prophetárum non occidérunt patres vestri?] Ista dicéndo, quasi odit, quasi sævit. Lingua clamat, cor amat.

℟. Adduxérunt Stéphanum in concílium, & statuérunt falsos testes, qui dícerent: * Homo iste non cessat loqui verba advérsùs locum sanctum, & legem. *Act.* 6. 12. 13. ℣. Addúctis viris filiis diáboli, fecérunt eos sedére contra eum: at illi dixérunt contra eum testimónium coram multitúdine. 3. *Reg.* 21. 13. * Homo iste.

Lectio viij.

AUdívimus linguam clamántem, probémus ánimum diligéntem..... Et cùm tanta esset in docéndo constántia, vidéte qualis extíterit in morte patiéntia. Hi enim íctibus lápidum corpus ipsíus quatiébant, & ille pro inimícis orábat: contundebátur homo extérior, & supplicábat intérior. Sed Dóminus qui cínxerat, qui probáverat, qui ei charactérem, non in manu, sed in fronte posúerat, spectábat désuper mílitem suum, juvatúrus certántem, coronatúrus vincéntem.

℟. Intuéntes Stéphanum omnes qui sedébant in concílio, * Vidérunt fáciem ejus tanquam fáciem Angeli. *Act.* 6. 15. ℣. Símilem illum fecit Deus in glória Sanctórum, & magnificávit eum in timóre inimicó-

rum. *Eccli.* 45. 2. * Vidérunt fáciem ejus.

Lectio ix.

DEnique osténdit se illi: [Ecce enim (inquit) vídeo cœlos apértos, & Fílium hóminis stantem ad déxteram Dei.] Solus vidébat, quia illi soli apparébat. Et quid ait pro se? [Dómine Jesu, áccipe spíritum meum.] Pro se rogans stetit, pro illis genu flectit: pro se eréctus, pro illis curvus: pro se celsus, pro illis húmilis: genu flexit, & ait: [Dómine, ne státuas illis hoc peccátum.] Et hoc dicto, obdormívit. O somnus pacis! Qui inter lápides inimicórum dormívit, quómodo in suis cinéribus vigilábit? Dormívit secúrus, quiétus in pace; quia spíritum suum Dómino commendávit.

℟. Cùm esset Stéphanus plenus Spíritu-sancto, inténdens in cœlum, vidit glóriam Dei, & ait: * Ecce † Vídeo cœlos apértos, & Fílium hóminis stantem à dextris Dei. *Act.* 7. 55. ℣. Ecce in cœlo testis meus, & cónscius meus in excélsis. *Job* 16. 20. * Ecce. Glória. † Vídeo.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Confitébor nómini tuo, Dómine, ℟. Quóniam adjútor & protéctor factus es mihi. *Eccli.* 51. 2.

AD LAUDES.

Ant. 1. f. EGo replétus sum fortitúdine Spíritûs Dómini, judício, & virtúte; ut annúntiem Isra̋ël peccátum suum. *Mich.* 3. 8.

Ant. 3. *a.* Testes iníqui subsannábant me subsannatióne; frenduérunt super me déntibus suis. *Ps.* 34. 11. 16.

Ant. 7. *d.* Locúti sunt falsa: furor illis, sicut áspidis surdæ, & obturántis aures suas. *Ps.* 57. 4. 5.

Ant. 8. G. Iníqui insurrexérunt super me, & synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam. *Ps.* 85. 14.

Ant. 2. D. Dicunt: Lapidétur; & aspíciat óculus noster: Ipsi autem non cognovérunt cogitatiónes Dómini. *Mich.* 4. 11. 12.

Capitulum. *Apoc.* 2. 9. 10.

HÆc dicit primus, & novíssimus: Blasphemáris ab his qui se dicunt Judæos esse, & non sunt; sed sunt synagóga sátanæ. Nihil horum tímeas quæ passúrus es.

Hymnus. *Santol. Vict.*

MIris probat sese modis
Suos in hostes cáritas;
Et blándiens & íncrepans,
Amíca semper cáritas.

Fractis jacens cervícibus,
Et sic períre lætior;

O Christe, dixit, súscipe,
Quem pono pro te, spíritû.
Qui stans perorábat sibi;
Cadens & expírans humi,
Linguâ diserti sánguinis,
Suis perórat hóstibus.
Audivit è cœlo Deus
Supréma verba Mártyris;
Dux Saulus, & testis necis,
Necis fit ipse præmium.
Tum blanda mors amábili
Sopóre clausit lúmina,
Ad lucis ætérnæ jubar,
Exútus artus, évolat.
Quid non, Deus, si réspicis,
Humána possunt péctora!
Cujus triúmphum pángimus,
Fac nos & exémplum sequi.
*Jesu, coróna Mártyris,
Quem stans ab alto réspicis,
Fac nos poténti grátiâ
Illuc sequi quò dux præit.
Amen.

℣. Móritur felix, ℟. Et in congérie mortuórum vigilábit. *Job* 21. 23. 32.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7.G. Exclamántes voce magnâ continuérunt aures suas, & ímpetum fecérunt unanímiter in Stéphanum; & ejiciéntes eum extra civitátē, lapidábant. *Act.* 7. 56. 57.

Oratio. Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, qui sacras beatíssimi Protomártyris Stéphani relíquias fidélibus tuis reveláre voluísti; concéde, intercessiónis ejus auxílio, nos ab instántibus tribulatiónibus liberári, & ætérnis consolatiónibus adimpléri; Per Dóminum.

AD HORAS.

*In fine Hymnorum, Doxologia, ** Jesu, coróna Mártyris, &c. *ut supra in Laudibus.*

AD PRIMAM.

Ant. Ego replétus sum.

Oratio, Omnípotens, *suprà, & Dómine* Deus omnípotens, *sub una conclusione.*

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Sess.* 25. *de Regularibus & Monialibus, cap.* 12.

Dies festi, quos in diœcési sua servándos Epíscopus præcéperit, ab exémptis ómnibus, étiam Reguláribus servéntur.

AD TERTIAM.

Ant. Testes iníqui.

Capitulum. *Ezech.* 3. 7. 8.

Dixit ad me Dóminus: Domus Israël nolunt audíre te, quia nolunt audíre me; omnis quippe domus Israël attrítâ fronte est, & duro corde. Ecce dedi fáciem tuam valentiórem faciébus eórum.

℟. *br.* Príncipes persecúti sunt me gratis; * Allelúia, allelúia. ℟. Príncipes. ℣. Et à verbis tuis formidávit cor meum. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Príncipes. *Ps.* 118. 161.

℣. Sedérunt príncipes, & advérsùm me loquebántur; ℟. Servus autem tuus exercebátur in justificatiónibus tuis. *Ps.* 118. 23.

AD SEXTAM.

Ant. Locúti sunt falsa.

Capitulum. *Ezech.* 3. 9.

FIli hóminis, ut adamántem, & ut sílicem dedi fáciem tuam: ne tímeas eos, neque métuas à fácie eórum.

℟. *br.* Dóminus mihi adjútor, non timébo quid fáciat mihi homo; * Allelúia, allel. ℟. Dóminus. ℣. Dóminus mihi adjútor, & ego despíciam inimícos meos. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Dóminus. *Ps.* 117. 6. 7.

℣. Dóminus à dextris est mihi ne commóvear: ℟. Propter hoc lætátum est cor meum. *Ps.* 15. 8. 9.

AD NONAM.

Ant. Dicunt.

Capitulum. *Isai.* 50. 7. 8.

DOminus Deus auxiliátor meus, ídeo non sum confúsus: ídeo pósui fáciem meam ut petram duríssimam, & scio quóniam non confúndar: juxtà est qui justíficat me.

℟. *br.* Ecce Deus ádjuvat me; * Allelúia, allelúia. ℟. Ecce Deus. ℣. Et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Ecce Deus. *Ps.* 53. 6.

℣. Dóminus illuminátio mea, & salus mea; ℟. Quē timébo? *Ps.* 26. 1.

AD VESPERAS.

Ant. 8. *G.* LApidábant Stéphanum invocántem, & dicéntem: Dómine Jesu, súscipe spíritum meum. *Act.* 7. 58.

Ant. 5. *F.* Pósitis génibus clamávit voce magnâ, dicens: Dómine, ne státuas illis hoc peccátum. *Act.* 7. 59.

Ant. 1. *f.* Obdormívit Stéphanus in Dómino; Saulus autem erat conséntiens neci ejus. *Act.* 7. 59.

Ant. 7. a. Curavérunt Stéphanum viri timoráti, & fecérunt planctum magnum super eum. *Act.* 8. 2.

Ant. 5. a. In séculum memória ejus in benedictióne; & nominátus est usque ad novíssimum terræ. *Mach.* 3. 7. 9.

Capitulum. *Eccli.* 49. 17. 18.

NAtus est firmaméntum Gentis, stabiliméntum pópuli; ossa ipsíus visitáta sunt, & post mortem prophetavérunt.

℟. Poténtiâ nemo vicit illum; nec superávit illum verbum áliquod: * In vita sua fecit monstra, & † In morte mirabília operátus est. *Eccli.* 48. 13. 14. 15. ℣. Amen dico vobis: Qui credit in me, ópera quæ ego fácio, & ipse fáciet;

vitæ, * Veníte, adorémus. *Joan.* 6. 35.

Ps. 94. Veníte, 2.

HYMNUS. *Santol. Vict.*

NATE, qui Deo Paréntì
Par Deus nunc ássides;
Christe, suprémus Sacérdos,
Atque factus hóstia,
Ipse judex, & patrónus;
Et Deus, nobis homo.

TE tuis offers sub aris
Incruénto fúnere;
Nostra, vel te gloriósum
Heu! cruéntant crímina;
Júdicem te, te patrónum,
In dies lacéssimus.

SACRA sicne tam nocéntes
Ambiunt altária?
Quam tremíscunt intuéndo
Purióres Spíritus,
Sustinébunt inquinátq
Núminis præséntiam?

MORTE victâ, qui triúmphas,
Cógimus rursus mori:
Morte placásti paréntem,
Illa mors nil próderit?
Vana sunt an sic amóris
Sempitérna pígnora?

TOLLE vela, rumpe nubem,
Ore nudo pródeas,
Temperáto tu benígnus
Vis latére Númine:
Ni premas, nos fulguránti
Enecáres lúmine.

NUBE densâ deliténtem,
Da fide te cérnere:
Sole puro puriórem
Ore puro pángere:
Da simul nos immolári
Immolátæ víctimæ.

LAUS supréma sit Paréntì,
Qui creávit ómnia;
Filióque, qui redémit
Morte nos volens suâ;
Par & illi, cujus almo
Recreámur hálitu.
Amen.

Psalmi, ut in Solemnitate SS. Eucharistiæ, suprà, 181.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. D. Vir venit in die illa, scissâ veste, & conspérsus púlvere caput: vir autem nuntiávit urbi: Arca Dei capta est. 1. *Reg.* 4. 12. 13. 17.

Ant. 2. a. Ululáte, minístri altáris; cubáte in sacco, minístri Dei mei; quóniam intériit de domo Dei vestri sacrifícium & libátio. *Joel* 1. 13.

Ant. 1. D. Sanctificáte jejúnium, vocáte cœtum, congregáte senes, omnes habitatóres terræ in domum Dei vestri; & clamáte ad Dóminum. *Joel* 1. 14.

℣. Conspersérunt cínere cápita sua, ℟. Accíncti sunt cilíciis. *Thren.* 2. 10.

De libro primo Regum.

Lectio j. *c.* 4. 13. *ad* 17.

VIr nuntiávit urbi: & ululávit omnis cívitas. Et audívit Heli sónitum clamóris, dixítque: Quis est hic sónitus tumúltus hujus? At ille festinávit, & venit, & nuntiávit Heli. Heli autem erat no-

...naginta & octo annórum, & óculi ejus caligáverant, & vidére non póterat. Et dixit ad Heli: Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de ácie fugi hódie. Cui ille ait: Quid actum est, fili mi? Respóndens autem ille qui nuntiábat, Fugit, inquit, Israël coram Philísthiim, & ruína magna facta est in pópulo: ínsuper & duo filii tui mórtui sunt, Ophni & Phínees; & arca Dei capta est.

℟. Immolábit, 183.

Lectio ij. *c. 6. 19. & c. 7. 1.*

PErcússit Dóminus de viris Bethsamítibus, eò quòd vidíssent arcam Dómini; & percússit de pópulo septuagínta viros, & quinquagínta míllia plebis. Luxítque pópulus, eò quòd Dóminus percussísset plebem plagâ magnâ. Et dixérunt viri Bethsamítæ: Quis póterit stare in conspéctu Dómini Dei sancti hujus? & ad quem ascéndet à nobis? Misérúntque núntios ad habitatóres Cariathíarim, dicéntes: Reduxérunt Philísthiim arcam Dómini, descéndite, & redúcite eam ad vos. Venérunt ergo viri Cariathíarim, & reduxérunt arcam Dómini, & intulérunt eam in domum Abínadab in Gábaa: Eleázarum autem fílium ejus sanctificavérunt, ut custodíret arcam Dómini.

℟. Appáruit, 183.

De libro secúndo Regum.

Lectio iij. *c. 6. 2. ad 7.*

SUrréxit David, & ábiit, & univérsus pópulus qui erat cum eo de viris Juda, ut adducérent arcam Dei, super quam invocátum est nomen Dómini exercítuum, sedéntis in Chérubim super eam. Et imposuérunt arcam Dei super plaustrũ novum; tulerúntque eam de domo Abínadab, qui erat in Gábaa: Oza autem, & Ahio filii Abínadab minábant plaustrum novum. Cùmque tulíssent eam de domo Abínadab, qui erat in Gábaa, custódiens arcam Dei Ahio præcedébat arcam. David autem, & omnis Israël ludébant coram Dómino in ómnibus lignis fabrefáctis, & cítharis, & lyris, & tympanis, & sistris, & cymbalis. Postquam autem venérunt ad áream Nachon, exténdit Oza manum ad arcam Dei, & ténuit eam; quóniam calcitrábant boves, & declinavérunt eam. Iratúsque est indignatióne Dóminus contra Ozam, & percússit eum super temeritáte: qui mórtuus est ibi juxta arcam Dei.

℟. Respéxit Elías, 184.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Confúsi sumus, quóniam audívimus oppróbrium: opéruit ignomínia fácies nostras, quia venérunt alièni super sanctifica-

tiónem domûs Dómini. *Jer.* 51. 51.

Ant. 7. c. Ausus est intráre templum, & sceléstis mánibus sumens sancta vasa, contrectábat indígnè. 2. *Mach.* 5. 15. 16.

Ant. 6. F. Quanta malignátus est inimícus in sancto! in terra pollúerunt tabernáculum nóminis tui. *Ps.* 73. 3. 7.

℣. Méritò hæc pátimur, quia peccávimus: ℟. Idcírco venit super nos ista tribulátio. *Gen.* 42. 21.

Lectio iv.

Ex variis Autoribus contemporaneis.

SEnonis in Ecclésia Metropolitána supra majus altáre suspénsum servabátur ab antíquo Dómini Corpus. Cóntigit autem anno quingentésimo quadragésimo primo supra millésimum, ut sacra augustíssimæ Eucharístiæ pyxis à duóbus juvénibus noctu surriperétur. Nefándum sacrilégium horruérunt univérsi: unus ómnium luctus, una consternátio: peragúntur undequáque expiatríces scéleris supplicatiónes; & effúsis lácrymis lugent sínguli illátam Christo injúriam.

℟. Litigábant Judæi, 186.

Lectio v.

COnficitur ínterim à sacerdótibus Missæ sacrifícium, céteri sanctum Dómini corpus religiósè percípiunt; deínde à Majóri Ecclésia ad Ecclésiam Fratrum Prædicatórum solémni supplicatióne procéditur. Sacram Eucharístiam duo Canónici nudis pédibus deferébant; cives simíliter discalceáti prævii incedébant cum céreis accénsis, præcedénte máximâ puerórum multitúdine, & infiníto populórum concúrsu. Complétâ demum cæremóniâ, & ómnibus ad Majórem Ecclésiam revérsis, treméndum Missæ sacrifícium solémni ritu celebrátur.

℟. Cœnántibus discípulis, 186.

Lectio vj.

FActum est autem ut ipsómet die unus è prædónibus sacrílegis ob ceræ gúttulas, quæ Deo sic ordinánte, véstibus inhæserant, in suspiciónem adducerétur. Multóties de commísso facínore interrogátus; tandem & quæsítum pignus surripuísse, & juxta Nosocómium in rúderum acérvo abstrusísse conféssus est. Ad locum concúrritur, ibíque sacra pyxis cum ómnibus consecrátis hóstiis repérta, summâ totíus civitátis lætítiâ suum in locum reportáta est. In gratiárum actiónem célebris rursus indícitur supplicátio. In perpétuam verò rei memóriam Joánnes Ferrándus, Senonénsis Archidiáconus, in loco repértæ pyxidis sacéllum cónstrui, & ómnia ut gesta

›pere ſcúlptili reférri
:. Die verò quartâ
:i, ipſo nimírum hu-
inventiónis die, ſo-
ſupplicátio ab eó-
rchidiácono inſtitúta,
dátum ab ejus nepó-
officium divínum re-
› totíus civitátis con-
peragúntur.
Accípiens Jeſus, *ſu-*
187.

II. NOCTURNO.

:. 5. a. Revértere, Dó-
ad multitúdinem exér-
:ſraël. *Num.* 10. 36.
‹. 4. d. Avertátur ira
monte ſancto tuo, &
le fáciem tuam ſuper
iárium tuum. *Dan.* 9.
7.
ℓ. 2. D. Ne confúndas
ed fac nobíſcum juxtà
ıetúdinem tuam, & da
ım nómini tuo, Dómi-
'*an.* 3. 42. 43.
Exúrge, Deus, júdica
m tuam; ℟. Memor
improperiórum tuó-
Pſ. 73. 22.

› ſancti Evangélii ſe-
ndùm Matthæum.

› vij. *c.* 22. 1. *ad* 14.

illo témpore; Reſpón-
ns Jeſus, dixit in pará-
Princípibus Sacerdó-
& Phariſæis, dicens:
e factum eſt regnum
rum hómini regi, qui
núptias fílio ſuo. Et
ſervos ſuos vocáre in-
os ad núptias, & no-
ıt veníre. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 90. *de Verbis Evang.* §. 1. *Aliàs Serm.* 14. *ex editis à Sirmondo.*

NUptias filii regis ejúſque convívium norunt omnes fidéles, & apparátus menſæ Domínicæ ómnium eſt voluntáti propóſitus. Intereſt autem quómodo quis accédat, cùm accédere non vetátur. Scriptúræ quippe ſanctæ docent nos Domínica duo eſſe convívia; unum quò véniunt boni & mali, álterum quò non accédunt mali. Ergo convívium Dómini, unde modò cùm Evangélium legerétur audívimus, habet útique bonos & malos. Omnes qui ab hoc convívio excuſavérunt, mali ſunt: ſed non omnes qui intravérunt, boni ſunt.

℟. Caro mea, 189.

Lectio viij. §. 4.

INtrávit pater-famílias inſpícere diſcumbéntes, & invénit hóminem non habéntem veſtem nuptiálem; & ait illi: Amíce, quómodo huc veníſti non habens veſtem nuptiálem? At ille obmútuit.] Talis enim interrogábat, cui ille fíngere nihil póterat. Veſtis quippe illa in corde, non in carne inſpiciebátur: quæ ſi déſuper fuíſſet indúta, étiam ſervis non fuíſſet occultáta. Ubi ſit induénda veſtis nuptiális, accípite.

ubi lóquitur : [Sacerdótes tui induántur justítiam.] De ea veste dicit Apóstolus : [Si tamen indúti, & non nudi inveniámur.] Ergo invéntus est à dómino, qui servos latébat. Interrogátus obmutéscit : ligátur, projícitur, damnátur.

℟. Amen, amen, 190.

Lectio ix. §. 5. 6.

PRocul dúbio illa vestis est, quam non habent nisi boni, in convívio relinquéndi, servándi ad convívium quò nullus malus accédit, per Dómini grátiam perducéndi : ipsi habent vestem nuptiálem. Quærámus, ergo, fratres mei, inter fidéles qui sunt qui habent áliquid, quod mali non habent, & ipsa erit vestis nuptiális. Si Sacraménta dixérimus, vidétis quemádmodum sint malis boníque commúnia. Baptísmus est? Sine baptísmo quidem nemo ad Deum pérvenit : sed non omnis qui habet baptísmum, ad Deum pérvenit. Non ergo possum intellígere baptísmum esse vestem nuptiálem, id est, ipsum sacraméntum ; quam vestē vídeo in bonis, vídeo in malis. Fortè altáre est, vel quod accípitur de altári. Vidémus quia multi mandúcant, & judícium sibi mandúcant & bibunt. [Finis autem præcépti est, (Apóstolus dicit) cáritas de corde puro, & consciéntia bona, & fide non ficta.] Hæc est vestis nuptiális.

℟. Quicúmque, 190.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Sanctuárium meum metúite : ℟. Ego Dóminus. *Levit.* 19. 30.

AD LAUDES.

Psalmi de Dominica.

Ant. COngratulámini mihi, quia invéni drachmam quam perdíderam. *Luc.* 15. 9.
1. a.

Ant. 1. D. Mittámus ad fratres nostros, & ad Sacerdótes, & Levítas ; ut congregéntur ad nos, & reducámus arcam Dei nostri ad nos. 1. *Par.* 13. 2. 3.

Ant. 5. a. Sanctificáti sunt Sacerdótes & Levítæ, ut portárent arcam Dómini Dei Israël. 1. *Par.* 15. 14.

Ant. 7. a. Tulérunt.

CANTICUM.

1. *Par.* 16. 23. *ad* 34.

Arcâ Domini salvâ & in Sanctuario repositâ, Canticum exultantis populi Dei.

CAntáte Dómino, omnis terra, * annuntiáte ex die in diem salutáre ejus.

Narráte in géntibus glóriam ejus, * in cunctis pópulis mirabília ejus :

Quia magnus Dóminus, & laudábilis nimis; * & horríbilis super omnes deos.

Omnes enim dii populórum, idóla ; * Dóminus autem cœlos fecit.

Conféssio & magnificéntia

tia coram eo; * fortitúdo & gaúdium in loco ejus.

Afférte Dómino, famíliæ populórum; * afférte Dómino glóriam & impérium.

Date Dómino glóriam, nómini ejus, leváte sacrifícium, & veníte in conspéctu ejus; * & adoráte Dóminum in decóre sancto.

Commoveátur à fácie ejus omnis terra: * ipse enim fundávit orbem immóbilem.

Læténtur cœli, & exúltet terra; * & dicant in natiónibus: Dóminus regnávit.

Tonet mare, & plenitúdo ejus; * exúltent agri, & ómnia quæ in eis sunt.

Tunc laudábunt ligna saltûs coram Dómino; * quia venit judicáre terram.

Confitémini Dómino quóniam bonus, * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Ant. Tulérunt filii Levi arcam Dei húmeris suis; universúsque Israël deducébant arcam fœderis Dómini in júbilo. 1. *Par.* 15. 15. 28.

Ant. 8. G. Constituérunt arcam Dei in médio tabernáculi, & obtulérunt holocaústa & pacífica coram Deo. 1. *Par.* 16. 1.

CAPITULUM. 1. *Par.* 16. 28. 29.

AFférte Dómino glóriā & impérium; date Dómino glóriam, nómini ejus, leváte sacrifícium, & veníte in conspéctu ejus: & adoráte Dóminum in decóre sancto.

HYMNUS. *Santol. Vict.*

CHriste, qui regnas Olympo,
Nos vides quàm dissitos!
Arte mirâ sis propínquus
Tuque nobis júngeris,
Quâ semel terras beásti,
Córporis præséntiâ.

HINC fluunt torréntis instar
Gratiárum flúmina;
Quale pectus non liquéscat
His amóris ígnibus!
Inquinátus quis recúset
Hoc piári sánguine?

PONE fastus hìc tuméntes,
Numen hìc se déprimit.
Quid vagáris, dum sub arcto
Orbe sese cóntrahit?
Ambies posthac vidéri,
Dum latet velo Deus?

LAUS supréma sit Paréntì,
Qui creávit ómnia;
Filióque, qui redémit
Morte nos volens suâ;
Par & illi, cujus almo
Recreámur hálitu.
Amen.

℣. Sacerdótes clangébant tubis ℟. Coram arca Dei. 1. *Par.* 15. 24.

Ad Benedíctus, *Ant.* 6. *F.* Stetérunt duo chori laudántium in domo Dei, & immolavérunt in die illa víctimas magnas, & lætáti sunt; Deus enim lætificáverat eos lætítiâ magnâ, & audíta est lætítia Jerúsalem procul. 2. *Esdr.* 12. 39. 42.

Oratio. Orémus.

DEus, qui in Recuperatióne sanctíssimæ Eucharístiæ luctum nostrum convertísti in gaúdium, piæ plebis tuæ preces cleménter exaúdi; ut cum tremóre semper & amóre ad hoc tuæ caritátis mereámur accédere Sacraméntum; Qui vivis.

Nulla fit Commemoratio, nisi de Dominica, (si occurrat.)

AD HORAS.

In fine Hymnorum, Doxologia, & reliqua ut in die SS. Eucharistiæ, exceptis quæ sequuntur.

AD PRIMAM.

Oratio, Deus, qui in Recuperatióne, *suprà, cum Oratione,* Dómine Deus omnípotens, *sub eadem conclusione.*

CANON.

Ex Concílio Mediolanénsi primo.

An. 1565. *part.* 2. *tit.* 58. *de Processionibus & Supplicationibus.*

VIdeant Epíscopi ut in Supplicatiónibus & Processiónibus quibuscúmque, præsértim cùm sanctíssima Eùcharístia circumfértur,... ea modéstia & reveréntia adhibeátur, quæ piis & religiósis hujúsmodi actiónibus máximè debétur.

Ad Tertiam, Sextam & Nonam, Oratio ut suprà in Laudibus.

AD VESPERAS.

Ant. de Laudibus.

Psalmi, Dixit Dóminus, 27. Confitébor, 27. Crédidi, 48. Beáti omnes, 85. Lauda, Jerúsalem, 147.

Capitulum. 1. *Par.* 16. 4.

COnstítuit David coram arca Dómini de Levítis qui ministrárent, & recordaréntur óperũ ejus, & glorificárent atque laudárent Dóminum Deum Israël.

℟. Irritam quis fáciens legem Móysi, sine ulla miseratióne móritur: * Quantò magìs putátis deterióra meréri supplícia, qui Fílium Dei conculcáverit, & sánguinem testaménti pollútum dúxerit? *Hebr.* 10. 28. 29. ℣. Anima pollúta quæ éderit de cárnibus hóstiæ pacificórum, quæ oblata est Dómino, períbit de pópulis suis. *Levit.* 7. 20. * Quantò. Glória. * Quantò.

Hymnus. *Santol. Vict.*

SIc amas, ut quos amásti,
Christe, nunquam déseras.
Ipse corpus das in escam,
Et propínas sánguinem,
Jamque factus lactis instar,
Ne cibus nos ópprimat.

Qualis ista fraus amóris
Ut reis indúlgeas!
Non vides, sentis, nec audis,
Et manes immóbilis:
Talis astris imperántem
An decet status Deum?

Non ut olim monte sancto,

Hìc Deus nos térritas;
Inter ignes non mináris,
Hìc amas mitéscere:
Quàm bonus, prudénsque celas
Hìc tuam præséntiam!

Pauperes nos, nos pusíllos,
Nos ab astris éxules,
Ut redúcas nos Olympo,
Nosque reddas dívites,
Ipse factus es pusíllus,
Pauper, exul, índigens.

Ventre natum virginàli
Corpus olim súmpseras:
Hoc Deo plenum redónas
Amplióri fénore:
Ter, quater, nos ô beáti
Tanta per commércia!

Mensa qualis hìc parátur,
Si quis intus ésurit!
Assides convíva nobis,
Ipse tu convívium:
Fons salútis, si quis æger;
Si flet, hìc solátium.

Laus supréma sit Paréntî,
Qui creávit ómnia;
Filióque, qui redémit
Morte nos volens suâ;
Par & illi, cujus almo
Recreámur hálitu. Amen.

℣. Surge, Dómine, in réquiem tuam, ℟. Tu & arca sanctificatiónis tuæ. *Ps.* 131. 8.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Consúrge, Dómine Deus, in réquiem tuam, tu & arca fortitúdinis tuæ: Sacerdótes tui induántur salútem, & sancti tui læténtur in bonis. 2. *Par.* 6. 41.

Oratio, Deus, qui in Recuperatióne, *suprà.*

Nulla fit Commemoratio, nisi de Dominica, (si occurrat.)

COMPLETORIUM, *ut in die SS. Eucharistiæ*, 194. *exceptâ Oratione*, Deus, qui in Recuperatióne, *suprà, cum Oratione*, Véritas, *sub una conclusione.*

Die V.

In Festo SANCTI DOMINICI, Presbyteri.

Semiduplex.

De Communi SS. Presbyterorum, lij.

Oratio, Deus, qui Ecclésiam tuam, *infrà.*

Fit Commemoratio Octavæ S. Stephani, ut in II. Vesperis Festi, 498.

Lectio ij.

Ex S. Dominici vita à Theodorico Appoldiensi scripta.

Domínicus, Calarógæ in Hispánia, ex nóbili Gusmannórum sánguine natus, Paléntiæ liberálibus disciplínis & Theológiæ óperam dedit; quo in stúdio cùm plúrimùm profecísset, inter Canónicos Reguláres Uxaménsis Ecclésiæ cooptátus est. Hujus ingénium & virtus máximè enítuit in expugnándis Mahumetárum erróribus, sed præcipuè in everténdis Al-

bigénsibus hæréticis qui Tolosátes pervértere conabántur. Tanto óperi, verbo, précibus & miráculis, non sine crebro vitæ discrímine per novem annos totus incúbuit.

Lectio iij.

FIdei propugnándæ stúdio semper incénsus instítuit Prædicatórum Ordinem, cujus confirmatiónem ab Innocéntio tértio ægrè denegátam, ne recens Concílii Lateranénsis Decrétum de novis Ordínibus non instituéndis statim infríngi viderétur, póstmodum impetrávit ab Honório tértio, Innocéntii successóre. Tandem anno Christi ducentésimo vigésimo primo supra millésimum, ætátis quinquagésimo primo, Bonóniæ febre corréptus, caritátem, humilitátem & paupertátem frátribus testaménto relínquens, obdormívit in Dómino sextâ die Augústi; quem póstea Gregórius nonus rétulit in Sanctórum númerum.

Oratio. Orémus.

DEus, qui Ecclésiam tuã beáti Domínici illumináre dignátus es méritis & doctrínis; concéde ut ejus intercessióne, temporálibus non destituátur auxíliis, & spirituálibus semper profíciat increméntis; Per Dóminum.

Fit Commemoratio Octava S. Stephani, ut in Laudibus Festi, supr. 496.

Vespera de Festo sequenti.

DIE VI.

In Festo TRANSFIGURATIONIS Domini.

Duplex-Majus.

In I. Vesperis,

Psalmi de Feria, & sic in toto Officio.

Ant. MAgnália sapiéntiæ *7. a.* suæ decorávit Dóminus; & quis satiábitur videns glóriam ejus? *Eccli.* 42. 21. 26.

Ant. 8. c. Laudis ejus plena est terra: splendor ejus ut lux erit. *Habac.* 3. 3. 4.

Ant. 1. a. Sapiéntia est speciósior sole; & super omnem dispositiónem stellárum, luci comparáta invenítur prior. *Sap.* 7. 29.

Ant. 2. D. Emanátio quædam est claritátis omnipoténtis Dei sincéra. *Sap.* 7. 25.

Ant. 3. a. Candor est lucis ætérnæ, & spéculum sine mácula Dei majestátis, & imágo bonitátis illíus. *Sap.* 7. 26.

Capitulum. *Philipp.* 3. 20. 21.

SAlvatórem expectámus Dóminum nostrum Jesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostræ configurátum córpori claritátis suæ.

ɪus. *Santol. Vict.*
c, jussa quondam
rúmpimus,
lie, siléntia:
dudum jam decet
e nos mystéria.
ɪtis sub alto vértice,
vocátis téstibus,
iste, visus háctenus
homo, pates Deus.
latens lucis jubar
in artus éffluit;
uo te númine,
e totus rédderis.
o tonánte, prótinus
summi vox Patris,
ibe ruptâ, Filium,
oriátur, ásserit.
: est Magíster ómnium,
pronus orbis aúdiat:
mortáles; Deus,
os docet, fatur Deus.
nube ruptâ, te palàm
vocávit, laus Patri;
e Nato; nec minor
utriúsque Flámini.
nen.
psi vidébunt glóriam
i, ℟. Et decórem
stri. *Isai.* 35. 2.
lagníficat, *Ant.* 5. F.
búntur ab ubertáte
tuæ: & torrénte vo-
tuæ potábis eos;
n apud te est fons
c in lúmine tuo vidé-
umen. *Ps.* 35. 9. 10.
io, Deus, qui fidei
énta, *infrà in Lau-*

Commemoratio S.
ci, *Ant.* Consummatióne, ℣. Effúdit, xlviij. *Oratio*, Deus, qui Ecclésiam tuam, *suprà.*

Postea Octavæ S. Stephani, *Ant.* Amplificátus est, ℣. Custódit, 498. *Oratio*, Omnípotens, 496.

Deinde S. Xysti Papæ & Martyris, *Ant.* Qui vícerit, ℣. Vincénti, ix. *Oratio*, Deus, cujus grátia, xij.

Ad Completorium, *ut in die S. Stephani*, 498.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Splendórem glóriæ Dei Christum Jesum, * Veníte, adorémus. *Hebr.* 1. 3.

Ps. 94, Veníte, 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

Fons lucis ætérnæ, Deus,
Qui nube nostri córporis
Das temperáti núminis
Blandâ frui præséntiâ.

Cessante jam miráculo,
Quo te premébas háctenus,
Mortále quidquid súmpseras,
Splendóre circumfúnditur.

Rei geréndæ cónscius
Fidos sodáles éligis;
Ut qui tuæ testes necis,
Testes tuæ sint glóriæ.

Ad astra curru flámmeo
Qui raptus olim tránsiit,
Sub mole lucis óbrutus,
Vix te tuéndo sústinet.

E fronte qui lucem vibrat,
Cedit tuis fulgóribus:
Vetústa lex jam se pavet
Legi novæ compónere.

Qui, nube ruptâ, te palàm

Natum vocávit, laus Patri; Tibíque Nato; nec minor Laus, utriúsque Flámini. Amen.

In I. Nocturno.

Ant. 2. D. Assúmit Jesus Petrum, & Jacóbum, & Joánnem; & ducit illos in montem excélsum seórsum solos. *Marc.* 9. 1.

Ant. 3. g. Ascéndit Jesus in montem ut oráret. *Luc.* 9. 28.

Ant. 1. a. Facta est, dum oráret, spécies vultûs ejus áltera. *Luc.* 9. 29.

℣. Speciósus formâ præ fíliis hóminum; ℟. Diffúsa est grátia in lábiis tuis. *Ps.* 44. 3.

Lectiones de Scriptura occurr.

Post 1. *Lect.* ℟. Transfigurátus est Jesus ante eos, * Et resplénduit fácies ejus sicut sol, vestiménta autem ejus facta sunt alba sicut nix. *Matt.* 17. 2. ℣. Mirificávit Dóminus Sanctum suum, *Ps.* 4. 4. * Et resplénduit.

Post 2. *Lect.* ℟. Si ministrátio mortis fuit in glória, ita ut non possent inténdere fílii Israël in fáciem Móysi; * Quómodo non magis ministrátio spíritûs erit in glória? 2. *Cor.* 3. 7. 8. ℣. Erat spécies glóriæ Dómini quasi ignis ardens super vérticem montis in conspéctu filiórum Israël. *Exod.* 24. 17. * Quómodo.

Post 3. *Lect.* ℟. Date Dómino glóriam, [...] ejus; * Veníte in con[...] ejus; & † Adoráte D[...]num in decóre sanct[...] *Par.* 16. 29. ℣. De[...]trum nostrórum glo[...]vit Fílium suum Jesum. [...] 3. 13. * Veníte. Gl[...] † Adoráte.

In II. Nocturno.

Ant. 8. G. Petrus & [...] cum illo erant, gra[...] erant somno; & evigil[...] vidérunt majestátem Je[su]. *Luc.* 9. 32.

Ant. 5. a. Ecce appar[u]runt illis Móyses & Elias cum Jesu loquéntes. *Matt.* 17. 3.

Ant. 7. a. Deus glorificátur in concílio sanctórum, magnus & terríbilis super omnes qui in circúitu ejus sunt. *Ps.* 88. 8.

℣. Hic est Deus noster, ℟. Et non æstimábitur álius advérsùs eum. *Baruch* 3. 36.

De Sermóne sancti Leónis Papæ.

Serm. 94. *de Transfiguratione Domini*, *cap.* 3.

Lectio iv.

APerit Dóminus coram eléctis téstibus glóriam suam, & commúnem illam cum céteris córporis formá tanto splendóre clarificat, ut & fácies ejus solis fulgóri símilis, & vestitus candóri nívium esset æquális. In qua Transfiguratióne illud quidem principáliter agebátur; ut de córdibus discipulórum

crucis scándalum tollerétur; nec conturbáret eórum fidem voluntáriæ humílitas passiónis, quibus reveláta esset abscónditæ excelléntia dignitátis. Sed non minóre providéntiâ spes Ecclésiæ sanctæ fundabátur, ut totum corpus Christi agnósceret, quali esset commutatióne donándum: ut ejus sibi honóris consórtium membra promítterent, qui in cápite præfulsísset.

℟. Ecce duo viri loquebántur cum Jesu. Erant autem Móyses & Elías visi in majestáte; * Et dicébant excéssum ejus, quem completúrus erat in Jerúsalem. *Luc.* 9. 30. 31. ℣. Pósuit Dóminus in eo iniquitátem ómnium nostrûm: sicut ovis ad occisiónem ducétur. *Isai.* 53. 6. 7. * Et dicébant.

Lectio v. *cap* 4. *Post pauca.*

CONfirmándis verò Apóstolis, & ad omnem sciéntiam provehéndis, ália quoque in illo miráculo accéssit instrúctio. Móyses enim & Elías, lex scílicet & Prophétæ, apparuérunt cum Dómino loquéntes: ut veríssimè in illa quinque virórum præséntia complerétur quod dictum est; [In duóbus vel tribus téstibus stat omne verbum.] Quid hoc stabílius, quid firmius verbo, in cujus prædicatióne véteris & novi Testaménti cóncinit tuba, & cum Evangélica doctrína, antiquárum protestatiónum instruménta concúrrunt? Astipulántur enim sibi ínvicem utriúsque Fœderis páginæ; & quem sub velámine mysteriórum præcedéntia signa promíserant, maniféstum atque perspícuum præséntis glóriæ splendor osténdit.

℟. Factum est, cùm discéderent Móyses & Elías ab illo, ait Petrus ad Jesum: * Præcéptor, bonum est nos hìc esse. *Luc.* 9. 33. ℣. Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, quam abscondísti timéntibus te! perfecísti eis, qui sperant in te. *Ps.* 30. 20. * Præcéptor, bonum est nos hìc esse.

Lectio vj. *c.* 5. & 6. *Paulò pòst.*

HIs ergo sacramentórum revelatiónibus Petrus Apóstolus incitátus, ibi cum Jesu optábat habitáre. [Adhuc ítaque eo loquénte, ecce nubes lúcida obumbrávit eos; & ecce vox de nube dicens: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi benè complácui; ipsum audíte.] Hic est Fílius meus, quem à me non séparat déitas, non dívidit potéstas, non discérnit ætérnitas. Hic est Fílius meus: non adoptívus, sed próprius: qui eam quam mecum habet æqualitátem, non rapínâ appétiit, nec usurpatióne præsúmsit, sed manens in forma glóriæ

meæ, ut ad reparándum genus humánum exequerétur commúne consílium, usque ad formam servílem inclinávit incommutábilem deitátem. Ipsum audíte, quem legis mystéria prænuntiavérunt, quem Prophetárum ora cecinérunt. Ipsum audíte, qui sánguine suo mundum redémit: qui peccáti chirógraphum & prævaricatiónis pacta dirúmpit. Ipsum audíte, qui viam áperit ad cœlum, & per crucis supplícium gradus vobis ascensiónis parat ad regnum. Quid trepidátis rédimi, quid pavétis saúcii liberári?

℟. Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine: * Mélior est dies una in átriis tuis super míllia. Ps. 89. 5. 11. ℣. Si vis, faciámus hic tria tabernácula; Tibi unum, Móysi unum, & Elíæ unum. Matt. 17. 4. * Mélior est. Glória. * Mélior est.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Adhuc Petro loquénte, ecce nubes lúcida obumbrávit eos. *Matt.* 17. 5.

Ant. 8. G. Opéruit nubes montem, & habitávit glória Dómini, tegens illum nube. *Exod.* 24. 15. 16.

Ant. 4. d. Petrus, & qui cum illo erant, timuérunt, intrántibus illis in nubem; & vox facta est de nube. *Luc.* 9. 34. 35.

℣. Intónuit de cœlo Dóminus, ℟. Et Altíssimus dedit vocem suam. *Ps.* 17. 14.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum.

Lectio vij. *c.* 17. 1. *ad* 9.

IN illo témpore; Assúmit Jesus Petrum, & Jacóbum, & Joánnem fratrem ejus; & ducit illos in montem excélsum seórsum: & transfigurátus est ante eos. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi. *Serm.* 78.

DOminus ipse Jesus resplénduit sicut sol; vestiménta ejus facta sunt cándida sicut nix; & loquebántur cum eo Móyses & Elías.] Ipse Jesus quidem, ipse splénduit sicut sol, se lumen esse signíficans, quod illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. Quod est iste sol óculis carnis, hoc ille óculis cordis; & quod iste cárnibus, hoc ille córdibus. Nube obumbránte omnes, sónuit & vox de nube, dicens: [Hic est Fílius meus diléctus.] Ibi erat Móyses, ibi Elías. Non est dictum: Hi sunt fílii mei dilécti. Aliud est enim únicus, áliud adoptáti. Ille commendabátur, unde Lex & Prophétæ gloriabántur....

℟. Ecce vox de nube, dicens: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi benè complácui; * Ipsum audíte. *Matt.* 17. 5. ℣. Ecce testem pópulis dedi eum, ducem

ac præceptórem géntibus. *Isai.* 55. 4. * Ipsum audíte.

Lectio viij.

HOc audíto, illi cecidérunt in terram. Jam demonstrátur nobis in Ecclésia regnum Dei. Hìc Dóminus, hìc Lex & Prophétæ: sed Dóminus tanquam Dóminus: Lex in Móyse: Prophetía in Elía: sed ipsi tanquam servi, tanquam minístri. Ipsi tanquam vasa, ipse tanquam fons. Móyses & Prophétæ dicébant & scribébant: sed de illo implebántur quando fundébant. Dóminus autem porréxit manum, & excitávit jacéntes. Deinde [néminem vidérunt nisi solum Jesum.] Quando eos Dóminus eréxit, resurrectiónem significávit. Post resurrectiónem ut quid tibi Lex? ut quid tibi Prophetía? Ideo non appáret Elías; non appáret Móyses. Rémanet tibi ut sit Deus ómnia in ómnibus.... Descénde, Petre: requiéscere cupiébas in monte; descénde laboráre: habe caritátem, prædica veritátem; tunc pervénies ad æternitátem, ubi invénies securitátem.

℞. Dum fíeret vox, invéntus est Jesus solus. * Et audiéntes discípuli cecidérunt in fáciem suam, & timuérunt valde. Dixítque eis Jesus: Súrgite, & nolíte timére. *Luc.* 9. 36. *Matt.* 17. 6. 7. ℣. Deus majestátis intónuit; vox Dómini in virtúte; vox Dómini in magnificéntia. *Ps.* 28. 3. 4. * Et.

Pro S. Xysto.

Lectio ix.

Ex Eusebio, & Actis SS.

XYstus secúndus Stéphano succéssit in sede Romána. Ad eum Dionysius Alexandrínus scripsit de hæreticórum baptísmate, & de exórta apud Ptolemáïdem Pentapóleos urbem, Sabelliánórum hæresi. Eum Póntius in vita sancti Cypriáni vocat bonum & pacíficum sacerdótem. Cùm autem Valeriánus rescrípto ad Senátum dato edixísset, ut Epíscopi, Presbyteri & Diácones animadverteréntur, Xystus octávo Idus Augústi, in cœmetério animadvérsus est. Scribit Prudéntius hunc fuisse cruci affixum. Gloriósā Xysti mortem sanctus Cypriánus Epíscopis Africæ per Succéssum collégam significári vóluit; quò suos quisque corroboráret, ut gaudérent magìs quàm timérent in hac confessióne, in qua scirent Christi mílites, non périmi, sed coronári.

℞. Deus qui dixit de ténebris lucem splendéscere, * Ipse † Illúxit in córdibus nostris, ad illuminatiónem sciéntiæ claritátis Dei, in fácie Christi Jesu. 2. *Cor.* 4. 6. ℣. Ecce osténdit nobis Dóminus Deus noster majestátem & magnitúdinem

suam : vocem ejus audívimus. *Deut.* 5. 24. * Ipse. Glória. † Illúxit.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Dómine Deus meus, magnificátus es veheménter. ℟. Conféssiónem & decórem induísti, amíctus lúmine sicut vestiménto. *Ps.* 103. 1. 2.

AD LAUDES.

Ant. 5. *F.* Filii Sion, exultáte, & lætámini in Dómino Deo vestro; quia dedit vobis doctórem justítiæ. *Joel* 2. 23.

Ant. 7. *d.* Vocem nos audívimus de cœlo allátam, cùm essémus cum ipso in monte sancto. 2. *Petr.* 1. 18.

Ant. 8. a. Venit vox de nube, dicens: Hic est Filius meus caríssimus, audíte illum. *Marc.* 9. 6.

Ant. 7. a. Ipsum audiétis.

CANTICUM.

Baruch, c. 3. 36.

Legislatori & hominum convictori Deo.

HIc est Deus noster : * hic adinvénit omnem viam disciplínæ:

Et trádidit illam Jacob púero suo, * & Israël dilécto suo.

Post hæc in terris visus est, * & cum homínibus conversátus est.

Ant. Ipsum audiétis juxta ómnia quæcúmque locútus fúerit vobis. *Act.* 3. 22.

Ant. 3. g. Omnis ánima quæ non audíerit Prophétam illum, exterminábitur de plebe. *Act.* 3. 23.

CAPITULUM. 2. *Petr.* 1. 16.

NOn doctas fábulas secúti, notam fécimus vobis Dómini nostri Jesu Christi virtútem & præséntiam; sed speculatóres facti illíus magnitúdinis.

HYMNUS. *Santol. Vict.*

QUAM nos poténter állicis!
Te, Christe, quando détegis,
Te quando celas, próvidus
Nobis peræquè cónsulis.

Hìc nos adóptat filios
Qui te vocávit Fílium:
Sponsór futúræ glóriæ
Dat certa nobis pígnora.

E nube quid Pater probat?
De monte quid, Fili, doces?
Umbris procul cedéntibus,
Restábat una Véritas.

UT jussa Patris ímpleas,
Mactánda mundo víctima,
Formam resúmens prístinam,
Mortalitáti rédderis.

FAC, Christe, qui nobis lates,
Obscúra dum regit fides,
Fracto solútos córpore,
Nos te vidére, te frui.

* QUI, nube ruptâ, te palàm
Natum vocávit, laus Patri;
Tibíque Nato; nec minor
Laus utriúsque Flámini.
Amen.

℣. Dóminus regnávit, decórem indútus est; ℟. Indútus est Dóminus fortitúdinem. *Ps.* 92. 1.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D.* Amplióris glóriæ Jesus præ Móyse dignus est hábitus, quantò amplióre honórem habet domûs, qui fabricávit illam; quæ domus sumus nos. *Hebr.* 3. 3. 6.

Oratio. Orémus.

DEus, qui fidei sacraménta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratióne, Patrum testimónio roborásti; & adoptiónem filiórum perféctam, voce delápsâ in nube lúcida, mirabíliter præsignásti; concéde propítius, ut ipsíus Regis glóriæ nos coherédes efficias, & ejúsdem glóriæ tríbuas esse consórtes; Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum.

Fit Commemoratio Octavæ S. Stephani, Ant. Exclamántes, ℣. Móritur, *Oratio*, Omnípotens, 496.

Deinde S. Xysti, Ant. Dóminus, ℣. Glorificátus sum, *Oratio*, Deus, cujus grátia, xij.

AD HORAS.

In fine Hymnorum, Doxologia, * Qui, nube ruptâ, &c. *ut suprà.*

AD PRIMAM.

Ant. Filii Sion.

In ℟. *br.* ℣. Qui accepísti à Deo Patre honórem & glóriam. 2. *Petr.* 1. 17.

CANON.

Ex Concílio Chalcedonénsi.

Ex lib. 9. *S. Hilarii Episc. de Fide seu de Trinitate.*

NEscit planè vitam suam, nescit, qui Christum Jesum, ut verum Deum, ita & verum hóminem ignórat. Et ejúsdem perículi res est, Christum Jesum vel spíritum Deum, vel carnem nostri córporis denegáre.

AD TERTIAM.

Ant. Vocem.

Capitulum. *Act.* 7. 37.

MOyses dixit filiis Israël: Prophétam suscitábit vobis Deus de frátribus vestris, tanquam me; ipsum audiétis.

℟. *br.* Exaltáte Dóminum Deum nostrum, * Allelúia, allelúia. ℟. Exaltáte. ℣. Et adoráte in monte sancto ejus. * Allelúia. Glória Patri. ℟. Exaltáte. *Ps.* 98. 9.

℣. Hic est Deus, Deus noster in ætérnum, ℟. Et in séculum séculi. *Ps.* 47. 15.

AD SEXTAM.

Ant. Venit vos.

Capitulum. *Isai.* 42. 1.

ECce servus meus, suscípiam eum: eléctus meus, complácuit sibi in illo ánima mea: dedi spíritum meum super eum; judícium géntibus próferet.

℟. *br.* Accédite ad eum, & illuminámini; * Allelúia, allelúia. ℟. Accédite. ℣. Et fácies vestræ non confun-

déntur. * Allelúia. Glória. ℟. Accédite. *Ps.* 33. 6.

℣. Illúminet vultum suum super nos, ℟. Et misereátur nostri. *Ps.* 66. 2.

AD NONAM.

Ant. Omnis ánima.

Capitulum. *Deut.* 18. 18.

POnam verba mea in ore ejus, loquetúrque ad eos ómnia quæ præcépero illi.

℟. *br.* Constitútus sum rex à Dómino super Sion montem sanctum ejus, * Allelúia, allelúia. ℟. Constitútus sum. ℣. Prædicans præcéptum ejus. * Allelúia. Glória. ℟. Constitútus sum. *Ps.* 2. 6.

℣. Ad annuntiándum mansuétis misit me Dóminus, ℟. Ut medérer contrítis corde. *Isai.* 61. 1.

AD VESPERAS.

Ant. 2. *D.* QUos præscívit Deus, & prædestinávit confórmes fieri imáginis Fílii sui. *Rom.* 8. 29.

Ant. 3. g. Qui vocávit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Jesu, módicum passos ipse perfíciet. 1. *Petr.* 5. 10.

Ant. 7. a. Si commórtui sumus, & convivémus: si sustinébimus, & conregnábimus. 2. *Tim.* 2. 11. 12.

Ant 1. D. Scimus quóniam cùm apparúerit, símiles ei érimus; quóniam vidébimus eum sicúti est. 1. *Joan.* 3. 2.

Ant. 3. a. Vidémus nunc per spéculum in ænigmate; tunc autem fácie ad fáciem. 1. *Cor.* 13. 12.

Capitulum. 1. *Petr.* 4. 13.

COmmunicántes Christi passiónibus gaudéte, ut & in revelatióne glóriæ ejus gaudeátis exultántes.

Hymnus, Hoc, justi quondam, *ut in I. Vesperis.*

℣. Exultábitis lætítiâ inenarrábili, & glorificátâ, ℟. Reportántes finem fídei vestræ salútem animárum. 1. *Petr.* 1. 8. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. * Vita vestra est abscóndita cum Christo in Deo: cùm Christus apparúerit, vita vestra; tunc & vos apparébitis cum ipso in glória. *Coloss.* 3. 3. 4.

Pro Commemorat. Octavæ S. Stephani, Ant. Amplificátus est, ℣. Custódit, 498. *Oratio*, Omnípotens sempitérne Deus, 496.

Completorium, *ut in die S. Stephani*, 498.

DIE VII.
De Octava
Invent. S. Stephani.
Ex libro sancti Augustíni Epíscopi, de Civitáte Dei.
Lib. 22. *cap.* 8. §. 17.
Lectio iij.

APud Hippónem Bassus quidam Syrus ad Memóriam Stéphani Mártyris orábat pro ægro-

cánte & periclitánte filia, eóque secum vestem ejus attúlerat; cùm ecce púeri de domo cucurrérunt, qui ei mórtuam nuntiárent. Sed cùm, oránte illo, ab amícis ejus exciperéntur, prohibuérunt eos illi dícere, ne per públicum plángeret. Qui cùm domum redíisset jam suórum ejulátibus personántem, & vestem filiæ quam ferébat, super eam projecísset, réddita est vitæ.

DIE VIII.
De Octava
INVENT. S. STEPHANI.
Ex libro sancti Augustíni Epíscopi, de Civitáte Dei.
Lib. 22. *c.* 8. §. 18. 19.
Lectio iij.

APud nos Irenæi cujúsdam collectárii filius ægritúdine exstínctus est. Cùmque corpus jacéret exánime, atque à lugéntibus & lamentántibus exéquiæ pararéntur, amicórum ejus quidam inter aliórum consolántium verba suggéssit, ut Stéphani Mártyris óleo corpus perungerétur. Factum est, & revíxit. Itémque apud nos vir Tribunítius Eleúsinus super Memóriam Mártyris, quæ in suburbáno ejus est, ægritúdine exanimátum pósuit infántulum filium: & post oratiónem, quam cum multis lácrymis ibi fudit, vivéntem levávit.

VESPERÆ *de Octava per anticipationem ob Festum S. Laurentii, ut in I. Vesperis Festi*, 489.

Fit Commemoratio S. Romani Martyris, Ant. Qui vícerit, ℣. Vincénti, ix. *Oratio*, Deus, qui beátum, xij.

DIE IX.
Octava Inventionis
SANCTI STEPHANI,
Protomartyris.
DUPLEX-MAJUS.

Omnia ut in die Festi, præter sequentia.

Psalmi dicuntur de Feria.

IN I. NOCTURNO.
Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.
Ex libro sancti Augustíni Epíscopi, de Civitáte Dei.
Lib. 22. *cap.* 8. §. 22.
Lectio iv.

DEcem quidam fratres (quorum septem sunt mares, tres féminæ) de Cæsaréa Cappadóciæ, suórum cívium non ignóbiles, maledícto matris recénti, patris eórum óbitu destitútæ, quæ injúriam sibi ab eis factam acerbíssimè tulit, tali pœnâ sunt divínitus coérciti, ut horribíliter quateréntur omnes tremóre membrórum: in qua fœdíssima spécie óculos suórum cívium non feréntes, quaquavérsum cuíque ire

IN I. VESPERIS.

Post Hymnum, ℣. Beátus qui intélligit super egénum & paúperem; ℟. In die mala liberábit eum Dóminus. *Pſ.* 40. 1.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D.* Ignem ardéntem extínguit aqua, & eleemósyna resíſtit peccátis: & Deus proſpéctor eſt ejus qui reddit grátiam; & in témpore casûs sui invéniet firmaméntum. *Eccli.* 3. 33. 34.

Oratio, Da nobis, *infrà ad Laudes.*

Pro Commemorat. Octavæ S. Stephani, *Ant.* Amplificátus eſt, ℣. Cuſtódit, 498. *Oratio*, Omnípotens, 496.

COMPLETORIUM, *ut in die S. Stéphani*, 4 8.

IN II. NOCTURNO.

De Sermóne ſancti Leónis Papæ.

Serm. in Feſtivit. S. Laurentii, circa med.

Lectio iv.

CUm furor gentílium poteſtátum in electíſſima quæque Chriſti membra ſæviret, ac præcípuè eos qui órdinis erant ſacerdotális, impéteret; in Levítam Lauréntium, qui non ſolùm in miniſtério ſacramentórum, ſed étiam diſpenſatióne Eccleſiáſticæ ſubſtántiæ præeminébat, ímpius perſecútor efférbuit; dúplicem ſibi prædam de unius viri comprehen[illegible] promíttens: quem si fecíſ[illegible] ſet ſacræ pecúniæ tradi[illegible] rem, fáceret étiam ve[illegible] religiónis exórtem. Arm[illegible] tur ítaque géminâ face ho[illegible] mo pecúniæ cúpidus, & veritátis inimícus; avarítiâ, ut rápiat aurum; impietáte, ut aúferat Chriſtú. Póſtulat ſibi ab immaculáto ſacrárii præſule opes Eccleſiáſticas, quibus avidíſſimus inhiábat, inférri: cui Levíta caſtíſſimus, ubi eas repóſitas habéret oſténdens, numeroſíſſimos ſanctórum páuperum óbtulit greges, in quorum victu atque veſtítu inamiſſíbiles condíderat facultátes; quæ tantò intégriùs erant ſalvæ, quantò ſanctiùs probabántur expénſæ.

Lectio v.

FRemit ergo prædo fruſtrátus; & in ódium Religiónis, quæ talem divitiárum uſum inſtituiſſet, ardéſcens, direptiónem theſáuri potióris aggréditur, apud quem nullam denariórum ſubſtántiam reperíſſet: ut illud depóſitum, quo ſacrátiùs erat dives, auférret. Renuntiáre Chriſto Lauréntium jubet, & ſolidíſſimam illam Levítici ánimi fortitúdinem diris parat urgére ſuppliciis: quorum ubi prima nihil óbtinent, vehementióra ſuccédunt. Láceros artus & multâ vérberum ſectióne conſciſſos, ſubjé-

ecipit igne torréri:
:ratem férream, quæ
: fervóre contínuo
ſe habéret uréndi,
ſórum altérnâ mu-
membrórum fieret
us veheméntior, &
rodúctior.

Lectio vj.

il óbtines, nihil pró-
:is, ſæva crudélitas:
itur invéntis tuis ma-
ortális, & Lauréntio
s abeúnte, tu défi-
mmis tuis ſuperári
s Chriſti flamma non
& ſégnior fuit ignis,
is uſſit, quàm qui
céndit. Sævíſti, per-
, in Mártyrem; ſæ-
& auxíſti palmam,
geras pœnam. Nam
on ad victóris gló-
génium tuum répe-
uando in honórem
unt triúmphi, étiam
énta ſupplícii? Gau-
ígitur, dilectíſſimi,
ſpirituáli; & de feli-
ínclyti viri fine glo-
in Dómino, qui eſt
is in ſanctis ſuis, in
nobis & præſidium
it & exémplum; at-
per univérſum mun-
:larificávit glóriam
ut à ſolis ortu uſque
ſum, Leviticórum
m coruſcánte fulgó-
m clarificáta eſt Je-
na Stéphano, tam il-
ieret Roma Laurén-

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

Lectio vij. *c. 12. 24. ad 26.*

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Amen, amen dico vobis, niſi granum fruménti cadens in terram mórtuum fúerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mórtuum fúerit, multum fructum affert. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 305. in ſolemn. Martyris Laurentii, 4. §. 1. Aliàs Serm. 26. ex Sirmondianis.

AGnóſcit fides veſtra granum, quod in terram cécidit, & mórtuum multiplicátum eſt. Agnóſcit, inquam, hoc granum fides veſtra, quia ipſum hábitat in mente veſtra. Hoc enim quòd de ſeípſo díxerit Chriſtus, nullus ámbigit Chriſtiánus. Sed planè illo mórtuo grano & multiplicáto: multa grana ſunt ſparſa in terram: ex quibus eſt & beátus Lauréntius, cujus ſeminatiónem hódie celebrámus.

Lectio viij.

DE illis autem granis ſparſis toto orbe terrárum, quanta pulluláverit ſeges vidémus, gaudémus, ſumus: ſi tamen & nos per illíus grátiam ad hórreum pertinémus. Neque enim ad hórreum pértinet quid-

rónam de spinis, imposuérunt cápiti Jesu; & veste purpúreâ circumdedérunt eum: & * Veniébant ad eum, & dicébant: Ave, Rex Judæórum; & dabant ei álapas. *Joan.* 19. 2. 3. ℣. Aperuérunt super me ora sua, & exprobrántes percussérunt maxíllam meam; satiáti sunt pœnis meis. *Job* 16. 11. * Veniébant.

Lectio ij.

Ex Relat. Galteri Cornuti, Archiep. Senon. apud Duchesn. tom. 5. *p.* 407.

BAlduínus è Latínis postrémus Constantinopolitanórum Imperátor, cùm in Gálliam, urgéntibus negótiis, venísset, nuntiávit sancto Regi Ludovíco consanguíneo suo, Constantinópolim à Græcis obsidióne cingi, primoréśque in ea conclúsos eò penúriæ devenísse, ut de Coróna Dómini extráneis aut vendénda, aut oppigneránda cogitárent. Quare sanctum Regem rogávit, ut eam dono accípere vellet. Rex actis Balduíno grátiis, ex Ordine Prædicatórum duos Constantinópolim misit, qui sanctam ei Corónam deférrent, Andréam scílicet & Jacóbum, quorum hic, cùm esset monastérii Ordinis sui ea in urbe Prior, Corónam sæpiùs víderat; quibus Imperátor unum è suis comítibus adjúnxit, simul & diplómate præcépit Barónibus, ut sacra Coróna iis qui à Rege missi erant traderétur. Constantinópolim ingréssis nuntiátum est Corónam Vénetis nómine pignoris obligátam esse ea conditióne, ut, nisi intra natálem Mártyrum Gervásii & Protásii redimerétur, obligátio pígnoris verterétur in títulum venditiónis pro pecúnia jam trádita; interímque Venétiam deportarétur. Quare Coróna lóculo sigillis Prócerum consignáto defértur Venétiam ab iis qui à Rege missi fúerant, adjúnctis Imperatóris Núntiis, nobilioribúsque Vénetis.

℟. Pilátus dicit: Addúco vobis eum, ut cognoscátis quia nullam invénio in eo causam. * Exivit Jesus portans Corónam spíneam, & purpúreum vestiméntum. Cùm ergo vidíssent eum, clamábant: Crucifige eum. *Joan.* 19. 4. 5. 6. ℣. Vidit Abraham aríetem inter vepres hæréntem córnibus, quem assúmens óbtulit holocaústum pro fílio. *Gen.* 22. 13. * Exivit Jesus.

Lectio iij.

DEpósitâ Venétiæ sanctâ Corónâ, ut erat sigíllis obsignáta, in Thesauro Basílicæ sancti Marci, relictóque ibi Andréâ custóde, Jacóbus cum Núntiis Imperatóriis ad Regem próperat, eíque rem omnem expónit. Tunc Rex conféś-

n remíttit Venétiam eós-
em Núntios, qui sacrum
gnus pecúniâ redémptum
Gálliam asportárent. Hi
deúntes, ut Trecas per-
enére, Regem de advén-
u suo certiórem fecérunt.
Qui cum matre & prócéri-
us, duobúsque Epíscopis
Galtéro Senonénsi, & Ber-
árdo Aniciénsi óbviàm pro-
éctus, apud Villam-no-
vam Archiepíscopi, fractis
igíllis, reclusóque lóculo,
Corónam non sine multis
ácrymis conspéxit, & in
eódem lóculo repósitam si-
gíllo suo obsignávit. Id cón-
tigit die festo sancti Lau-
réntii, anno millésimo du-
centésimo tricésimo nono.
Postrídie Sénonas deportá-
tur; eámque ab ipso urbis
áditu, Rex, nudis pédibus,
solâ indútus túnicâ, Ro-
bérto fratre comitánte, Cle-
ro & plebe óbviàm eúnti-
bus, suis húmeris infert ad
Metropolíticam sancti Sté-
phani Basílicam: & inde
Parísios próximâ die con-
téndit. Corónam depósuit
Rex in sacéllo régio sancti
Nicolái in Palátio, ubi
póstea magnificentíssimam
Capéllam ædificávit.

℟. Scripsit títulum Pilá-
tus, & pósuit super cru-
cem: * Jesus Nazarénus,
Rex Judæórum. *Joan.* 19.
19. ℣. Super sólium David,
& super regnum ejus sedé-
bit; ut confírmet illud ámo-
do & usque in sempitérnum.
Isai. 9. 7. * Jesus. Glória.
* Jesus.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Regnábit
Dóminus super eos in mon-
te Sion, ℟. Ex hoc nunc &
usque in ætérnum. *Mich.*
4. 7.

AD LAUDES.

Ant. 1. f. Vidi cœlum apér-
tum, & ecce equus
albus, & qui sedébat super
eum, vocabátur Fidélis, &
Verax. *Apoc.* 19. 11.

Ant. 2. D. Oculi ejus si-
cut flamma ignis, & in cá-
pite ejus diadémata multa.
Apoc. 19. 12.

Ant. 3. a. Vestítus erat
veste aspérsâ sánguine; &
vocátur nomen ejus, Ver-
bum Dei. *Apoc.* 19. 13.

Ant. 4. f. Habet in fé-
more suo scriptum: Rex re-
gum, & Dóminus domi-
nántium. *Apoc.* 19. 16.

Ant. 6. F. Data est ei Co-
róna, & exívit vincens ut
vínceret. *Apoc.* 6. 2.

Capitulum. *Dan.* 7. 14.

Omnes pópuli, tribus &
linguæ (Fílio hóminis)
sérvient: potéstas ejus, po-
téstas ætérna, quæ non au-
ferétur; & regnum ejus
quod non corrumpétur.

Hymnus. *Santol. Vict.*

Quæ non tulit ludíbria
Homo Deus? diro ni-
mis
Quem destinávit fúneri
Protérva turma mílitum,

Qui sceptra regum dívidit,
Ut scénicus rex láditur;
Quem vestit ætérnum jubar,
Ridénda vestit púrpura.

Frons pro coróna régia
Horret cruéntis vépribus:
Hæc illa, crudélis Sion,
Quæ serta nectis Príncipi?

Quò forma cessit par Deo?
Non vultus idem, non color:
Atro fluéntem sánguine,
Et ora fœdum vídimus.

Orbi piándo qui parem
Offers Paréntí víctimam,
O Christe, fac non sit tuæ
Ináne mortis præmium.

Qui nos creávit, laus Patri;
Qui nos redémit, Fílio;
Qui nos foves, laus, Spíritus;
Uni Deo sit glória.
Amen.

℣. Dómini est regnum, ℟. Et ipse dominábitur géntium. *Ps.* 21. 29.

Ad Benedíctus, *Ant.* 6. *C.* Prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso. *Ps.* 20. 4.

Oratio. Orémus.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut qui in memóriam Passiónis Dómini nostri Jesu Christi, Corónam ejus Spíneam venerámur in terris, ab ipso glóriâ & honóre coronári mereámur in cœlis; Qui tecum.

Pro Commemoratione S. Tiburtii, *Ant.* Dóminus, ℣. Glorificátus sum, xij.

Oratio. Orémus.

Beáti nos, Dómine, Tibúrtii fóveant continuáta præsídia; quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. Vidi cœlum apértum.

CANON.

Ex S. Cypriáno.

Lib. de bono Patientiæ.

Hic (Christus Rex) est, qui cùm in passióne tacúerit, in ultióne póstmodum non tacébit... Nam cùm in humilitáte priùs fúerit occúltus, véniet in potestáte maniféstus. Hunc expectémus víndicem nostrũ: Qui ad vindíctam suam nímiùm festínat & próperat, consíderet, quia necdum vindicátus est ipse qui víndicat.

AD TERTIAM.

Ant. Oculi ejus.

Capitulum. *Apoc.* 14. 14.

Vidi, & ecce nubem cándidam; & super nubem sedéntem símilem Fílio hóminis, habéntem in cápite suo corónam aúream.

℟. *br.* Dóminus regnávit, * Decórem indútus est; ℟. Dóminus. ℣. Indútus est Dóminus fortitúdinem,

& præcínxit se. * Decórem. Glória. ℟. Dóminus. *Ps.* 92. 1.

℣. Opórtet Christum regnáre, ℟. Donec ponat Deus omnes inimícos sub pédibus ejus. 1. *Cor.* 15. 25.

AD SEXTAM.

Ant. Vestítus erat.

CAPITULUM. *Isai.* 53. 12.

DIspértiam ei plúrimos; & fórtium dívidet spólia, pro eo quòd trádidit in mortem ánimam suam.

℟. *br.* Antíquus diérum * Dedit ei potestátem: ℟. Antíquus. ℣. Et honórem, & regnum. * Dedit ei. Glória. ℟. Antíquus. *Dan.* 7. 14.

℣. Regnum tuum, Dómine, regnum ómnium seculórum; ℟. Et dominátio tua in omni generatióne & generatiónem. *Ps.* 144. 13.

AD NONAM.

Ant. Data est.

CAPITULUM. *Isai.* 16. 5.

PRæparábitur in misericórdia sólium, & sedébit super illud in veritáte, júdicans & quærens judícium, & velóciter reddens quod justum est.

℟. *br.* Thronus tuus, Deus, * In séculum séculi, ℟. Thronus. ℣. Virga æquitátis, virga regni tui. * In séculum. Glória. ℟. Thronus. *Hebr.* 1. 8.

℣. Potens es, Dómine; ℟. Et véritas tua in circúitu tuo. *Ps.* 88. 9.

AD VESPERAS.

Ant. de Laudibus.

CAPITULUM. *Act.* 2. 36.

CErtíssimè sciat omnis domus Israël, quia & Dóminum eum & Christum fecit Deus, hunc Jesum, quem vos crucifixístis.

Hymnus, Huc, Christiáni, *ut in Officio Nocturno.*

℣. Agnus Dóminus dominórum est, ℟. Et Rex regum. *Apoc.* 17. 14.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D. * Grátia vobis & pax à Jesu Christo, qui est princeps regum terræ, qui diléxit nos, & lavit nos à peccátis nostris in sánguine suo. *Apoc.* 1. 4. 5.

Fit Commemoratio SS. Felicis & Felicissimi, Ant. Communicántes, ℣. Viríliter, xv. *Oratio*, Deus, cujus grátiâ, xviij.

Deinde S. Claræ Virginis, Ant. Quis dabit, ℣. Súscipe me, *Oratio*, Deus, qui habitáculum tuum, lxxj.

DIE XII.
SANCTORUM FELICIS, ET FELICISSIMI, Martyrum,
Commemoratio.

In Laudibus, Ant. Beáti, ℣. Multæ, *Oratio*, Deus, cujus grátiâ, xviij.

Pro Commemoratione S. Claræ, Ant. Cave, ℣. Oblivíscere, *Oratio*, Deus,

qui habitáculum tuum, lxxj.

Vespera de Psalterio, à Capitulo de S. Hippolyto, ut infrà.

[*In Ecclesia Metropolitana, fit Festum* SEMIDUPLEX *de SS. Felice & Felicissimo.*

De Communi plurium Martyrum, xiv.

De Epístola sancti Cypriáni Epíscopi & Mártyris, ad Mártyres & Confessóres.

Lectio ij.

Epist. 10. *Edit. Oxon.*

QUibus ego vos laúdibus prædicem, fortíssimi fratres? robur péctoris vestri, & perseverántiam fidei quo præcónio vocis exórnem? Tolerástis usque ad consummatiónem glóriæ duríssimam quæstiónem, nec cessístis supplíciis, sed vobis pótius supplícia cessérunt. Finem dolórum, quem torménta non dabant, corónæ dedérunt... Fluébat sanguis, qui incéndium persecutiónis extíngueret, qui flammas & ignes gehénnæ glorióso cruóre sopíret. O quale illud fuit spectáculum Dómino, quàm sublíme, quàm magnum, quàm Dei óculis, sacraménto ac devotióne mílitis ejus, accéptum! sicut scriptum est in Psalmis, Spíritu-sancto loquénte ad nos páriter & monénte: [Pretiósa est in conspéctu Dómini mors justórum ejus.]

Lectio iij.

PRetiósa mors hæc est, quæ emit immortalitátem prétio sui sánguinis; quæ áccipit corónam à consummatióne virtútis. Quàm lætus illic Christus fuit, quàm libens in tálibus servis suis & pugnávit & vicit protéctor fídei, & dans credéntibus tantum, quantum se credit accípere qui sumit! Certámini suo áffuit, præliatóres atque assertóres sui nóminis eréxit, corroborávit, animávit. Et qui pro nobis mortem semel vicit, semper vincit in nobis. [Sanctórum Felícis & Felicíssimi córpora in Ecclésia Senonénsi religióse servántur & colúntur.]

Fit Commemorat. S. Claræ, Ant. Quòd relíqueris, ℣. Concupíscet, *Oratio*, Deus, qui habitáculum tuum, lxxj.

IN VESPERIS, *fit Commemoratio S. Hippolyti, Ant.* Qui vícerit, ℣. Vincénti, ix. *Oratio*, Da nobis, *infrà.*

Deinde S. Radegundis, Francorum Reginæ, Viduæ, Ant. Vídua, ℣. Dóminus, lxxviij. *Oratio*, Tuórum corda fidélium, *infrà.*]

DIE XIII.
In Festo
SANCTI HIPPOLYTI,
Presbyteri & Martyris.
SIMPLEX.

De Communi unius Martyris, viij.

Pridie

Pridie In Vesperis, *Oratio*, Da nobis, *infrà*.

Comm. S. Radegundis, *suprà*.

Lectio iij.

Ex Prudentii Hymn. & Bucher. Cycl.

HIppólytus, Présbyter Románus, Novatiáni schísmate implícitus, cùm ad júdicem ob Christiánam professiónem raptus, interrogarétur à plebe, quid de Novatiáno sentiéndum esset, apértè eum damnávit. Sic unitáti Cathólicæ rédditus, póstea martyrio coronátus est. Júdici enim apud Ostia Tiberína oblátus, ut Christianórum caput, duóbus equis indómitis fune alligári jussus est: qui per silvas, saxa, & sepes tándiu Mártyrem raptárunt, donec membris ómnibus disrúptis, & huc illúcque projéctis ánimam effláret. Cùm equis alligarétur, última hæc vox ejus audíta est: Hi rápiunt artus, tu, Christe, ánimam rape. Lácera membra à Christiánis colléćta Romam advéćta sunt, & extra muros in crypta cóndita. Ibi extrúćta Basílica ab ómnibus hâc die frequentabátur. Adiit & ipse Prudéntius, qui martyrium Hippólyti scripto cármine cécinit; multáque se huic Mártyri debére testátus est. [Sub Gallo fortè aut Valeriáno passus est.] Is idem vidétur Hippólytus Présbyter, qui Pontiáno Papæ jam tum confessiónis sócius, in Sardíniam Júlii Maximíni jussu deportátus fúerat, anno ducentésimo trigésimo quinto.

Oratio. Orémus.

DA nobis, quæsumus, Dómine, intercedénte sancto Sacerdóte tuo Hippólyto Mártyre, in tua fide & sinceritáte constántiam; ut in caritáte divína firmáti, nullis tentatiónibus ab ejus integritáte divellámur; Per.

Pro Commemoratione S. Radegundis, *Ant.* Víduas, ℣. Quæ verè, lxxviij.

Oratio. Orémus.

TUórum corda fidélium, Deus miserátor, illústra; & beátæ Radegúndis Regínæ précibus ac méritis, fac nos terréna despícere, & amáre cœléstia; Per Dóminum.

Die XIV.

In Vigilia

Assumptionis

Beatæ Mariæ Virginis.

Omnia de Feria, ut in Psalterio, exceptis quæ hìc notantur.

Ad Officium Noct.

Lectio j. *&* ij. *de Scriptura occurrente; fiuntque ex tribus duæ.*

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio iij. *c.* 11. *v.* 27. *&* 28.

IN illo témpore; Loquénte Jesu ad turbas, extóllens vocem quædam mú-

lier de turba, dixit illi: Beátus venter qui te portávit. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

In Joan. Evang. Tract. 10. §. 3.

CUm Dóminus in turba admirábilis viderétur, fáciens signa & prodígia, & osténdens quid latéret in carne, admirátæ quædam ánimæ dixérunt: [Felix venter qui te portávit. Et ille: Imò felíces qui aúdiunt verbum Dei, & custódiunt.] Hoc est dícere: Et mater mea quam appellástis felícem, inde felix, quia verbum Dei custódit: non quia in illa [Verbum caro factum est, & habitávit in nobis;] sed quia custódit ipsum Verbum Dei per quod facta est, & quod in illa caro factum est. Hómines non gaúdeant prole temporáli; exúltent, si spíritu jungúntur Deo.

Ad Laudes. *Dicuntur Preces, flexis genibus, ut in Psalterio*, 148.

Oratio. Orémus.

DEus, qui virginálem úterum beátæ Maríæ, in quo habitáres, dignátus es elígere; da nobis Assumptiónis ejus solémnia præveniéntibus, dignum in córdibus nostris habitáculum tuæ præparáre majestáti; Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Fiunt Suffragia, ut in Psalterio, 149. *omissis in Oratione*, A cunctis, *quæ parenthesi includuntur.*

Ad Horas, *dicuntur etiam Preces, flexis genibus, ut in Psalterio.*

Vespera de Festo sequenti.



DIE XV. AUGUSTI.

IN FESTO

ASSUMPTIONIS

BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

ANNUALE-MINUS.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria.

Ant. 1. D. ECce tu pulcra es, amíca mea, ecce tu pulcra es; óculi tui colúmbarū. *Cant.* 1. 14.

Ant. 4. d. Indue te decóre, & honóre ejus, quæ à Deo tibi est sempitérnæ glóriæ. *Baruch* 5. 1.

Ant. 3. a. Circúmdabit te Deus diplóïde justítiæ, & impónet mitram cápiti honóris ætérni. *Baruch* 5. 2.

Ant. 3. E. Eris coróna glóriæ in manu Dómini, & diadéma regni in manu Dei tui; quia complácuit Dómino in te. *Isai.* 62. 3. 4.

Ant. 2. *D.* Vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis. *Ps.* 44. 13.

CAPITULUM. *Cant.* 6. 3.

PUlcra es, amíca mea, suávis, & decóra sicut Jerúsalem; terríbilis ut castrórum ácies ordináta.

℟. Concupíscet Rex decórem tuum; quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum. * Omnis glória fíliæ regis ab intus; in fímbriis áureis circumamícta varietátibus. *Ps.* 44. 12. 14. 15. ℣. Benedícta tu in muliéribus; inveníſti enim grátiam apud Deum. *Luc.* 1. 28. 30. * Omnis. Glória. * Omnis.

Hymnus, O vos æthérei, *infrà in II. Vesperis.*

℣. Magna est glória ejus
℟. In salutári tuo, Dómine. *Ps.* 20. 6.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. In plenitúdine sancta admirábitur, & in multitúdine electórum habébit laudem, & inter benedíctos benedicétur. *Eccli.* 24. 3. 4.

ORATIO. Orémus.

COncéde, quæsumus, omnípotens Deus, nos ad ætérna beátæ Maríæ semper Vírginis gaúdia pertíngere, de cujus nos veneránda Assumptióne tríbuis ánnuâ solemnitáte gaudére; Per Dóminum.

AD COMPLETORIUM, *Antiphona*, *&c. ut in die*, *infrà*, 540.

Orationes, Concéde, & Véritas, *sub una conclusione*.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Jesum de María natum, * Veníte, adorémus. *Matt.* 1. 16.

Ps. 94. Veníte, 2.

Hymnus. *Guill. Episc. Santon.*

PArata cùm te póscerent,
O Virgo, cœli præmia,
Purum sacrátis ártubus
Amor resólvit spíritum.

Sed victa partu mors tuo,
Te labis expértem nequit,
Suis nec audet stríngere
Vitæ paréntem néxibus.

O qualis inter óbvios
Regína scandit cœlites!
Quàm pulcra, celsæ próxima
Sedi Tonántis ássidet.

Amicta sole fémina,
Lunámque subjéctam premens,
Bis sena cui cingunt caput
Fulgóre miro sídera.

O tu, cliéntum cui preces,
Cui vota cordi, Júdicem
Præbére nobis, quod potes,
Patróna, placátum velis.

* Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre cumque Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.

In I. Nocturno.

Ant. 4. E. Adjúro vos, filiæ Jerúsalem, ut nuntiétis diléсto meo quia amóre lángueo. *Cant.* 5. 8.

Ps. Cœli enárrant glóriam Dei, 37.

Ant. 5. a. Effúdi in me ánimam meam: quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei. *Ps.* 41. 5.

Ps. Eructávit cor meum verbum bonum, 69.

Ant. 8. G. Dómine, diléxi decórem domûs tuæ, & locum habitatiónis glóriæ tuæ. *Ps.* 25. 8.

Div. Ps. 44. Audi, fília, & vide, & inclína aurem tuam, 69.

℣. Incolátus meus prolongátus est; ℟. Multùm íncola fuit ánima mea. *Ps.* 119. 5. 6.

De Isaía Prophéta.

Lectio j. *c.* 60. 15. *ad* 20.

POnam te in supérbiam sæculórum, gáudium in generatiónem & generatiónem, (dicit Dóminus;)... & scies quia ego Dóminus salvans te, & redémptor tuus fortis Jacob.... Non erit tibi ámpliùs sol ad lucéndum per diem, nec splendor lunæ illuminábit te: sed erit tibi Dóminus in lucem sempitérnam, & Deus tuus in glóriam tuam. Non occídet ultrà sol tuus, & luna tua non minuétur: quia erit tibi Dóminus in lucem sempitérnam, & complebúntur dies luctûs tui.

℟. Unam pétii à Dómino, hanc * Requíram ut vídeam voluptátem Dómini,

sitem templum ejus. *Ps.*
4. ℣. Mihi vívere Christ-
est, & mori lucrum.
lipp. 1. 21. * Requíram
ideam.
)e libro Ecclesiástici.
ctio ij. *c.* 24. *v.* 12. *ad* 24.
Ui creávit me, re-
quiévit in tabernáculo
, & dixit mihi: In Ja-
inhábita... Ego quasi
bínthus exténdi ramos
s, & rami mei honóris
rátiæ. Ego quasi vitis
tificávi suavitátem odó-
& flores mei fructus
óris & honestátis. Ego
er pulcræ dilectiónis, &
óris, & agnitiónis, &
ctæ spei.
. Concupíscit, & défi-
nima mea in átria Dó-
i: cor meum, & caro
exultavérunt in Deum
m. * Vidébitur Deus
rum in Sion. *Ps.* 83. 3.
℣. Sedes Dei & Agni in
cta civitáte Jerúsalem
nt, & servi ejus sérvient
& vidébunt fáciem ejus.
oc. 22. 3. 4. * Vidébi-

: Cántico Canticórum.
tio iij. *c.* 2. 10. *ad* 13.
N diléctus meus lóqui-
tur mihi: Surge, pró-
a, amica mea, colúmba
, formósa mea, & ve-
; jam enim hiems trán-
, imber ábiit, & recés-
Flores apparuérunt in
a nostra,... víneæ florén-
dedérunt odórem suum.
℟. Quemádmodum de-
síderat cervus ad fontes
aquárum, ita desíderat
ánima mea ad te, Deus.
* Sitívit ánima mea ad
Deum fortem, vivum:
† Quando véniam, & ap-
parébo ante fáciem Dei?
Ps. 41. 2. 3. ℣. Quæ re-
tro sunt oblivíscens, ad
destinátum pérsequor, ad
bravíum supérnæ vocatió-
nis Dei in Christo Jesu.
Philipp. 3. 13. 14. * Sitívit
ánima mea ad Deum for-
tem, vívum. Glória Patri.
† Quando véniam.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. *d.* Veni in hor-
tum meum, soror mea spon-
sa: méssui myrrham meam
cum aromátibus meis. *Cant.*
5. 1.

Ps. Deus noster refúgium
& virtus, 70.

Ant. 6. F. Jam hiems
tránsiit: Surge, amíca mea,
speciósa mea, & veni; os-
ténde mihi fáciem tuam:
fácies tua decóra. *Cant.* 2.
11. 13. 14.

Ps. Magnus Dóminus, &
laudábilis nimis, 70.

Ant. 3. a. Favus distíllans
lábia tua, sponsa; mel &
lac sub lingua tua: emissió-
nes tuæ paradísus malórum
punicórum cum pomórum
frúctibus. *Cant.* 4. 11. 13.

Ps. Benedixísti, Dómine,
terram tuam, 111.

℣. Hortus conclúsus, so-
ror mea sponsa, ℟. Hortus
conclúsus, fons signátus.
Cant. 4. 12.

Sermo sancti Bernárdi Abbátis.

In Assumpt. B. V. Mariæ, 1. §. 1.

Lectio iv.

VIrgo hódie gloriósa cœlos ascéndens, supernórum gaúdia cívium copiósis sine dúbio cumulávit augméntis. Hæc est enim, cujus salutatiónis vox & ipsos exultáre facit in gaúdio, quos matérna adhuc víscera claudunt. Quòd si párvuli necdum nati ánima liquefácta est, ut María locúta est; quid putámus quænam illa fúerit cœléstium exultátio, cùm & vocem audíre, & vidére fáciem, & beátâ ejus frui præséntiâ meruérunt? Nobis verò, caríssimi, quæ in ejus Assumptióne solemnitátis occásio, quæ causa lætítiæ, quæ matéria gaudiórum? Maríæ præséntiâ totus illustrátur orbis; ádeo ut & ipsa jam cœléstis pátria clárius rútilet virgíneæ lámpadis irradiáta fulgóre. Méritò proínde résonat in excélsis gratiárum áctio & vox laudis.

℟. Veni, sponsa mea, * Veni; coronáberis: odor unguentórum tuórum super ómnia arómata. *Cant.* 4. 8. 10. ℣. Corónam justítiæ reddet Dóminus justus judex. 2. *Tim.* 4. 8. * Veni.

Lectio v.

CIvitátem inquírimus, ad quam hódie María benedícta pervénit. In qua si conscrípti cives sumus, & dignum profécto est étiam in exílio, étiam super flúmina Babylónis ejus nos recordári, ejus communicáre gaúdiis, ejus participáre lætítiam, maximéque eam, quæ tam copióso ímpetu lætíficat hódie civitátem Dei, ut sentiámus & ipsi stillicídia stillántia super terram. Præcéssit nos Regína nostra; præcéssit, & tam glorióse suscépta est, ut fiduciáliter sequántur Dóminam sérvuli clamántes; [Trahe nos post te; in odórem unguentórum tuórum currémus.]

℟. Tota pulcra es, amíca mea, & * Mácula non est in te: veni de Líbano: odor vestimentórum tuórum sicut odor thuris. *Cant.* 4. 7. 8. 11. ℣. Qui non inquinavérunt vestiménta sua, ambulábunt mecum in albis, quia digni sunt. *Apoc.* 3. 4. * Mácula.

Lectio vj. §. 1. 2.

ADvocátam præmísit peregrinátio nostra, quæ tanquam Júdicis mater, & mater misericórdiæ supplíciter & efficáciter salútis nostræ negótia pertractábit. Pretiósum hódie munus terra nostra diréxit in cœlum; ut dando & accipiéndo, felíci amicitiárum fœdere copuléntur humána divínis, terréna cœléstibus, ima summis. Illò enim ascéndit fructus terræ subli-

mis, unde data óptima, & dona perfécta descéndunt. Ascéndens ergo in altum Virgo beáta dabit ipsa quoque dona homínibus. Quidni daret? Síquidem nec facúltas ei deésse póterit, nec volúntas. Regína cœlórum est, miséricors est; dénique mater est Unigéniti Fílii Dei. Nihil enim sic potest potestátis ejus seu pietátis magnitúdinē commendáre, nisi fortè aut non créditur Dei Fílius honoráre matrem, aut dubitáre quis potest omníno in afféctum caritátis transísse Maríæ víscera, in quibus ipsa quæ ex Deo est Cáritas novem ménsibus corporáliter requiévit.

℟. Anteíbit fáciem tuam justítia tua, * Et glória Dómini cólliget te: & † Dóminus implébit splendóribus ánimam tuam. *Isai.* 58. 8. 11. ℣. Abundánter ministrábitur introítus in ætérnum regnum. 2. *Petr.* 1. 11. * Et glória. Glória. † Dóminus.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. D. En diléctus meus lóquitur mihi: Surge, própera, amíca mea, colúmba mea, formósa mea, & veni. *Cant.* 2. 10.

Ps. Fundaménta ejus in móntibus sanctis, 116.

Ant. 5. F. Anima mea liquefácta est ut locútus est diléctus meus. *Cant.* 5. 6.

Ps. Dóminus regnávit, exúltet terra, 125.

Ant. 7. a. Totus desiderábilis; talis est diléctus meus, & ipse est amícus meus. *Cant.* 5. 16.

Ps. Cantáte Dómino cánticum novum, quia, 127.

℣. In justítia apparébo conspéctui tuo: ℟. Satiábor cùm apparúerit glória tua. *Ps.* 16. 15.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 1. 41. *ad* 49.

IN illo témpore; Repléta est Spíritu-sancto Elísabeth, & exclamávit voce magnâ, & dixit ad Maríā: Benedícta tu inter mulíeres, & benedíctus fructus ventris tui. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ Presbyteri.

In cap. 1. *Luc. apud Alcuin.*

NOn solùm benedícta inter mulíeres, sed inter mulíeres benedíctas, majóri benedictióne speciáliter insígnis. [Benedíctus fructus ventris tui.] Nec ipse generáli sanctórū more benedíctus, sed sicut Apóstolus ait: [Quorum patres, & ex quibus Christus secúndùm carnem, qui est super ómnia Deus benedíctus in sécula.] De hujus ortu fructûs, Psalmísta mystico sermóne testátur, dicens: [Etenim Dóminus dabit benignitátem, & terra nostra dabit fructum suum.] Dedit quippe Dóminus benignitá-

tem, quia genus humánum à reátu prævaricatiónis per Unigénitum suum liberáre dispósuit: dedit benignitátem, quia ejus ingréssui virginális úteri templū Spíritûs-sancti grátia consecrávit.

℟. Magníficat ánima mea Dóminum; * Et exultávit spíritus meus in Deo salutári meo. *Luc.* 1. 46. 47. ℣. Gaudens gaudébo in Dómino, & exultábit ánima mea in Deo meo; quia índuit me vestiméntis salútis. *Isai.* 61. 10. * Et exultávit.

Lectio viij. *Post pauca.*

MAgníficat ánima mea Dóminum; & exultávit spíritus meus in Deo salutári meo.....] Quæ cùm ómnibus perféctis verba convéniant, máximè tamen ea beátam Dei Genitrícem proférre decébat, quæ mériti privilégio singuláris, spirituáli ipsíus dilectióne flagrábat, cujus corporáli conceptióne gaudébat. Quæ jure in Jesu, id est, in Salvatóre suo speciáli præ céteris sanctis gaúdio pótuit exultáre: quia quem perpétuum salútis autórem nóverat, hunc ipsum & temporáli ortu de carne sua nascitúrum esse sciébat, quátenus in una eadémque persóna veráciter & suus Fílius esset & Dominus.

℟. In ómnibus réquiem quæsívi, & in hereditáte Dómini morábor. * Qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo. *Eccli.* 24. 11. 12. ℣. Beátam me dicent omnes generatiónes; quia fecit mihi magna qui potens est. *Luc.* 1. 48. 49. * Qui creávit me.

Lectio ix.

QUàm vília de seípsa senserit édocet, & quòd omne quidquid boni méritì hábuit, hoc supérnâ grátiâ largiénte percéperit, dicens: [Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ; ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.] Húmilem quippe Christi ancíllam suo judício se fuísse demónstrat: sed respéctu grátiæ cœléstis repéntè sublimátam pronúntiat, atque in tantum glorificátam, ut sua beatitúdo præcípua méritò cunctárum géntium voce mirétur. Addidit étiam adhuc divínæ pietátis múnera, quæ mirabíliter accépit, dignâ gratiárum actióne collaúdans; [Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus.] Nihil ergo suis méritis tríbuit, quæ totam suam magnitúdinem ad illíus donum refert, qui essentiáliter potens & magnus exístens, fidéles suos de parvis atque infirmis, fortes fácere consuévit & magnos.

℟. Tempus resolutiónis meæ instat: * Cursum consummávi, fidem servávi: † Repósita est mihi coró-

na justítiæ. 2. *Tim* 4. 6. 7. 8. ℣. Fulcíte me flóribus, stipáte me malis; quia amóre lángueo: ecce diléctus meus venit. *Cant.* 2. 5. 8. * Cursum. Glória. † Repósita est.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Magnificáte Dóminum mecum, ℟. Et exaltémus nomen ejus in idípsum. *Ps.* 33. 4.

AD LAUDES.

Psalmi de Dominica & sic ad Horas.

Ant. 1. a. QUæ est ista, quæ ascéndit per desértum sicut vírgula fumi ex aromátibus myrrhæ, & thuris, & univérsi púlveris pigmentárii? *Cant.* 3. 6.

Ant. 5. a. Datum est illi ut coopériat se byssino spléndenti & cándido. *Apoc.* 19. 8.

Ant. 7. d. Effúlsit quasi lília quæ sunt in tránsitu aquæ, quasi ignis effúlgens, & thus ardens in igne. *Eccli.* 50. 7. 8. 9.

Ant. 6. C. Vidérunt eam.

Canticum *Judith* 13. 22. *ad med.* 25.

Mulieri victrici & triumphanti Canticum Ecclesiæ liberatæ.

BEnedíxit te Dóminus in virtúte sua; * quia per te ad níhilum redégit inimícos nostros....

Benedícta es tu, filia, à Dómino Deo excélso, * præ ómnibus muliéribus super terram.

Benedíctus Dóminus * qui creávit cœlum & terram;

Qui te diréxit * in vúlnera cápitis príncipis inimicórum nostrórum:

Quia hódie nomen tuum ita magnificávit, * ut non recédat laus tua de ore hóminum.

Et dicitur per Octavam, cùm fit de Octava.

Ant. Vidérunt eam fíliæ, & beatíssimam prædicavérunt, & laudavérunt eam. *Cant.* 6. 9.

Ant. 3. a. Benedíctus Dóminus qui exaltávit eam: Amen. *Tob.* 13. 23.

Capitulum. *Cant.* 6. 9.

QUæ est ista, quæ progréditur quasi auróra consúrgens, pulcra ut luna, elécta ut sol, terríbilis ut castrórum ácies ordináta?

Hymnus. *Santol. Vict.*

QUæ cœlo nova nunc áddi-
tur hospes!
Sese tota poli régia pandit:
Ruptis Virgo parens líbera vinclis,
Caro se próperat réddere Nato.

Quantum delítuit paúpere tecto,
Tantùm spléndida nunc fulget in astris:
Se veláre, quibus mater amábat,
Densas Natus amat rúmpere nubes.

Olim quæ fúerat nupta marito,

Et de connúbio crédita mater;
Totum jam cólitur nota per orbem,
Cum matris títulis íntegra Virgo.
ANCILLÆ tribuit quæ sibi nomen,
Cœlésti dóminans regnat in aula.
Quæ tot passa neces prolis amóre,
Jam secúra, suâ prole triúmphat.
NOSTRAS, tu nova lux, díscute noctes;
O Regína, graves solve caténas;
Cæcos, stella maris, dírige cursus;
Da, quo tu frúeris, cérnere Natum.
DIVINÆ Sóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri;
Cujus Virgo parens, glória Nato;
Quo fecúnda, tibi glória, Flamen. Amen.

℣. Bénedic, ánima mea, Dómino, ℟. Qui corónat te in misericórdia. *Ps.* 102. 2. 4.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D.* In plenitúdine sanctórum deténtio mea: quasi cedrus exaltáta sum, & quasi cypréssus in monte Sion. *Eccli.* 24. 16. 17.

ORATIO. Orémus.

Veneránda nobis, Dómine, hujus diéi festívitas opem cónferat salutárem, in qua sancta Dei Génitrix mortem subiit temporálem, nec tamen mortis néxibus déprimi pótuit, quæ Fílium tuum Dóminum nostrum Jesum Christum de se génuit incarnátum; Qui tecum.

AD HORAS.

In fine Hymnorum, Doxologia.

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In sempitérna sǽcula.
Amen.

AD PRIMAM.

Ant. Quæ est ista.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es de María Vírgine.

Orationes, Veneránda, *suprà*, & Dómine Deus omnípotens, *sub eadem conclusione.*

CANON.

Ex Concílio Mediolanénsi quarto.

An. 1576. *part.* 2. *tit. ult.*

In Assumptióne beátæ Maríæ Vírginis,... sínguli sacerdótes & réliqui inferióris órdinis Clérici, in Parochiálem Ecclésiam, intrà cujus fines hábitant, si eo témpore divínis Offíciis in ália Ecclésia interésse non debent, ad Matutínum, & ad réliqua Horária divinárum Precum Offícia Missarúmque solémnia celebránda convéniant.

AD TERTIAM.

Ant. Datum est illi.

Capitulum. *Isai.* 61. 10.

INduménto justítiæ circúmdedit me Deus meus quasi sponsam ornátam monílibus suis.

℟. *br.* Adimplébis me lætítiâ cum vultu tuo, Dñe: * Allelúia, allelúia. ℟. Adimplébis me. ℣. Delectatiónes in déxtera tua usque in finem. * Allelúia. Glória. ℟. Adimplébis me. *Ps.* 15. 10.

℣. Inhabitábo in tabernáculo tuo in sécula, ℟. Prótegar in velaménto alárum tuárum. *Ps.* 60. 5.

AD SEXTAM.

Ant. Effúlsit.

Capitulum. *Ps.* 117. 15.

VOx exultatiónis & salútis in tabernáculis justórum: déxtera Dómini exaltávit me; déxtera Dómini fecit virtútem.

℟. *br.* In voluntáte tua deduxísti me, Dñe, * Allelúia, allelúia. ℟. In voluntáte. ℣. Et cum glória suscepísti me. * Allelúia. Glória. ℟. In voluntáte. *Ps.* 72. 24.

℣. Suscepísti, & confirmásti me in conspéctu tuo ℟. In ætérnum. *Ps.* 40. 13.

AD NONAM.

Ant. Benedíctus.

Capitulum. *Eccli.* 24. 15.

IN Sion firmáta sum, & in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, & in Jerúsalem potéstas mea.

℟. *br.* Sion réquies mea; * Allelúia, allelúia. ℟. Sion. ℣. In séculum séculi. * Allelúia. Glória. ℟. Sion.

℣. Hic habitábo; ℟. Quóniam elégi eam. *Ps.* 131. 14.

AD VESPERAS.

Ant. 1. *f.* REgína ingréssa Jerúsalem multo cũ comitátu & divítiis, venit ad Regem. 3. *Reg.* 10. 2.

Ps. Dixit Dóminus Dómino meo, 27.

Ant. 2. *D.* Surréxit Rex in occúrsum ejus; posítúsque est thronus matri Regis, quæ sedit ad déxteram ejus. 3. *Reg.* 2. 19.

Ps. Laudáte, púeri, Dóminum, 28.

Ant. 5. a. Exaltávit in ætérnum cornu ejus; & dedit illi testaméntum regni, & sedé glóriæ. *Eccli.* 47. 13.

Ps. Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi, 66.

Ant. 3. E. Benedixérunt eam omnes unâ voce, dicéntes: Tu glória Jerúsalem, tu honorificéntia pópuli nostri. *Judith* 15. 10.

Ps. Nisi Dóminus ædificáverit domum, 85.

Ant. 4. *E.* Sit Dóminus Deus tuus benedíctus, cui complacuísti, & pósuit te super thronũ. 3. *Reg.* 10. 9.

Ps. Lauda, Jerúsalem, Dóminum, 147.

Capitulum. *Eccli.* 50. 7. 8.

EFfúlsit in templo Dei quasi arcus refúlgens inter nébulas glóriæ, & quasi

flos rosárum in diébus vernis.

℟. Apértum est templum Dei in cælo: & * Signum magnum appáruit in cœlo; Múlier amícta sole, & luna sub pédibus ejus; & in cápite ejus coróna stellárum duódecim. *Apoc.* 11. 19. & 12. 1. ℣. Hábuit grátiam & misericórdiam coram Rege super omnes mulíeres, & pósuit diadéma regni in cápite ejus. *Esth.* 2. 17. * Signum magnum. Glória. * Signum magnum.

Hymnus. *Santol. Vict.*

O Vos æthérei, plaúdite, cives;
Hæc est illa dies clara triúmpho,
Quâ matrem plácidâ morte solútam
Natus sidéreâ súscipit aulâ.

Quæ non, Virgo, tibi dona repéndit!
Cœli divítias éxplicat omnes;
Verbum vestíeras carne, vicíssim
Te Verbum próprio lúmine vestit.

Qui velo látuit carnis, apérti
Pleno te sátiat Núminis haustu:
Et quem virgíneo lacte cibásti,
In jugem tibi dat se Deus escam.

O concéssa tibi quanta potéstas!
Per te quanta venit grátia terris!
Cunctis cœlítibus célsior una,
Solo facta minor, Virgo, Tonánte.

Quæ Regína sedes próxima Christo,
Alto de sólio vota tuórum
Audi; namque potes fléctere Natum,
Virgo mater; amas nos quoque natos.

Divinæ Sóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri;
Cujus Virgo parens, glória Nato;
Quo fecúnda, tibi glória, Flamen.
Amen.

℣. Posuísti, Dómine, in cápite ejus corónam ℟. De lápide pretióso. *Ps.* 20. 4.

Ad Magníficat, *Ant.* 3. *E.* Astitit Regína à dextris tuis, Deus, in vestítu deauráto, circúmdata varietáte. Adducéntur Regi vírgines post eam. *Ps.* 44. 10. 15.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 3. *a.* Benedicéntur in te, & in sémine tuo cunctæ tribus terræ. *Gen.* 28. 14.

Hymnus, Virgo Dei génitrix, cvij.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 4. *irreg.* c. Benedícta tu inter mulíeres, & benedíctus fructus ventris tui. *Luc.* 1. 42.

Orationes, Veneránda, *suprà*, & Véritas, *sub una conclusione.*

Die XVI.
In Festo SANCTI ROCHI.
Semiduplex.

Lectio ij.

Ex ejus vita & aliis apud Boll.

ROchus circa séculi décimi tértii finem in civitáte Montispéssuli equéstri génere natus, utróque parénte mórtuo, post facultátes magna ex parte paupéribus erogátas, Románam peregrinatióne aggréssus est. Peste in Itália tunc grassánte, strénuam per Nosocómia in ægrotórum ministériis exhíbuit óperam. Quod cùm tam Romæ quàm áliis in úrbibus præstitísset, novíssimè apud Placéntiam ipse pestiléntiâ corréptus est; ubi in magna rerum ómnium inópia, mira patiéntiæ & fidei spécimina præbuit.

Lectio iij.

REcuperátâ sanitáte, cùm in pátriam reverterétur, inter bellórum tumúltus pro exploratóre comprehénsus, ipsíque pátruo mínimè ágnitus, in cárcerem, eo jubénte, conjícitur. Ibi per quinquénnium acerbíssima quæque perpéssus, óbiit, eâ sanctitátis opinióne, ut statim pópulo persuásum fúerit, quoscúmque peste laborántes, Rochi patrocínio salútem esse consecutúros. Quod cùm sæpè áliàs, tum máximè Concilii Œcuménici Constantiénsis témpore comprobátum dícitur. Nam cùm eâ in urbe pestis ánteà crudéliter sævíret, delátâ Patrum decréto per vicos & cómpita civitátis in solémni supplicatióne Rochi imágine, statim quiévit.

Oratio. Orémus.

POpulum tuum, quæsumus, Dómine, ad te confugiéntem patérnâ récipe pietáte; ut, qui tuæ iracúndiæ flagélla formídant, intercedénte beáto Rocho, tuâ misericórdiâ liberéntur; Per Dóminum.

Fit Commemoratio Octavæ Assumptionis B. M. V. Ant. In plenitúdine, ℣. Bénedic, *Oratio*, Veneránda, 538.

In Vesperis, *fit Commemoratio Octavæ Assumptionis B. M. V. Ant.* Astitit, ℣. Posuísti, 540. *Oratio*, Veneránda, 538.

Deinde S. Mamantis Martyris, Ant. Qui vícerit, ℣. Vincénti, ix. *Orátio*, Deus, qui beátum, xij.

Diebus intra Octavam Assumptionis B. M.

Omnia ut in die Festi, præter ea quæ infrà notantur.

Psalmi dicuntur de Feria.

AD OFFICIUM NOCT.

Tres Antiphonæ, ℣. &

℟℟. ex Nocturno diei secundùm Feriam occurrente.

Lectio j. & ij. de Scriptura occurrente. Lectio iij. ut infrà in qualibet die.

℣. Sacerd. Magnificáte, ut in die.

AD LAUDES.

Ant. sola, Quæ est ista, prima de Laudibus diei.

AD VESPERAS.

Ant. sola, Regina, prima de II. Vesperis diei.

Non dicitur Responsorium.

Dominica intrà Octavam; totum Officium de Dominica ut in Psalterio, incipiendo à primis Vesperis, quæ erunt integræ de Sabbato ante Dominicam occurrentem, cum Commemoratione Octavæ in Laudibus, & utrisque Vesperis.

AD HORAS.

Adduntur, Allelúia, allelúia, ℟℟. brevibus ratione Octavæ.

propter sacrificium celebrátur; Abraham propter fidem præcláris laúdibus cumulátur; Móyses tanquam legislátor prædicátur; Elias, ut zelótes, testimónium habet; David, ut pater mystérii in carne perácti, commendátur. Verùm nihil tale est qualis est Dei génitrix María; ipsa enim, quem illi in ænígmate vidérunt, incarnátum in útero portávit. Cunctas res creátas, ô homo, cogitatióne percúrre, & vide an quidquam sit æquále vel majus Maríâ Deíparâ. Terram úndique lustra, cœlos mente scrutáre, invisíbiles omnes virtútes cógita, ac pérspice num sit in univérsis creátis áliud ejúsmodi miráculum.

Pro Commemoratione S. Mamantis, Ant. Dóminus, ℣. Glorificátus sum, Oratio, Deus qui beátum, xij.

DIE XVII.
De Octava
ASSUMPTIONIS
B. Mariæ.

De Sermóne sancti Procli Epíscopi.

In S. Deip. Orat. 5. hab. in Concil. Ephes.

Lectio iij.

Quamvis ómnium sanctórum memóriæ mirábiles sint, nihil tamen diéi hujus solémniis æquále ad glóriam. Abel

---

DIE XVIII.
De Octava
ASSUMPTIONIS
B. Mariæ.

De Sermóne Sancti Fulbérti Carnoténsis Epíscopi.

In Festo Assump. B. M. V. in Append. S. Aug. 208. circa finem.

Lectio iij.

O Virgo beáta, nos adhuc in terra affligimur, esurímus, sitímus, somnum pátimur, in

cárcere retinémur : tu verò in cœléstibus regnis præclára es cunctis Vírginum choris : tu Agnum, quòcúmque perréxerit, séqueris : tu virgíneos choros ab incentívæ carnis illécebris aliénos per albéntia lília rosásque vernántes ad fontes perénnis vitæ potándos invítas.... Has ergo tuas felicitátes póssidens, convértere ad nostrárum miseriárum salútem. Inter hæc, fratres caríssimi, cum toto mentis affectu beatíssimæ Vírginis nos intercessiónibus committámus, omnes ejus patrocínia omni nisu implorémus : ut dum nos súpplici eam obséquio frequentámus in terris, ipsa nos sédulâ prece commendáre dignétur in cœlis. Neque enim dúbium, quæ méruit pro liberándis proférre prétium, posse plus Sanctis ómnibus, liberátis impéndere suffrágium.

D I E XIX.
De Octava
A S S U M P T I O N I S
B. Mariæ.

Sermo Sancti Cyrílli Alexandríni.

Hom. contra Nest. hab. Ephes. in Basilica majori.

Lectio iij.

SAlve à nobis, sancta mystica Trínitas, quæ nos omnes convocásti in hanc Ecclésiá Deíparæ Maríæ. Salve à nobis, María Deípara; salve, quæ imménsum incomprehensúmque in sancto virgíneo útero comprehendísti; per quam cœlum exúltat; per quam Angeli & Archángeli lætántur; per quam dæmones fugántur; per quam prolápsus homo cœlum recúperat; & quid plura dicam? per quam unigénitus Dei Fílius iis qui in ténebris & umbra mortis sedébant, lux effúlsit.

Vespera de Festo sequenti.

D I E XX.
In Festo
SANCTI BERNARDI,
Abbatis, & Ecclesiæ Doctoris.

D u p l e x - M i n u s.

De Communi SS. Doctorum, xxxv.

Pridie In Vesperis, *Oratio*, Deus, qui beátum Bernárdum, *infrà*.

Fit Commemoratio Octavæ Assumptionis B. M. V. Ant. Astitit, ℣. Posuísti, 540. *Oratio*, Veneránda, 538.

Lectio ij.

Ex S. Bernardi vita, autore Guillel. Abbate, & ex ejusdem Bernardi operibus.

BErnárdus, Fontánis in Burgúndia nobílibus & piis paréntibus natus, anno ætátis vicésimo secúndo in Cisterciénsi mo-

nastério cui Stéphanus Hardingus, tértius à sancto Robérto præerat, religiósam vitam ampléxus est. Tantos in pietáte fecit ibi progréssus, ut à Stéphano ad construéndū Claravallénse monastériū, júvenis licèt, mitterétur. Cujus póstea loci Abbas designátus, à Guillélmo Catalaunénsi Epíscopo, abscénte Joscеránno Epíscopo Lingonénsi, benedictiónem accépit. Ibi pro victu pulménta; sæpius ex fóliis: panis ex hórdeo, míllio, & vícia; húmiles casæ; solitúdo ingens in magna fratrum multitúdine; siléntiúmque tanta observántia, ut præter laborántium strépitus & voces laudántium Deum, nihil pénitus audirétur. Infinítos propè labóres pro fide & Ecclésia Cathólica sustínuit. Reménsem pópulum Archiepíscopo reconciliávit. Pontificátum asséruit Innocéntio secúndo, quem Petrus Leónis, usurpáto Anacléti secúndi nómine, Româ expúlerat: cùm enim, coácto apud Stampas Concílio, Rex & Antístites rem totam ad uníus Bernárdi arbítrium detulíssent; Innocéntium legítimum esse beáti Petri succesSórē declarávit. Henrícum primum Angliæ Regem, partes Anacléti cum Epíscopis Anglicánis tuéntem, ita flexit, ut Innocéntio Carnútas usque óbviam procésserit. Tum Bernárdus, solútâ Synodo Pisánâ cui affúerat, Mediolanénses & Aquitános qui Anaclétum fovébant, ad unitátem Ecclésiæ revocávit: Ducémque Aquitániæ Guillélmum, expósitâ cum obtestatióne ob óculos ejus treméndâ Hóstiâ, ádeo pérterruit, ut ille abjécto schísmate, ad sanióre mentem súbitò redíerit. Romam accítus, Victóri qui Anacléto & ipse pseudopóntifex subrogátus fúerat, persuásit ut Innocéntio obsequerétur.

Lectio iij.

Claravállem revérsus, sancti Anastásii monastério, quod ad Aquas Sálvias prope Romam extrúxerat, eum præfécit Abbátem; qui póstea summus Póntifex creátus, Eugénius tértius appellátus est; ad quem étiam scripsit libros de Consideratióne. Eo, summi Pontíficis jussu, concionánte, sacra in Saracénos expedítio suscépta est; quæ tamen felícem éxitum non hábuit. Hinc multórum agitátus est calúmniis, quas patientíssimè tulit. Abailárdum confutávit in Senonénsi Concílio; & in Reménsi advérsùs Gilbértum Porretánum, Pictavénsem Epíscopum, quem erróris convícerat, symbolum cóndidit. Henriciánam hærésim in Tolosátibus re-

préssit; & Radúlfum mónachum árguit, qui interficiéndos esse Judæos contendébat. Gravióra inter civitátem Meténsem & vicínos príncipes orta dissídia dirémit. Oblátos quinque Episcopátus recusávit. Ab homínibus ómnium órdinum úndique consúltus, oratióni vacáre nunquam, Missæ sacrifícium celebráre vix aliquándo intermísit. Cùm dénique annum vitæ sexagésimum tértium ágeret, miraculórum magnitúdine & número claríssimus, Claraválle obdormívit in Christo, anno millésimo centésimo quinquagésimo tértio; sepultúsque est ante altáre beátæ Vírginis, quam religióne singulári colúerat: péctori verò, uti præcéperat, cápsula reliquiárum sancti Thaddæi Apóstoli in túmulo superpósita est.

Oratio. Orémus.

Deus, qui beátum Bernárdum Abbátem caritátis fervóre succénsum, in Ecclésia tua lucére simul & ardére fecísti; ejus intercessióne concéde, quæsumus, pari nos caritátis spíritu fervéntes, coram te semper ut fílios lucis ambuláre; Per Dóminum.

Pro Commemoratione Octavæ Assumptionis B. M. V. Ant. In plenitúdine, ℣. Bénedic, *Oratio*, Veneránda, 538.

In Vesperis, *fit Commemoratio Octavæ Assumptionis B. M. V. Ant.* Astitit, ℣. Posuísti, 540. *Orat.* Veneránda, 538.

Die XXI.
De Octava Assumptionis B. Mariæ.

De Sermóne sancti Bernárdi Abbátis.

In Assumpt. B. V. Mariæ, 4. §. 1.

Lectio iij.

Ascéndens de desérto Regína mundi, étiam Angelis sanctis, ut canit Ecclésia, [speciósa facta est & suávis in delíciis suis.] Désinant tamen desérti hujus mirári delícias, quia [Dóminus dedit benignitátem, & terra nostra dedit fructum suum.] Quid mirántur de terra desérta Maríam ascéndere delíciis affluéntem? Miréntur pótiùs paúperem Christum de cœléstis regni plenitúdine descendéntem. Longè enim amplióri miráculo dignum vidétur, Dei Fílium paulò minùs ab Angelis minorári, quàm Dei matrem super Angelos exaltári. Illíus siquidem exinanítio, facta est replétio nostra: illíus miśériæ, mundi delíciæ sunt. Dénique cùm dives esset, propter nos pauper factus est, ut nos ejus inópiâ ditarémur. Sed & crucis ignomínia, credéntium facta est glória.

Vesperæ de die Octava ut in I. Vesperis Festi, 531.

Fit Commemoratio S. Hippolyti Episcopi & Martyris, Ant. Qui vícerit, ℣. Vincénti, ix. *Oratio*, Deus, cujus grátia, xij.

Deinde S. Symphoriani Martyris, Ant. Dóminus, ℣. Glorificátus sum, xij. *Oratio*, Sancti Mártyris Symphoriáni, *infrà*.

Die XXII.

Octava Assumptionis B. Mariæ.

Duplex Majus.

[*In Metropolitana, Semiannuale.*]

Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur.

Psalmi dicuntur de Feria.

In I. Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

De Sermóne sancti Bernárdi Abbátis.

In Assumpt. B. V. Mariæ, 4. §. 5.

Lectio iv.

Fecúnda virgínitas, Maríæ privilégium est; non dábitur álteri, quia non auferétur ab ea. Singuláre est, sed contínuò étiam indicíbile invenítur, ut nemo ássequi possit, sic nec elóqui quidem. Quid si & illud adjícias, cujus mater? Quæ jam póterit lingua, etiámsi Angélica sit, dignis extóllere laúdibus Vírginem Matrem; matrem autem non cujuscúmque, sed Dei? Duplex nóvitas, duplex prærogatíva: duplex miráculum; sed dignè prorsus aptissiméque convéniens. Neque enim fílius álius vírginem, nec Deum décuit partus alter.

Lectio v. §. 6. 7.

Quæ vel Angélica púritas virginitáti illi áudeat comparári, quæ digna fuit Spíritûs-sancti sacrárium fieri, & habitáculum Fílii Dei? Si rerum prétia de raritáte pensámus, quæ prima in terris Angélicam propósuit dúcere vitam, super omnes est. [Quómodo (inquit) fiet istud? quóniam virum non cognósco.] Immóbile propósitum virginitátis, quod nec Angelo fílium promitténte aliquátenus titubávit. [Quómodo (inquit) fiet istud?] Neque enim eo modo, quo fieri solet in céteris. Virum pénitus non cognósco, nec fílii desidério, nec spe prolis. Quanta verò & quàm pretiósa humilitátis virtus cum tanta puritáte, cum innocéntia tanta, cum consciéntia prorsus absque delícto, immò cum tanta grátiæ plenitúdine?

Lectio vj. §. 9.

Ecce jam quibus potúimus votis ascendéntem te ad Fílium dedúximus, & prosecúti sumus saltem à longè, Virgo benedícta. Sit

deínceps pietátis tuæ ipsam, quam apud Deum grátiam inveníſti, notam fácere mundo; reis véniam, medélam ægris, pusíllis corde robur, afflíctis consolatiónem, periclitántibus adjutórium & liberatiónem sanctis tuis précibus obtinéndo. In hac quoque die solemnitátis & lætítiæ dulcíſſimum Maríæ nomen cum laude invocántibus sérvulis per te, Regína clemens, grátiæ suæ múnera largiátur Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster, qui est super ómnia Deus benedíctus in sǽcula: amen.

IN III. NOCTURNO.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 1. 41. *ad* 49.

IN illo témpore; Repléta est Spíritu-sancto Elísabeth, & exclamávit voce magnâ, & dixit ad Maríam: Benedícta tu inter mulíeres, & benedíctus fructus ventris tui. Et réliqua.

Homília sancti Andréæ Creténsis Epíscopi.

In sanctam Annuntiationem.

BEnedícta tu inter mulíeres.] Verè quidem benedícta: nam benedíxit te Deus suum tabernáculum, quando patérnâ glóriâ exímiè plenum hóminem Christum Jesum eumdémque Deum, ex quibus ac in quibus perféctus constat natúris, incomprehénsâ ratióne útero gestásti. [Benedícta tu inter mulíeres,] quæ cœléstem thesaúrum, in quo sunt omnes thesaúri sapiéntiæ & sciéntiæ abscónditi, in virginitátis tuæ inviolâto thálamo nihil angustátum compléxa es.... [Benedícta tu in muliéribus,] quæ sola benedictióne hereditáte consecúta es, quâ Deus per Abrahâ géntibus promíserat.

Lectio viij. *Post pauca.*

BEnedícta tu in muliéribus,] quam generatiónes beátam dicunt, quam reges glorificant, quam príncipes venerántur, cujus vultum dívites plebis deprecántur, ac post quam vírgines quà sequéntes, quà præeúntes in templum Regis unà conténdunt. [Benedícta tu in muliéribus,] quam Isaías prophéticis óculis videns, Prophetíſſam & Vírginem appellávit... Verè benedícta tu, quam Ezéchiel Oriéntem prænuntiávit; & portam clausam, per quam Deus solus tránseat, & quæ íterum clausa máneat.

Pro SS. Hippolyto & Symphoriano Martyribus.

Lectio ix.

Ex Euseb. lib. 6. cap. 22. Hieron. vir. illustr. & Epist. 84. Photio, cod. 121. & aliis. Item ex Actis apud Ruinart.

HIppólytus, Magnus appellátus, ut ab áliis ejúsdem nóminis distingue-

rétur Martyribus, & iis ómnibus in história Ecclesiástica longè clárior, flóruit in primis Alexándro Sevéro imperánte. Magístrum hábuit sanctum Irenæum Lugdunénsem, beáti Polycárpi discípulum. Fuit Epíscopus, sed incértæ omníno huc usque sedis. Ejus sanctitátem & vária ac luculénta in sacros códices scripta antíqui Patres exímiè prædicárunt. Postquam autem veritátem orthodóxam contra omnes sui témporis hæréticos invictíssimè asseruísset, & præclárum Christo dedísset coram éthnicis Cathólicæ fídei testimónium, vitam martyrii glóriâ consummávit. Symphoriánus, Augustodúni, patre Fausto nóbili & Christiáno oriúndus; cùm simulácrum Berecynthiæ, plaudénte pópulo, per urbem carpénto veherétur, ad tantum scelus exhórruit, & idólum se adoratúrum negávit. Quare ad Heráclium virum consulárem tanquam seditiósus statim addúcitur; qui loris cæsum, in cárcerem conjécit; unde edúctus póstea, & coram eódem júdice Christum prædicans, cápite damnátus est. Qui cùm ad supplícium ducerétur, matrem sic clamántem, audívit: Nate, nate Symphoriáne, meménto Dei vivi; sursum, fili, erécto corde, áspice regnántem in cœlis; hódie tibi vita non tóllitur, sed mutátur in mélius. Igitur extra muros edúctus, à carnífice occísus est. Non procul à loco martyrii, Euphrónius Presbyter ac póstea Æduénsis Epíscopus in memóriam ejus Basílicam extrúxit.

Fit Commemoratio S. Hippolyti, Ant. Dóminus, ℣. Glorificátus sum, *Orat.* Deus, cujus grátia, xij.

Deinde S. Symphoriani, Ant. Qui vícerit, ℣. Vincénti, ix.

ORATIO. Orémus.

SAncti Mártyris Symphoriáni mérita nos, Dómine, pretiósa tueántur; in quibus tuæ majestátis ópera prædicántes, & præsens capiámus adjutórium, & futúrum; Per Dóminum.

DIE XXIII.

In Vigilia S. BARTHOLOMÆI, Apostoli.

Officium de Feria, ut in Psalterio, exceptis quæ sequuntur.

Lectio j. & ij. *de Scriptura occurrente; fiuntque ex tribus duæ.*

Léctio sancti Evangélii secúndùm Joánnem.

Lectio iij. *c.* 15. 12. *ad* 16.

IN illo témpore; Dixit Jesus discípulis suis: Hoc est præcéptum meum ut diligátis ínvicem, sicut diléxi vos. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

Homil. 27. in Evang.

CUm cuncta sacra elóquia Domínicis plena sint præcéptis, quid est quod de dilectióne quasi de singulári mandáto Dóminus dicit: [Hoc est præcéptũ meum ut diligátis ínvicem,] nisi quia omne mandátum de sola dilectióne est, & ómnia unum præcéptum sunt? quia quidquid præcípitur, in sola caritáte solidátur. Ut enim multi árboris rami ex una radíce pródeunt, sic multæ virtútes ex una caritáte generántur: nec habet áliquid viriditátis ramus boni óperis; si non manet in radíce caritátis. Præcépta ergo Domínica, & multa sunt, & unum; multa per diversitátem óperis, unum in radíce dilectiónis. Quáliter autem ista diléctio tenénda sit, ipse insínuat qui in plerísque Scriptúræ suæ senténtiis, & amícos jubet díligi in se, & inimícos propter se.

Ad Laudes. *Dicuntur Preces, flexis genibus, ut in Psalterio, 148.*

Oratio. Orémus.

COncéde, quæsumus, Dómine, fidélibus tuis dignè sancti Bartholomæi Apóstoli tui celebráre solémnia; ut ejus & hìc experiántur auxília, & ætérnis efféctibus apprehéndant; Per Dóminum.

Ad Horas, *dicuntur etiam Preces, flexis genibus, ut in Psalterio.*

Vespera de Festo sequenti.

Die XXIV.

In Festo

S. BARTHOLOMÆI, Apostoli.

Duplex-Majus.

De Communi Apostolorum, j.

Pridie In Vesperis, *Oratio*, Omnípotens, *infrà.*

Fit Commemoratio S. Audoëni Episcopi, Ant. Respéxit, ℣. Quæsívit, xxiij. *Oratio*, Quæsumus, xxvij.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Ex Eusebio, S. Hieronymo, & Usuardo.

BArtholomæus, unus ex duódecim quos elégit Jesus & Apóstolos nominávit, post ejus Ascensiónem accépto Spíritu-sancto, in Indiam proféctus, Christi fidem, ut scribit Eusébius in História Ecclesiástica, fertur illis géntibus prædicásse, & Evangélium Matthæi Hebráicis conscríptum lítteris reliquísse, quod quidem ad Pantæni témpora servátum esse memorátur. Id ipsum & tradit sanctus Hierónymus in libro de Scriptóribus Ecclesiásticis. Pantæ-

nus, inquit, in Indiam, rogátus ab illíus gentis legátis, missus est à Demétrio Alexandríæ Epíscopo. Ubi réperit Bartholomæum, de duódecim Apóstolis, advéntum Dómini Jesu juxta Matthæi Evangélium prædicásse, quod Hebráïcis lítteris scriptum revértens Alexandríam secum détulit. Fide gentílibus prædicátâ, Bartholomæus vitam martyrio consummávit.

De Sermóne sancti Joánnis Chrysóstomi.

Homil. 75. in Matth. Edit Bened.

Lectio v. n. 2. & 3.

CHristi poténtiæ máximum est arguméntum, quòd doctrína annis vigínti vel trigínta orbis términos perváserit. Unde quis summópere mirétur Christi virtútem, Apostolorúmque fortitúdinem quòd tálibus prædicáverint tempóribus, quibus máximè Judáïca impugnabántur, quando Judæi ut seditiósi observabántur, jusserátque Cæsar omnes extermináribus. Idipsúmque áccidit ac si quis, mari úndique excitáto, & calígine totum áerem occupánte, naufrágiis frequéntibus, fulmínibus emíssis, pirátis invadéntibus, & vectóribus sibi mútuò insidiántibus, hómines navigatiónis imperítos, qui nec mare nóverint, júbeat ad gubernácula sedére, & pugnáre, classémque ingéntem ex advérso veniéntem, navículâ unâ usos, cápere & submérgere. Nam Apóstoli à Géntibus ódio habebántur ut Judæi, & à Judæis lapidabántur, ut qui suas leges impugnárent; nusquam veró stare póterant. Sic ómnia præcipítia, scópuli & saxa laténtia erant, in úrbibus, in vicis, in dómibus; singulíque illos bello impetébant, dux, princeps, privátus, gentes íntegræ, pópuli omnes, & perturbátio erat quanta nec possit oratióne explicári.

Lectio vj.

NAm perósum planè erat Judáïcum genus in Románo império, quòd mille negótia facésseret. Neque tamen inde prædicatióni nocebátur: sed captâ urbe atque cremátâ, ac gente vi malórum oppréssâ, inde proficti Apóstoli, qui novas inducébant leges, Románis imperárunt. O res novas & stupéndas! Judæórum innúmera míllia Románi cepérunt & duódecim viros víncere non potuérunt, qui nudi sine armis cum ipsis pugnábant! Quis sermo possit tantum miráculum descríbere? Si quis in gentes, in urbes, in pópulos, imò in unam domúnculam indúceret virum ómnibus habitántibus eam perósum, & per eum conarétur síngulos à diléc-

dúcere, à patre, à
, ab uxóre, à filiis;
. ille, ántequam os
et, diſcerperétur? ſi
. ille per ſe contémp-
erósa præcíperet, de-
ſtruéntes philoſophári
t, ad hæc verò con-
ıltò plures & fortióres
ıen committeret, an-
ılàm eſt illum omníno
rum eſſe? Attamen il-
ɔſum, quod in una
fieri nequit, Chriſ-
toto orbe fecit, per
ɔítia, per fornáces,
:ærúpta, per ſcópu-
per terram & mare,
ɔella plúrium, orbis
os indúcens.

ı ſancti Evangélii ſe-
úndùm Márcum.

o vij. c. 16. 14. ad fin.

.lo témpore: Dixit Je-
úndecim: Eúntes in
um univérſum prædi-
vangélium omni crea-
.. Illi autem proféċti
cavérunt ubíque, Dó-
cooperánte, & ſermó-
:onfirmánte ſequénti-
gnis.

ılia ſancti Irenæi, Epíſ-
:opi & Mártyris.

ontra hæreſes, ſec. 2.
Edit. Bened.
c. 32. n. 4. & 5.

Chriſti nómine qui
:è illíus ſunt diſcípuli
ò accipiéntes grátiam,
ɔnes exclúdunt firmíſ-
& verè; álii & præ-
:iam habent futuró-
& viſiónes, & dictió-
nes prophéticas. Alii autem laborántes áliquâ infirmitáte per manûs impoſitiónem curant, & ſanos reſtítuunt. Jam étiam, quemádmodum díximus, & mórtui reſurrexérunt, & perſeveravérunt nobiſcum annis multis. Et quid autem? Non eſt númerum dícere gratiárum, quas per univérſum mundum Eccléſia à Deo accípiens, in nómine Chriſti Jeſu, crucifixi ſub Póntio Piláto, per ſíngulos dies in opitulatiónem Géntium pérficit, neque ſedúcens áliquem, nec pecúniam ei aúferens, nec invocatiónibus angélicis, nec réliquâ pravâ curioſitáte; ſed mundè & purè, & maniféſtè oratiónes dírigens ad Dóminum, qui ómnia fecit, & nomen Dómini noſtri Jeſu Chriſti ínvocans.

Ex Epíſtola ſancti Cypriáni Epiſcopi & Mártyris ad Demetriánum.

Edit. Baluz. ſec. III. med.
Lectio viij.

Fidem noſtram déſtrue; diſceptatióne, ſi potes, vince, vince ratióne. Vel ſi quid diis tuis núminis & poteſtátis eſt; ipſi in ultiónem ſuam ſurgant, ipſi ſe ſuâ majeſtáte defendant. O ſi audíre eos velles & vidére quando à nobis adjurántur & torquéntur ſpirituálibus flagris, & verbórum torméntis de obſéſſis corpóribus ejiciúntur, quando eju-

lántes & geméntes voce humánâ, & potestáte divínâ flagélla & vérbera sentiéntes, ventúrum judícium confiténtur! Veni & cognósce vera esse quæ dícimus. Vidébis nos rogári ab eis quos tu rogas, timéri ab eis quos tu times, quos tu adóras. Vidébis sub manu nostra stare vinctos & trémere captívos quos tu súspicis & veneráris ut dóminos. Certè vel sic confúndi in istis erróribus tuis póteris, quando conspéxeris & audíeris deos tuos, quid sint, interrogatióne nostrâ pródere, & præséntibus licèt vobis, præstígias illas & fallácias suas non posse celáre.

Pro S. Audoëno.

Lectio ix.

Ex S. Audoëni vita apud Surium, & aliis.

AUdoénus qui & Dado, Sanciaci in agro Suessionénsi paréntibus piis & nobílibus natus, custos fuit ánnuli Dagobérti regis, eíque ita accéptus, ut ad illíus arbítrium ómnia Palátii negótia gereréntur. Sócium hábuit in aula Elígium; & utriúsque óperâ, cùm promovéndis Regni & Ecclésiæ rebus adhuc láïci studérent, celebráta fuit Synodus Aureliánis. Utérque eódem die comam depósuit, & Clero addíctus est. Cùm autem Audoénus Románo Rotomagénsi succéssor fuísset eléctus, non ignárus quàm periculósum esset sibi Epíscopum consecrári, abjéctis statim ómnibus Palátii curis, in várias Gálliæ províncias, deíndè in Hispániam proféctus; ubique verbo & ópere Christi fidem confirmávit. Unde reversus, eódem die cum Elígio Epíscopus consecrátus est, ac deínceps pastorálibus curis totum se dedit. Sedit in Concílio Cabilonénsi: Palátii Majóres dissidéntes inter se conciliávit: inter Neústriæ & Aústriæ pópulos, Colóniam proféctus, pacem compósuit; unde cùm rediret, apud Clippíacum prope Parísios febre corréptus, impetráto à Theodoríco rege successóre Ansbérto, nonagenárius, anno pontificátûs quadragésimo quarto, cœlo recéptus est. Corpus ejus Rotómagum translátum, in Basílica Príncipis Apostolórum cónditum est, cui & nomen dedit.

Oratio. Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui hujus diéi venerándam sanctámque lætítiam in beáti Apóstoli tui Bartholomæi festivitáte tribuísti; da Ecclésiæ tuæ, quæsumus, & amáre quod crédidit, & prædicáre quod dócuit; Per Dóminum.

Pro Commemoratione S. Audoëni, Ant. In bonitáte, ℣. Státuit, *Oratio*, Quæsumus, xxvij.

In Vesperis, *fit Commemoratio S. Ludovici, Ant.* 1. D. * Dilatávit glóriam pópulo suo, & índuit se lorícam sicut gigas, & succínxit se arma béllica sua in prælìis, & protegébat castra gládio suo. 1. *Mach.* 3. 3.

℣. Natus est homo princeps fratrum, firmaméntum gentis, ℟. Rector fratrum, stabiliméntum pópuli. *Eccli.* 49. 17.

Oratio, Deus, regum, *infrà ad Laudes.*

Deinde duorum SS. Genesiorum Martyrum, Ant. Communicántes, ℣. Viríliter, xv. *Oratio*, Mártyrum tuórum, xviij.

[*In Metropolitana, Vespera integra de S. Ludovico; Hymnus*, Rex summe, *infrà: cum Commemoratione S. Bartholomæi, & duorum SS. Genesiorum.*]

DIE XXV.
In Festo
SANCTI LUDOVICI,
Regis Franciæ.
Duplex-Majus.

[*In Metropolitana, Semiannuale.*]

Omnia de Communi SS. Laïcorum, lvj. *præter sequentia.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Regem regum, & Dóminum dominántium, * Veníte, adorémus. 1. *Tim.* 6. 15.

Ps. 94. Veníte, 2.

Hymnus. *Habert. Episc. Vabr.*

Rex summe regum, qui poténti númine
Quo sunt creáta regna nutu dívidis,
Dum thure fumant templa, voce pérsonant,
Audi profúsas Regis in laudem preces.

Nascens in ipsa Ludovícus púrpura,
Sceptris avítis parvus ádmovet manus;
Piæque ductu matris, ignárus mali,
Servíre Christo discit ántequam regat.

Justi sevérus cultor, urbes légibus,
Amóre cives cóntinens, hostès metu;
Pietáte cœlum flectit, aras éxcitat,
Deóque templa, tecta nudis érigit.

Mox Christiáni ferus ultor sánguinis,
Eménsus æquor, inque littus bárbarum
Vexílla pandens, urget armis ímpios,
Unóque vitam pro Deo pacíscitur.

Sit Trinitáti sempitérna glória,
Honor, potéstas, atque jubilátio,
In unitáte, quæ gubérnans ómnia,
Per cuncta regnat sæculórum sécula.
Amen.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Ex S. Ludovici vita, à variis autoribus scripta.

LUdovícus, hujus nóminis nonus, patri Ludovíco, duódecim annos natus in regnum Francórum succéssit. Hunc Blanca mater, sub cujus tutéla relíctus fúerat, omni curâ ad pietátem instítuit, illi dícere sólita: Mallem te, fili, regno & vitâ privári, quàm letháli áliquo peccáto tuum offéndere Creatórem. Anno millésimo ducentésimo trigésimo quarto, ætátis suæ décimo nono, die verò vigésimâ séptimâ Máii, Margarétam Cómitis Províncíæ filiam in Ecclésia Senonénsi duxit uxórem, quæ & ibi à Galtéro Archiepíscopo coronáta est. Ab ipso regni exórdio invícta ánimi virtus contínuis bellis enítuit, quibus adolescéntia ejus exércita est. Rebus tandem cum suis, cumque finítimis princípibus compósitis, totum se divíno cultui promovéndo dedit. Duéllo & blasphémiis pénitus extirpándis incúbuit; histriónes & joculatóres impúros regno éxpulit. Beneficia Ecclesiástica non nisi sciéntiâ moribúsque probátis persónis, neque jam áliud habéntibus, nisi illo abdicáto, conferébat. Adeo justítiæ studiósus fuit, ut quàcúmque transíret, illáta si qua forent à comitátu damna, per plures notæ æquitátis viros inquíri jubéret ac resarcíri. Viros spectátæ virtútis & prudéntiæ tum è Cléricis tum è láïcis in consílium adhíbuit: atque ita se gessit, ut illum plebs paréntem, nóbiles príncipem ac legum conservatórem, Fráncia verum regem, Ecclésia protectórem prædicáret.

Lectio v.

TRicésimo regni sui anno gravi morbo labórans, accéptâ cruce ab Epíscopo Parisiénsi, sacrum bellum vovit; & post áliquot annos, contráctis cópiis ingéntibus, à suis pietáte témporum avúlsus in aliénos, cum ingénti exércitu mare trajécit. Atque ubi primùm Saracénos in líttore astántes conspéxit, è navi in mare ense districto congressúrus insíliit: fugatísque hóstibus, Damiátam victor intrávit. Sed debilitáto póstmodum ex lue exércitu, victus ipse captúsque est. Ibi de sua suorúmque redemptióne & libertáte cùm ágeret, Saracéni ultro se Mahumétem, nisi pacta ómnia serváreut ejuratúros pollíciti, à Ludovíco vicíssim postulábant ut nisi convéntis staret, Christum quoque negatúrum se spondéret: sed, Absit, inquit pius princeps, ut hoc unquam tam ímpium verbum ex ore

meo éxcidat. Cùmque cruces ei intentárent nisi in hunc modum juráret; promptus ad martyrium respóndit : Etsi corpus occidéritis, ánimam tamen meam non habébitis , & eam à tanto scélere puram servábo. Pacto póstea fœdere , Rex cum exércitu liber dimíttitur : cùmque in pecúnia numeránda , Saracénis non adverténtibus , errátum esset ; íntegrum pecúniæ pondus solvi vóluit , violáti pacti alióquin reis. Annos quinque in Syria commorátus , plures Christiános à barbarórum servitúte redémit ; multos étiam convértit infidéles ; Christianórum áliquot urbes & castra suis súmptibus restaurávit.

Lectio vj.

MOrtuâ matre , in Gálliam redíre coáctus , navi prope Cyprum ad cautes allísâ ; coram sacra Eucharístia, cujus in navi asservándæ facultátem à Legáto Apostólico obtinúerat , supplíciter orans , ab imminénte naufrágii perículo liberátus est. Revérsus in Fránciam , multa ædificávit monastéria , & paúperum hospítia. Frequens invisébat ægrótos , quibus non sumptibus modò , sed & mánibus ipsis necessária subministrábat. Vestitu vulgári utebátur ; statísque diébus cilício & jejúnio corpus affligébat. Cùm in Africam trajecísset, bellum dénuo Saracénis illatúrus , jamque , captâ Carthágine , castra prope Tunétum in eórum conspéctu posuísset ; mortem imminére séntiens , salutária documénta Rege digna Christianíssimo suâ manu conscrípta , Philíppo primogénito & successóri suo trádidit. Dénique super stratum in modum crucis cínere respérsum récubans , dum hæc verba pronuntiáret : [Introíbo in domum tuam , adorábo ad templum sanctum tuum , & confitébor nómini tuo, Dómine ,] ánimam Deo réddidit apud Carthágínem anno Dómini millésimo ducentésimo septuagésimo, ætátis verò quinquagésimo quinto. Eum miráculis illústrem Bonifácius octávus Sanctórum albo inséruit.

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio vij. *c.* 19. 12. *ad* 26.

IN illo témpore ; Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc : Homo quidam nóbilis ábiit in regiónem longínquam accípere sibi regnum , & revérti. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

De Civitate Dei , lib. 5. *cap.* 24.

CHristiános quosdam Imperatóres non ídeo nos felíces dícimus , quia

diútiùs imperárunt, vel imperántes filios morte plácidâ reliquérunt, vel hostes reipúblicæ domuérunt, vel inimícos cives advérsùs se insurgéntes & cavére & opprímere potuérunt. Hæc & ália vitæ hujus ærumnósæ, vel múnera, vel solátia quidam étiam cultóres dæmonum accípere meruérunt, qui non pértinent ad regnum Dei, quò pértinent isti: & hoc ipsíus misericórdiâ factum est, ne ab illo ista, qui in eum créderent, velut summa bona desiderárent.

Lectio viij.

SEd felíces eos dícimus, si justè ímperant, si inter linguas sublímiter honorántium & obséquia nimis humíliter salutántium non extollúntur, sed se hómines esse meminérunt; si suam potestátem ad Dei cultum máximè dilatándum, majestáti ejus fámulam fáciunt; si Deum timent, díligunt, colunt; si plùs amant illud regnum, ubi non timent habére consórtes; si tárdiùs víndicant, fácilè ignóscunt; si eámdem vindíctam pro necessitáte regéndæ tuendæque reipúblicæ, non pro saturándis inimicitiárum ódiis éxerunt; si eámdem véniam non ad impunitátem iniquitátis, sed ad spem correctiónis indúlgent; si quod ásperè cogúntur plerúmque decérnere, misericórdiæ lenitáte & beneficiórum largitáte compénsant; si luxúria tantò eis est castigátior, quantò posset esse libérior; si malunt cupiditátibus pravis, quàm quibúslibet géntibus imperáre: & si hæc ómnia fáciunt, non propter ardórem inánis glóriæ, sed propter caritátem felicitátis ætérnæ.

Pro duobus SS. Genesiis.

Lectio ix.

Ex S. Paulino & Adone.

COlúntur hoc die duo Mártyres, utérque Genésius nómine, ambo grátiæ, quæ cunctos & salváre vult & potest, testes felicíssimi. Alter Arelaténsis, cùm adhuc júvenis, necdum Christiánus, ante Præsidis tribúnal exceptóris fungerétur officio, dictarentúrque persecutiónis jussa, ministérium sacrílegum devóta jam Deo mens hórruit, abjectísque tábulis, fúgiens, divérsis látebris, civitátem étiam mutans, ab ira se furéntis júdicis paulísper occúluit. Repértus est tandem, eúmque in Rhódani ripa assecútus persecútor, exoptáto gládii ictu festinántem ad Deum ánimam emíttit ad cœlos, non aquâ baptísmatis lotam, quod cúpiens obtinére non potúerat; sed próprio, imò Christi sánguine mundátam. Genésius alter theatrális hístrio, ut Diocletiánum oblectáret, Christianísque illúderet

quos exhorrébat, baptísmum irrídens in scena vóluit ágere; at ubi aqua illum tétigit, sic repénte mutátus est, ut Diocletiáno quasi ex fábula exhíbitus ut Christiánus, jam sériò se Christiánum profiterétur. Nec ullis vel fústium vel ungulárum vel lámpadum torméntis ab hac confessióne dimovéri pótuit. Quin & inter lámpadum flammas in hæc verba erumpébat cáritas flágrántior: Non est rex præter Christum, pro quo si míllies occídar, ipse ero ut cœpi: Christum mihi de ore, Christum mihi de corde auférre torménta non póterunt. Tandem martyrii corónam cápitis obtruncatióne proméruit.

AD LAUDES.

Hymnus. *Habert. Episc. Vabr.*

Te, sancte, rursus, Ludovíce, prælia
 Divína poscunt: tu Crucis clavum tenens,
Speíque sacras ánchorâ fundans rates,
 Moves tyránnis bella, Christo mílitas.

Vincis cadéndo; mors tibi victóriam
 Aufert & addit: corpus hic palmæ tegunt
Nondum sepúltum, sed triúmpho nóbili
 Cœlum parátur, & corónis sídera.

Tuus patérnæ rédditus terræ cinis
 Regnum tuétur, dum throno præsens Dei,
Ætérna regnans pascis inter lília,
 Favénsque blando nostra cernis lúmine.

Sit Trinitáti sempitérna glória,
 Honor, potéstas, atque jubilátio,
In unitáte, quæ gubérnans ómnia,
 Per cuncta regnat sæculórum sécula. Amen.

℣. Qui me audiébant, expectábant senténtiam; ℟. Et os suum aperiébant quasi ad imbrem serótinum. *Job 29. 21. 23.*

Ad Benedíctus, *Ant. 4. d.* Justítiâ indútus sum, & vestívi me, sicut vestiménto & diadémate, judício meo. Pater eram páuperum; & causam quam nesciébam, diligentíssimè investigábam. *Job 29. 14. 16.*

Oratio. Orémus.

Deus, regum & populórum sanctificátor & custos; intercedénte beáto Ludovíco, Francórum gentem custódi & sanctífica: adsit regi sapiéntia & æquitas, adsit plebi fides & unanímitas, adsit utríque salus atque felícitas; Per Dóminum.

Pro Commemorat. duorum SS. Genesiorum, Ant. Beáti, ℣. Multæ, *Oratio*, Mártyrum tuórum, xviii.

AD VESPERAS.

Hymnus, Rex summe, *ut in Officio Nocturno*.

℣. Nominátum est nomen glóriæ ejus ℟. Usque ad extrémum terræ. 1. *Mach*. 14. 10.

Ad Magníficat, *Ant*. 7. G. In Dómino Deo sperávit: ítaque post eum non fuit símilis ei de cunctis régibus, sed neque in his qui ante eum fuérunt; & adhæsit Dómino, fecítque mandáta ejus. 4. *Reg*. 18. 5. 6.

Fit Commemorat. Translationis SS. Saviniani, Potentiani, & Sociorum, Ant. Communicántes, ℣. Viríliter, xv. *Oratio*, Omnípotens, *infrà*.

DIE XXVI.

TRANSLATIONIS SS. Saviniani Episcopi, & Potentiani, Senonensium Apostolorum, ac Sociorum Martyrum

Commemoratio.

In Laudibus, Ant. Beáti, ℣. Multæ, xviij.

Oratio. Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, qui ad immortáles triúmphos Saviniánum Pontíficem, Potentiánum, ac sócios eórum Mártyres extulísti; da córdibus nostris dignam pro eórũ Translatióne lætítiam; ut quorum patrocínia pio amóre amplectimur, eórum precibus adjuvémur; Per Christum.

Vespera de Festo sequenti.

DIE XXVII.

In Festo

SANCTI EBBONIS, Senonensis Episcopi.

Semiduplex.

De Communi S. Pontificis, xxij.

Orat. Omnípotens Deus, xxvij.

Fit Commemoratio S. Cæsarii, Arelatensis Episcopi, Ant. In bonitáte, ℣. Státuit, *Oratio*, Quæsumus, xxvij.

Lectio ij.

Ex Anon. apud Mabill. sec. 3. Bened. part. 1. p. 949.

Ebbo paréntibus non minùs virtútum splendóre, quàm nobilitáte claris Tornodóri natus, magnos in lítteris & virtúte progréssus fecit. Crescéntibus cum ætáte méritis, ómnium votis expostulátus, Tornodorénsis Præféctus institútus est. Verùm sprétis sǽculi honóribus & divítiis, Senonas occúltè fugit, atque in cœnóbio sancti Petri-vivi mónachum proféssus est, ubi diu sub venerábili Ægilíno Abbáte strénuè Christo militávit: cujus póstmodum monastérii ob exímias quibus pollébat virtútes Abbas eléctus est. Avúnculo ejus Gerico, Prǽsule Senonénsi vitâ fun-

cto, Cleri plebísque obníxâ efflagitatióne Póntifex hujus sedis consecrátus est, anno círciter septingentésimo décimo. In múnere episcopáli ita se præclárè gessit, ut exémplo vitæ & mónitis salutáribus pleró sque à vítiis ad virtútes revocáverit. Erga paúperes benéficus, benígnus in omnes, fácilem síngulis ad se præbébat áditum.

Lectio iij.

Abderámo Saracenórum duce post devastátas Províncíam & Burgúndiam, Sénonas obsidénte, Ebbo divíno fretus auxílio, factâ in hostes eruptióne, urbem ab eórum furóre liberávit. Quod Præsulis suorúmque cívium fácinus, Cárolo prorégi spátium ad Saracénos deléndos dedit. Ebbo, pace & disciplínâ Ecclesiásticâ in sua diœcési firmátâ, ipse ut contemplatióni divínæ vacáret, secéssit in locum incúltum, & silvis hórridum, cui Arceæ nomen est. Curam tamen gregis non deséruit, imò Domínicis diébus Ecclésiam Metropolitánam repetébat, ut divínis fungerétur Officiis, plebémque sibi commíssam cœlésti dógmate imbúeret. Tandem vigésimâ séptimâ Augústi, ut créditur, die, ante annum septingentésimum quadragésimum quintum, ad cœlum ábiit, & in monastério sancti Petri vivi sepúltus est. Corpus ejus, è terra jam à multis annis elevátum, Sevínus Præsul in capsa argéntea repósuit; caput verò ipsius in cœnóbio Cœlestinórum Meduntén sium servátur.

Pro Commemoratione S. Cæsarii, Ant. Respéxit, ℣. Quæsívit, xxiij. *Oratio*, Quæsumus, xxvij.

Vesperæ de Festo sequenti.

DIE XXVIII.

In Festo

SANCTI AUGUSTINI,

Hipponensis Episcopi, & Ecclesiæ Doctoris.

Duplex-Minus.

Omnia de Communi SS. Doctorum, xxxv. *præter sequentia.*

Pridie In Vesperis, *Ad* Magníficat, *Ant.* 2. D. * Deus illúxit in córdibus nostris ad illuminatiónem sciéntiæ claritátis Dei: habémus autem thesaúrum istum in vasis fictílibus, ut sublímitas sit virtútis Dei, & non ex nobis. 2. *Cor.* 4. 6. 7.

Oratio, Deus, *infrà in Laudibus.*

Fit Commemoratio S. Ebbonis, Ant. Beatificávit, ℣. Dedit, xxix. *Oratio*, Omnípotens Deus, xxvij.

Deinde S. Juliani Martyris, Ant. Qui vícerit, ℣. Vincénti, ix. *Oratio*, Deus, qui nos beáti Juliáni, *infrà.*

Lectio ij.

Ex Possidio, & S. Augustini operibus.

Augustínus, Tagástæ in Africa natus, adoléscens in amóres illícitos, & Manichæórum hæresim impégit. Carthágine primùm Rhetóricam dócuit, deínde Romæ, ac Mediolâni, ubi cùm Ambrósii frequens esset audítor, paulátim in Cathólicos propénsior factus, sacros códices, à quorum lectióne propter styli simplicitátem priùs abhorrébat, evólvere studiósiùs cœpit, & novæ vitæ institútum meditári. Verùm cùm diu multúmque secum ipse luctátus, conversiónem procrastinásset; tandem insólitâ voce admónitus ut légeret, ex verbis Apóstoli in quæ íncidit, derepénte mutátus est, & ab Ambrósio aliquántò pòst, annum agens tricésimum tértium, in Páschate baptizátus. Cùm pátriam repéteret, matri ad Ostia Tiberína defúnctæ supréma Christiánæ pietátis officia persólvit. Revérsus in Africam, rus se recépit, ut uni Deo vacáret. Hippónem-régium evocátus, ut virum quemdam ipsíus audiéndi cúpidum Deo lucrarétur, raptus à pópulo, invítus, atque flens ubérrim Présbyter civitátis ordinátus est à Valério Epíscopo, qui cùm génere Græcus esset, nec satìs Latínè sciret, potestátem ei fecit in Ecclésia coram se Evangélium prædicándi; idque ex more Orientálium, sed præter Africánæ totiúsque Occidentális Ecclésiæ consuetúdinem. Véritus autem Valérius jam sénior, ne sibi Augustínus ab áliis Ecclésiis præriperétur, obtínuit à Primáte Carthaginénsi, ut sibi adhuc viventi darétur Coëpíscopus.

Lectio iij.

In episcopátu commúnem vitæ ratiónem quam ante episcopátum instítúerat, cum Cléricis ténuit. Vestis ejus ac supéllex, nec nítida nímiùm, nec abjécta. Ita frugáli & parcâ mensâ utebátur, ut non nisi propter hóspites & infírmos, carnes ad legúmina & ólera adhibéret, eámque lectióne aut disputatióne, exclúsâ pénitus obtrectatióne, semper condiébat. Causis diriméndis vacábat per totum diem, sæpe jejúnus. Ut paúperes áleret, cùm non esset ália facúltas, sacra vasa frangi jubébat. Feminárum monastéria non adíbat, nisi urgénte necessitáte. Acérrimus contra omnes hæreses Cathólicæ veritátis propugnátor, Manichæos, Ariános, Donatístas, Pelagiános, & morti próximus Semipelagiános scriptis invíctis confutávit & représsit, unitátis intérea semper amantíssimus, cujus

ſtúdio accénſus & eloquéntior Epíſcopos penè trecéntos indúxit, ut ſchiſmáticis ad Eccléſiam redeúntibus non honórem modò ſédium ſervárent, ſed &, ſi opus eſſet paci, epiſcopátu céderent. Advérsùs paganórum calúmnias Religiónem Chriſtiánam eruditíſſimo præſértim ópere de Civitáte Dei, vindicávit. In Confeſſiónum & Retractatiónum libris, à ſe geſta ſcriptáque magna cum humilitáte recénſuit. De Scriptúra váriis tractátibus ſapientíſſimè diſſéruit. Difficíllimas quæſtiónes undequáque ſibi propóſitas ſuis epíſtolis enodávit. Eum Theodóſius júnior nominátim invitávit ad Synodum Ephesínam in cauſa Neſtórii, cujus erróres jam ipſe ſcriptis præfocáverat, ſed morte prævéntus, Concílio interéſſe non pótuit. Wándalis enim tértium jam menſem Hippónem obſidéntibus, in extrémum morbum íncidit: atque ubi lecto decúbuit, Pſalmos de pœniténtia paríeti juſſit affígi, quos profúſis lácrymis júgiter meditátus, & per decem últimos dies ſoli inténtus oratióni, obdormívit in Dómino, anno ætátis ſeptuagéſimo ſexto, Chriſti quadringentéſimo trigéſimo. Pro commendánda córporis ejus depoſitióne ſacrificiũ Deo oblátum eſt. Teſtaméntũ nullum fecit, quia unde fáceret, ut ait Poſsídius, Chriſti pauper non hábuit. Corpus ejus primùm in Sardíniam, póſtea Pápiam tranſlátum eſt.

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. F. Miniſtérium verbi accépi à Dómino Jeſu, teſtificári Evangélium grátiæ Dei. *Act.* 20. 24.

Oratio. Orémus.

DEus, auctor veritátis & pacis amátor, da pópulo tuo, quæſumus, intercedénte beáto Auguſtíno Pontífice, fidei Chriſtiánæ myſtéria ſanctè profitéri & pacíficè tuéri; atque grátiæ tuæ plácita promptè & conſtánter éxequi; Per Dóminum.

Pro Commemoratione S. Juliani, *Ant.* Dóminus, ℣. Glorificátus ſum, xij.

Oratio. Orémus.

DEus, qui nos beáti Juliáni Mártyris tui concédis natalítio pérfrui, ejus nos tríbue méritis adjuvári; Per Dóminum.

Veſpera de Feſto ſequenti.

DIE XXIX.
In Feſto Decollationis
S. JOANNIS-BAPTISTÆ.
Duplex-Minus.

IN I. VESPERIS.

Pſalmi de Feria, & ſic in toto Officio.

Ant. 3. E. NE tímeas, ſerve meus, quia ego ſalvum te fáciam: noli ti-

mére, quia tecum ego sum. *Jer.* 46. 27. 28.

Ant. 1. D. Mitto ego te ad filios Israël, ad gentes apostatríces, quæ recessé-runt à me. *Ezech.* 2. 3.

Ant. 2. D. Prævaricáti sunt pactum meum: & filii durà fácie, & indomábili corde sunt, ad quos ego mitto te. *Ezech.* 2. 3. 4.

Ant. 3. a. Domus Israël nolunt audíre te, quia nolunt audire me; omnis quippe domus Israël attrítâ fronte est, & duro corde. *Ezech.* 3. 7.

Ant. 6. F. Scient quia Prophéta fúerit in médio eórum: tu ergo, fili hóminis, ne tímeas eos. *Ezech.* 2. 5. 6.

Capitulum. *Ezech.* 33. 7.

FIlli hóminis, speculatórē dedi te dómui Israël; aúdiens ergo ex ore meo sermónem, annuntiábis eis ex me.

Hymnus. *Santol. Vict.*

ECce, saltántis prétium
 puéllæ,
Fertur in disco caput ampu-
 tátum:
Hæc cruentátis nova profe-
 rúntur
 Fércula mensis.
Quæ rudes silvis pópulos
 docébat,
Quæ suà reges tremefécit
 aulà,
Illa vox, eheu! gládio re-
 lécta, Muta silébit.
Occidit Vates, & adhuc
 timétur:
Vox silet Verbi, cruor ille
 clamat:
Atque fratérni temerária
 damnat
 Fœdera lecti.
Nube sub densa jubar in-
 volútum
Vénerat cæcis aperíre terris;
Sole jam pleno, velut um-
 bra, cessit
 Lúcifer orbe.
Nostra te summum cele-
 brent Paréntem
Ora, te summo Génitum
 Parénte;
Par sit ambórum tibi laus
 per omne,
 Spíritus, ævum.
 Amen.

℣. Docébo iníquos vias tuas; ℟. Et ímpii ad te converténtur. *Ps.* 50. 15.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D.* Pósuit os meum quasi gládium acútum: in umbra manûs suæ protéxit me, & pósuit me sicut sagíttam eléctam; & dixit mihi: Servus meus es tu, quia in te gloriábor. *Isai.* 49. 2. 3.

Oratio, Deus, qui, *infrà in Laudibus*.

Fit Commem. S. Augustini, *Ant.* Grátiâ Dei sum id quod sum, & grátia ejus in me vácua non fuit. 1. *Cor.* 15. 10.

℣. Grátia superabundávit in nobis ℟. In omni sapiéntia & prudéntia. *Ephes.* 1. 8.

Oratio, Deus, autor, *suprà*.

Deinde SS. Sabinæ Vi-

duæ, & Serapiæ Virginis, Martyrum, Ant. Posuísti nos subsannatiónem & derísum his qui sunt in circúitu nostro: & iníquè non égimus in testaménto tuo; & non recéssit retro cor nostrum. *Ps.* 43. 14. 18. 19.

℣. Humiliásti nos in loco afflictiónis, ℟. Et coopéruit nos umbra mortis. *Ps.* 43. 20.

Oratio, Deus qui beátas Mártyres tuas, *infrà ad Laudes.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Deum dantem voci suæ vocem virtútis, * Veníte, adorémus. *Ps.* 67. 34.

Ps. 94. Veníte, 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

Omnibus manat cruor ecce venis;
Hinc sitim longam sátia, Tyránne,
Et cibos inter paterásque puro
Sánguine liba.

Ut caput vidit dápibus sub ipsis
Tristè fumánti fluitáre tabo;
Hæsit, impástis fremuítque mensis
Fúneris autor.

Palluit cœlum, trepidávit aula,
Ipsa sese horret féritas Tyránni;
Sola saltátrix ovat, execrándi
Cónscia facti.

Non tamen frontis grávitas veréndæ
Cessit immíti violáta ferro:
Dura mitéscit plácido sub ore
Mortis imágo.

Qui suo nascens Dómino præíbat,
Morte crudéli prior immolátus
Ille, mox diro notat immolándum
Fúnere Christum.

Nostra te summum célebrent Paréntem
Ora, te summo Génitum Paréntе;
Par sit ambórum tibi laus per omne,
Spíritus, ævum.
Amen.

Ant. 3. a. Venit Joánnes in omnem regiónem Jordánis, prædicans baptísmum pœniténtiæ in remissiónem peccatórum. *Marc.* 1. 4.

Ant. 8. G. Exíbat ad eum omnis Judæa; & baptizabántur ab eo in Jordáne, confiténtes peccáta sua. *Matt.* 3. 5. 6.

Ant. 4. *irreg.* A. Quid exístis vidére? Prophétam? Etiam dico vobis, & plusquã prophétã. *Matt.* 11. 9.

℣. Gubernávit ad Dóminum cor gentis, ℟. Et in diébus peccatórũ corroborávit pietátem. *Eccli.* 49. 4.

Lect. de Scrip. occurr. ex tribus una.

℟. Heródes dúxerat Herodíadem. Dicébat Joánnes Heródi: * Non licet tibi

habére uxórem fratris tui. *Marc.* 6. 17. 18. ℣. Ne sequáris in fortitúdine tua concupiscéntiam cordis tui; Deus enim víndicans vindicábit. *Eccli.* 5. 2. 3. *Non.

Ex libro sancti Ambrósii Epíscopi, de Virgínibus.

Lib. 3. *cap.* 6. §. 26. 29.

Lectio ij.

QUóniam Joánnis præcúntii Christi non strictim prætereúnda est recordátio, intereſt ut quis, & à quibus, & quam ob causam, quómodo, & quo témpore sit occísus, advértere debeámus. Ab adúlteris justus occíditur, & à reis in júdicem capitális scéleris pœna convértitur. Deínde præmium saltatrícis, mors est Prophétæ. Postrémò (quod étiam omnes bárbari horrére consuevérunt) inter épulas atque convívia consummándæ crudelitátis profértur edíctum: & à convívio ad cárcerem, de cárcere ad convívium ferális flagítii circumfértur obséquium. Quanta in uno facínore sunt crímina! Quis non, cùm è convívio ad cárcerem cursáre vidéret, putáret Prophétam jussum esse dimítti? Quis, inquam, cùm audísset natálem esse Heródis, solémne convívium, puéllæ optiónem eligéndi quod vellet datam, missum ad Joánnis absolutiónem non arbitrarétur? Quid crudelitáti cum delíciis? quid cum funéribus voluptáti?

℟. Heródias insidiabátur Joánni; & volébat occídere eum, nec póterat; * Heródes enim metuébat Joánnem, sciens eum virum justum & sanctum. *Marc.* 6. 19. 20. ℣. Fortitúdo símplicis, via Dómini: & pavor his qui operántur malum. *Prov.* 10. 29. * Heródes.

Lectio iij. §. 29. 30.

RApitur ad pœnam Prophéta convivali témpore, convivali præcépto, quo non cúperet vel absólvi: perímitur gládio, caput ejus affértur in disco. Hoc crudelitáti férculum debebátur, quo insatiáta épulis féritas vescerétur. Intuére, rex acerbíssime, tuo spectácula digna convívio. Pórrige déxteram, ne quid sævítiæ tuæ desit; ut inter dígitos tuos rivi défluant sancti cruóris. Et quóniam non exsaturári épulis fames, non restíngui póculis pótuit inaudítæ sævítiæ sitis; bibe sánguinem scaturiéntibus adhuc venis exsécti cápitis profluéntem. Cerne óculos in ipsa morte scéleris tui testes, aversántes conspéctum deliciárum. Claudúntur lúmina non tam mortis necessitáte, quàm horróre luxúriæ. Os áureum illud exángue, cujus senténtiam ferre non póteras, conticéscit, & adhuc times.

℟. In diébus suis non pertimuit príncipem, & poténtiâ nemo vicit illum; * Nec superávit illum verbum áliquod. *Eccli.* 48. 13.
℣. Heródes volens illum occídere, tímuit pópulum; quia sicut Prophétam eum habébant. *Matt.* 14. 5.
* Nec superávit. Glória.
* Nec superávit.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Dabit Deus voci suæ vocem virtútis; ℟. Date glóriam Deo. *Ps.* 67. 34. 35.

AD LAUDES.

Ant. 1. D. HEródes, cùm corriperétur à Joánne de Herodíade, & de ómnibus malis quæ fecit, adjécit & hoc super ómnia, & inclúsit Joánnem in cárcere. *Luc.* 3. 19. 20.

Ant. 5. *F.* Die natális Heródis saltávit fília Herodíadis, & plácuit Heródi; unde pollícitus est ei dare quodcúmque postulásset ab eo. *Matt.* 14. 6. 7.

Ant. 7. a. Illa præmónita à matre sua, Da mihi, inquit, hìc in disco caput Joánnis-Baptístæ. *Matt.* 14. 8.

Ant. 2. D. Contristátus est rex; propter juraméntum autem & eos qui páriter recumbébant, jussit dari. *Matt.* 14. 9.

Ant. 3. a. Misso spiculatóre, præcépit afférri caput ejus in disco. *Marc.* 6. 27.

Capitulum. *Jer.* 17. 16.

EGo non sum turbátus, te pastórem sequens: & diem hóminis non desiderávi, tu scis. Quod egréssum est de lábiis meis, rectum in conspéctu tuo fuit.

Hymnus, Ecce, saltántis, *ut in I. Vesperis.*

℣. Quæsiérunt ánimam meam, Deus; ℟. Et non proposuérunt te in conspéctu suo. *Ps.* 85. 14.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D. * Misit Heródes, & decollávit Joánnem in cárcere: & allátum est caput ejus in disco, & datum est puéllæ; & áttulit matri suæ. *Matt.* 14. 10. 11.

Oratio. Orémus.

DEus, qui beátum Joánnem-Baptístam dedísti veritátis incarnátæ núntium & castitátis violátæ defensórem invíctum; pares nobis ánimos benígnus inspíra, ut impávidi veritátis tuæ & castitátis sanctæ jura nuntiémus & defendámus dictis & móribus; Per Dóminum.

Pro Commemoratione SS. Sabinæ & Serapiæ, *Ant.* Salvásti nos de affligéntibus nos, & odiéntes nos confudísti: & in nómine tuo confitébimur in séculum. *Ps.* 43. 8. 9.

℣. Deus noster refúgium & virtus; ℟. Adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis. *Ps.* 45. 2.

Oratio. Orémus.

DEus, qui beátas Mártyres tuas Sabínam Víduam, & Serápiam Vírginem tantâ virtútis poténtiâ roborásti, ut mortis formídinem in carnis infirmitáte superárent; concéde propítius, nos eárum & exémplis informári, & intercessiónibus adjuvári; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. Heródes.

AD TERTIAM.

Ant. Dic natális Heródis.

Capitulum. *Jer.* 1. 18.

EGo dedi te hódie in civitátem munítam, & in colúmnam férream, & in murum æreum, super omnem terram, régibus Juda.

℟. *br.* Justítiam tuam, Dómine, * Non abscóndi in corde meo. ℟. Justítiam tuam. ℣. Veritátem tuam, & salutáre tuũ dixi. * Non abscóndi. Glória. ℟. Justítiam tuam. *Ps.* 39. 11.

℣. Deféctio ténuit me pro peccatóribus ℟. Derelinquéntibus legem tuan. *Ps.* 118. 53.

AD SEXTAM.

Ant. Illa præmónita.

Capitulum. *Jer.* 6. 27.

PRobatórem dedi te in pópulo meo robústum: & scies, & probábis viam eórum.

℟. *br.* Dixi iníquis: * Nolíte iníquè ágere; ℟. Dixi. ℣. Et delinquéntibus: Nolíte exaltáre cornu. * Nolíte. Glória. ℟. Dixi. *Ps.* 74. 5.

℣. Vidi prævaricántes, & tabescébam; ℟. Quia elóquia tua non custodiérunt. *Ps.* 118. 158.

AD NONAM.

Ant. Misso spiculatóre.

Capitulum. *Ezech.* 3. 8. 9.

ECce dedi fáciem tuam valentiórem faciébus eórum, & frontem tuam duriórem fróntibus eórum: ut adamántem, & ut silicem dedi fáciem tuam.

℟. *br.* Loquébar de testimóniis tuis * In conspéctu regum, ℟. Loquébar. ℣. Et non confundébar. * In conspéctu. Glória. ℟. Loquébar. *Ps.* 118. 46.

℣. Supérbi iníquè agébant usquequáque; ℟. A lege autem tua non declinávi. *Ps.* 118. 51.

AD VESPERAS.

Antiphonæ de Laudibus.

Capitulum. *Eccli.* 49. 9.

MAlè tractavérunt illum qui à ventre matris consecrátus est Prophéta, evértere, & erúere, & pérdere, & íterum ædificáre, & renováre.

Hymnus, Omnibus manat, *ut in Officio Nocturno.*

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini ℟. Mors Sanctórum ejus. *Ps.* 115. 15.

Ad Magníficat, *Ant.* 3. E. Accedéntes discípuli Joánnis, tulérunt corpus ejus, & sepeliérunt illud : & veniéntes nuntiavérunt Jesu. *Matt.* 14. 12.

Fit Commem. S. Fiacrii, Ant. Dóminus, ℣. Pinguéscent, lj. *Orat.* Misericórdiam tuam, *infrà.*

Die XXX.
In Festo
SANCTI FIACRII,
Solitarii.

Semiduplex.

De Communi SS. Anachoretarum, l.

Lectio ij.

Ex Seculo 2. *Benedict.*

Fiácrius qui & Fefrus, in Hibérnia quam véteres Scótiam appellábant, nobílibus paréntibus ortus, Meldos ad sanctum Farónem, solitáriæ vitæ desidério, cum áliquot sóciis venit. Cujus votis ánnuens beátus Póntifex, locum à turbis remótum, & silvis circumtéctum, è património suo, nómine Brógilum, illi concéssit. Ibi Fiácrius, evúlsis arbóribus, monastérium in honórem sanctíssimæ Vírginis constrúxit, in quo peregrínos & hóspites excipiébat; exíguâ sibi seórsum ædificátâ domo. Cùm autem virtútum ejus fama longè diffunderétur, undequáque ad eum adducebántur infírmi, quos solâ manûs impositióne sanitáti restituébat. Fuit ei sánguine conjúnctus beátus Chillénus, à sancto Faróne póstea missus ad Atrébates : quem ex Romána peregrinatióne reverténtem suscépit Fiácrius, & apud se retínuit aliquándiu, cum ipso divínis collóquiis vacatúrus.

Lectio iij.

Miráculis illústris, labénte século séptimo vitâ functus est. Corpus ejus in Oratório sepúltum mansit ad annum usque millésimum ducentésimum tricésimum quartum, cùm sublátum è túmulo per Philíppum, Meldénsem Epíscopum, ibi veneratióni fidélium est expósitum. Anno autem millésimo quingentésimo sexagésimo secúndo ad Ecclésiam Cathedrálem translátum est, ne in illud Calviniáni pro more suo ímpiè desævírent. Locus tamen sancti Anachorétæ vestígiis & conversatióne consecrátus, magno populórũ concúrsu frequentári non désiit.

Oratio. Orémus.

Misericórdiam tuam, Dómine, quæsumus, interveniénte beáto Fiácrio, cleménter impénde; & nobis peccatóribus ipsius propitiáre suffrágiis; Per Dóminum.

In Vesperis, *fit Commemoratio S. Paulini Episcopi, & Confessoris Christi, Ant.* Qui confitébitur me, ℣. Dóminus, xxj. *Oratio*, Deus, pro cujus nómine, xxij.

Die XXXI.
In Festo
SANCTI PAULINI,
Trevirensis Episcopi, & Confessoris Christi.

Simplex.

De Communi Confessoris Christi, xx.

Lectio iij.

Ex Athan. Hilar. Sulpit. Sev. & aliis.

PAulínus Aquitánus, vir, teste sancto Athanásio, verè Apostólicus, acerrimúsque fidei orthodóxæ defénsor advérsùs impietátem Ariánam, post sanctum Maximínum Trevirénsis Epíscopus creátus est. Romam proféctus, misit ad Athanásium Ursácii & Valéntis libéllum, quo illatárum sancto Præsuli injuriárum pœniténtiam profitebántur. Ad Arelaténsem póstea Synodum ab Imperatóre Constántio Ariáno congregátam vocátus, numquam addúci pótuit ut sanctum Athanásium condemnáret, & à veritáte Cathólica deviáret. Quare ipsum Constántius relegávit in Phrygiam inter Montanístas, & eum usque ad mortem sæpe mutátis fatigávit exíliis. Is primus ex Occidentálibus in hac causa vexillum confessiónis éxtulit. Cùm annos quinque in exílio exegísset, ibídem anno trecentésimo quinquagésimo octávo defúnctus est vir beátæ passiónis, ut scribit sanctus Hierónymus in chrónico.



COMMUNE

COMMUNE SANCTORUM.

PARS ÆSTIVA.

COMMUNE APOSTOLORUM.

[*In hoc Communi & in cæteris, ad I. Vesperas semper dicuntur Psalmi de Feria.*]

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. D. EXiit Jesus in montem oráre, & erat pernóctans in oratióne Dei. Et cùm dies factus esset, vocávit discípulos suos. *Luc.* 6. 12. 13.

Ant. 6. F. Elégit duódecim ex ipsis, quos & Apóstolos nominávit. *Luc.* 6. 13.

Ant. 3. a. Vocávit ad se quos vóluit ipse; & venérunt ad eum. Et fecit ut essent duódecim cum illo, & ut mítteret eos prædicáre. *Marc.* 3. 13. 14.

Ant. 8. G. Dedit illis virtútem & potestátem super ómnia dæmónia, & ut languóres curárent. *Luc.* 9. 1.

Ant. 1. D. Ignobília mundi, & contemptibília elégit Deus; & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrúeret; ut non gloriétur omnis caro in conspéctu ejus. 1. *Cor.* 1. 28. 29.

CAPITULUM. *Isai.* 66. 19. 20.

HÆc dicit Dóminus: Annuntiábunt glóriam meam géntibus, & addúcent omnes fratres vestros de cunctis géntibus donum Dómino.

In Semiannualibus,

℟. Messis quidem multa, operárii autem pauci; * Rogáte dóminum messis, ut mittat operários in messem suam. *Luc.* 10. 2. ℣. Oráte ut respíciat Dóminus pópulum suum Israël. *Judith* 8. 32. * Rogáte. Glória. * Rogáte.

HYMNUS. *Santol. Vict.*

CŒLESTIS aulæ Príncipes,
Sacri duces exércitûs,
Bisséna mundi lúmina,
Olim futúri júdices.

MERSIS gravi calígine,
Per vos dies renáscitur;
Quos vanus error lúserat,
Illústrat ipsa Véritas.

NON vi, nec armis mílitum,
Fandi nec ullis ártibus;
Verbo sed irrísæ Crucis,

Benedictiones ut post Psalterium.

Tres Lectiones ut in Proprio Sanctorum.

Post 4. Lect. ℟. Mementóte sermónis mei, quem ego dixi vobis: * Non est servus major Dómino suo: si me persecúti sunt, & vos persequéntur. *Joan.* 15. 20. ℣. Locúti sunt advérsùm me linguâ dolósâ, & sermónibus ódii circumdedérunt me. *Ps.* 108. 3. * Non est servus.

Post 5. Lect. ℟. Nolíte timére oppróbrium hóminum, & blasphémias eórum ne metuátis: * Salus autem mea in sempitérnum erit; Ego, ego ipse consolábor vos. *Isai.* 51. 7. 8. 12. ℣. Tradémini à paréntibus, & amícis, & morte affícient ex vobis; & éritis ódio ómnibus propter nomen meum. *Luc.* 21. 16. 17. * Salus autem.

Post 6. Lect. ℟. Cùm tradent vos, nolíte cogitáre quómodo, aut quid loquámini; * Non enim vos estis qui loquímini, sed Spíritus Patris vestri, qui lóquitur in vobis. *Matt.* 10. 19. 20. ℣. Spíritus meus in médio vestrûm, nolíte timére. *Agg.* 2. 6. * Non. Glória. * Non.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 3. g. Ite, ecce ego mitto vos, sicut oves in médio lupórum: Estóte ergo prudéntes sicut serpéntes, & símplices sicut colúmbæ. *Matt.* 10. 16.

Ant. 7. a. Quicúmque volúerit inter vos major fieri, sit vester minífter; sicut Filius hóminis non venit ministrári, sed ministráre. *Matt.* 20. 26. 28.

Ant. 3. *a.* Cùm fecéritis ómnia quæ præcépta sunt vobis, dícite: Servi inútiles sumus; quod debúimus fácere, fécimus. *Luc.* 17. 10.

℣. Non nobis, Dómine, non nobis, sed nómini tuo da glóriam, ℟. Super misericórdia tua, & veritáte tua. *Ps.* 113. 9. 10.

Pater noster.

Benedictiones ut post Psalterium.

Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.

Post 7. Lect. ℟. Jam non dicam vos servos; vos autem dixi amícos; * Quia ómnia quæcúmque audívi à Patre meo nota feci vobis. *Joan.* 15. 15. ℣. Antíqua ne intueámini: ecce ego fácio nova, & nunc oriéntur, útique cognoscétis ea. *Isai.* 43. 18. 19. * Quia.

Post 8. Lect. ℟. Vos estis qui permansístis mecum in tentatiónibus meis; * Et ego dispóno vobis, sicut dispósuit mihi Pater meus regnum. *Luc.* 22. 28. 29. ℣. Dispósui testaméntum eléctis meis. *Ps.* 88. 4. * Et ego.

Post 9. Lect. ℟. Ecce

dedi vobis potestátem super omnem virtútem inimíci: * Verúntamen in hoc nolíte gaudére; † Gaudéte quòd nómina vestra scripta sunt in cœlis. *Luc.* 10. 19. 20. ℣. Dabo vos in nomen & in laudem ómnibus pópulis terræ. *Sophon.* 3. 20. * Verúntamen. Glória Patri. † Gaudéte.

Te Deum.

℣. Sacerd. Annuntiáte inter gentes glóriam Dómini, ℟. In ómnibus pópulis mirabília ejus. *Ps.* 95. 3.

AD LAUDES.

Ant. 8. G. JEsus locútus est úndecim discípulis, dicens: Data est mihi omnis potéstas in cœlo & in terra; eúntes ergo docéte omnes gentes. *Matt.* 28. 18. 19.

Ant. 6. C. Prædicáte Evangélium omni creatúræ, baptisántes eos, docéntes serváre ómnia quæcúmque mandávi vobis. *Marc.* 16. 15. *Matt.* 28. 19. 20.

Ant. 8. G. Quorum remiséritis peccáta, remittúntur eis; & quorum retinuéritis, reténta sunt. *Joan.* 20. 23.

Ant 5. a. Accipiétis virtútem superveniéntis Spíritûs-sancti in vos, & éritis mihi testes usque ad últimum terræ. *Act.* 1. 8.

Ant. 1. D. Ecce ego vobíscum sum ómnibus diébus, usque ad consummatiónem séculi. *Matt.* 28. 20.

Capitulum. *Ephes.* 4. 11. 12.

CHristus dedit quosdam quidem Apóstolos, quosdam autem prophétas, álios verò evangelístas; álios autem pastóres, & doctóres, ad consummatiónem sanctórum in opus ministérii, in ædificatiónem córporis Christi.

Hymnus. *Santol. Vict.*

QUem misit in terras Deus,
Ut morte nos servet suâ,
Amóris hic fidos sui
Vos éligit vicários.

Occisus Agnus à lupis,
Vos misit Agnos ad lupos;
Mores ferínos éxuunt,
Agni repentè de lupis.

Quæ victimárum cœdibus
Tellus madébat ímpiis,
Vestris eam sudóribus,
Vestro piástis sánguine.

Hoc rore facta pínguior,
Quot illa fructus prótulit!
Quæ, quanta surréxit seges!
Et ista nos seges sumus.

Quam si bonus respéxeris,
Qui das rigátis créscere;
Fruménta nos cœléstibus
Matúra condes hórreis.

Uni sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte, qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Judicábunt justi na-

tiónes, ℟. Et dominabúntur pópulis. *Sap.* 3. 8.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D. * Vos qui secúti estis me, in regeneratióne cùm séderit Fílius hóminis in sede majestátis suæ, sedébitis & vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israël. *Matt.* 19. 28.

Oratio in Proprio Sanctorum.

AD HORAS.

Antiph. de Laudibus, quartâ prætermissâ, & sic in omni alio Communi, nisi aliter notetur.

AD PRIMAM.

Ant. Jesus locútus est.

Capitulum, Regi sæculórum.

CANON, ut habetur post Lectiones Scripturæ occurrentis : & sic in omni alio Communi. Cetera ut in Psalterio.

[*In Festis Annualibus & per eorum Octavas ad Primam dicuntur duæ Orationes sub una conclusione, prima de Festo, altera de Psalterio*, Dómine, Deus omnípotens : *& sic in omni alio Communi.*]

AD TERTIAM.

Ant. Prædicáte.

CAPITULUM. *Rom.* 1. 5.

PEr Jesum Christum accépimus grátiam, & Apostolátum ad obediéndum fidei in ómnibus géntibus pro nómine ejus.

℟. *br.* Nos prædicámus * Christum crucifixum : ℟. Nos prædicámus. ℣. Christum Dei virtútem, & Dei sapiéntiam. * Christum. Glória. ℟. Nos prædicámus. 1. *Cor.* 1. 23. 24.

[*In Semiannualibus & intrà Octavas Annualium,* ℟℟℟. *brevibus adduntur duo* Allelúia : *& sic in omni alio Communi.*]

℣. Quod vídimus & audívimus, annuntiámus vobis, ℟. Ut & vos societátem habeátis nobíscum. 1. *Joan.* 1. 3.

Oratio ut in Proprio ad Laudes.

AD SEXTAM.

Ant. Quorum remiséritis.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 5. 19. 20.

POsuit in nobis Deus verbum reconciliatiónis : pro Christo ergo legatióne fungimur, tanquam Deo exhortánte per nos.

℟. *br.* Deus nos reconciliávit sibi * Per Christum : ℟. Deus nos. ℣. Et dedit nobis ministérium reconciliatiónis. * Per Christum. Glória. ℟. Deus nos. 2. *Cor.* 5. 18.

℣. Reconciliámini Deo, ℟. Obsecrámus pro Christo. 2. *Cor.* 5. 20.

AD NONAM.

Ant. Ecce ego.

CAPITULUM. *Ephes.* 2. 19. 20.

FRatres, jam non estis hóspites & ádvenæ: sed estis cives sanctórum, & doméstici Dei: superædificári super fundaméntum Apostolórum, & Prophetárum, ipso summo anguläri lápide Christo Jesu.

℟. *br.* Vocávit vos Deus * Per Evangélium nostrum. ℟. Vocávit. ℣. State, & tenéte traditiónes quas didicístis. * Per Evangélium. Glória. ℟. Vocávit. 2. *Thess.* 2. 13. 14.

℣. Accepístis Jesum Christum Dóminum, ℟. In ipso ambuláte. *Coloss.* 2. 6.

AD VESPERAS.

Ant. 8. a. INjecérunt in Apóstolos manus, & posuérunt eos in custódiam. *Act.* 4. 3.

Ant. 2. D. Cæsis denuntiavérunt ne omníno loqueréntur in nómine Jesu. *Act.* 5. 40.

Ant. 7. d. Ibant gaudéntes à conspéctu concílii, quóniam digni hábiti sunt pro nómine Jesu contuméliam pati. *Act.* 5. 41.

Ant. 8. c. Loquebántur verbum Dei cum fidúcia: & virtúte magnâ reddébant testimónium resurrectiónis Jesu Christi. *Act.* 4. 31. 33.

Ant. 3. a. Tradidérunt ánimas suas pro nómine Dómini nostri Jesu Christi. *Act.* 15. 26.

CAPITULUM. *Hebr.* 2. 3. 4.

CUm inítium accepísset salus enarrári per Dóminum; ab eis qui audiérunt in nos confirmáta est, contestánte Deo signis, & porténtis, & váriis virtútibus.

In Semiannualibus,

℟. Non sunt loquélæ, neque sermónes, quorum non audiántur voces eórum, * In omnem terram exívit sonus eórum, & † In fines orbis terræ verba eórum. *Ps.* 18. 4. 5. ℣. Prædicavérunt ubíque, Dómino cooperánte, & sermónem confirmánte, sequéntibus signis. *Marc.* 16. 20. * In omnem. Glória. † In fines.

Hymnus, Cœléstis, *ut in I. Vesperis.*

℣. Nimis honorificáti sunt amíci tui, Deus; ℟. Nimis confortátus est principátus eórum. *Ps.* 138. 17.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. *D.* In fundaméntis duódecim (civitátis sanctæ Jerúsalem) nómina duódecim Apostolórum Agni, & cláritas Dei illuminávit eam, & lucérna ejus est Agnus: & ambulábunt gentes in lúmine ejus. *Apoc.* 21. 14. 23. 24.

COMMUNE UNIUS MARTYRIS.

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. f. SI quis venit ad me, & non odit ánimam suam, non potest meus esse discípulus. *Luc.* 14. 26.

Ant. 2. D. Qui volúerit ánimam suam salvam fácere, perdet eam; qui autem perdíderit ánimam suam propter me, & Evangélium, salvam fáciet eam. *Marc.* 8. 35.

Ant. 5. a. Qui vícerit, vestiétur vestiméntis albis, & non delébo nomen ejus de libro vitæ. *Apoc.* 3. 5.

Ant. 4. E. Usque in tempus sustinébit pátiens, & póstea rédditio jucunditátis. *Eccli.* 1. 29.

Ant. 8. G. Hæc est grátia, si propter Dei consciéntiam sústinet quis tristítias, pátiens injústè. 1. *Petr.* 2. 19.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 4. 15. 16.

NEmo vestrûm patiátur ut homicída, aut fur, aut malédicus, aut alienórum appetítor: si autem ut Christiánus, non erubéscat; glorificet autem Deum in isto nómine.

In Semiannualibus,

℟. Beátus vir qui suffert tentatiónem, quóniã * Cùm probátus fúerit, † Accípiet corónam vitæ quam repromísit Deus diligéntibus se. *Jac.* 1. 12. ℣. Si in probatióne fúerit, coronábitur; si in tribulatióne fúerit, liberábitur. *Tob.* 3. 21. * Cùm probátus. Glória. † Accípiet.

HYMNUS. *Santol. Vict.*

EX quo salus mortálium,
Fluxit sacer Dei cruor,
Homo redémptus æmulum
Deo litávit sánguinem.

NON jam crucis Christi pudet;
Quin surgit ingens glória,
Deum fatéri mórtuum,
Pro mórtuo mori Deo.

HOC iste plenus Spíritu
Ridet minas, ridet neces,
Tuâque fretus déxterâ,
Tibi, Redémptor, mílitat.

PARATA spectans præmia,
Secúrus ad pœnas volat;
Sic pugnat, ut speret mori,
Et morte mortem víncere.

UNUS tot armátas manus
Stupénte lassat júdice;
Et tortus ipsis qui cadit,
Torquéntibus fit fórtior.

DA, Christe, tanti mílitis
Æquáre facta fórtia:
Da sustinére pro tuo,
Quodcúmque durum, nómine.

ÆTERNE tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus;
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

℣. Vincénti dabo édere de ligno vitæ, ℟. Quod est in paradíso Dei mei. *Apoc.* 2. 7.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Qui vícerit, dabo ei sedére mecum in throno meo; sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno ejus. *Apoc.* 3. 21.

Oratio infrà ad Laudes, nisi sit propria.

Si eodem die occurrat commemoratio alterius Martyris, fiet per Antiphonam ad Benedíctus *&* ℣. *ex Laudibus: quod servatur in omni aiio Communi.*

[*In Annualibus ad Completorium, Ant.* 7. d. Qui vícerit, non lædétur à morte secúnda. *Apoc.* 2. 11.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 1. a. Qui vícerit, ero illi Deus, & ille erit mihi filius. *Apoc.* 21. 7.]

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Deum patiéntiæ & solátii, * Veníte, adorémus. *Rom.* 15. 5.

Ps. 94. Veníte. 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

Felix morte tuâ, qui cruciátibus
Cœlo difficilem rúmpere amas viam,
Et signáre cruóre,
Quam Christo déderas fidem.

Pœnis victa quibus deficeret fides?
Tu pœnas ávidâ mente præóccupas;
Cui non súfficit una,
Ambis innúmeras neces.

Te pro lege sua magnánimum mori,
Te Christus púgilem spectat ab æthere;
Ne succúmbere possis,
Tecum prælia sústinet.

Et nos delícias, vana per ótia,
Gens infida Deo, quærimus ánxii:
Quid torpémus? inértes
Sanguis Mártyris éxcitat.

Semper máxima laus ingénito Patri;
Semper laus génito máxima Fílio;
Sacri nexus amóris,
Sit laus par tibi, Spíritus.
Amen.

In I. Nocturno.

Ant. 1. a. Fili, sta in justítia & timóre, & præpara ánimam tuam ad tentatiónem. *Eccli.* 2. 1.

Ant. 2. D. Conjúngere Deo, & sústine; quóniam in igne probátur aurum, hómines verò receptíbiles in camíno humiliatiónis. *Eccli.* 2. 3. 5.

Ant. 3. E. Qui confidit in Dómino, & erit Dóminus fidúcia ejus, non timébit cùm vénerit æstus. *Jer.* 17. 7. 8.

℣. In tentatióne Deus illum conservábit, ℟. Et liberábit à malis. *Eccli.* 33. 1.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Post 1. *Lect.* ℟. Fili, omne quod tibi applícitum

NON jam vincla manus, non cóhibent pedes,
Tu liber ſuperûm regna perámbulas:
Quot plagis laniátus,
Cœlo tot rádiis nites.

NEC te dira fames, nec ſitis ampliùs,
Nec probróſa premit te modò núditas:
Nunc te lúmine puro
Paſcit Chriſtus & índuit.

SIC tu Martyribus dexter ades, Deus,
Ut quos mors périmit, glória víndicet:
Confundíſque tyránnum,
Dum quos déprimit, élevas.

SEMPER máxima laus ingénito Patri;
Semper laus génito máxima Filio;
Sacri nexus amóris,
Sit laus par tibi, Spíritus.
Amen.

℣. Glórificátus ſum in óculis Dómini, ℟. Et Deus meus factus eſt fortitúdo mea. *Iſai.* 49. 5.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G. * Dóminus mihi áſtitit, & confortávit me; & liberátus ſum de ore leónis. Liberávit me Dóminus ab omni ópere malo; & ſalvum fáciet in regnum ſuum cœléſte. 2. *Tim.* 4. 17. 18.

ORATIO. Orémus.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut qui beáti mártyris tui *N.* natalítia cólimus; ejus intercesſióne nec minis injúſtè perſequéntium turbémur, nec ullis dejiciámur advérſis; Per Dóminum.

Alia ORATIO.

DEus, qui beátum *N.* mártyrem tuum virtúte conſtántiæ in paſſióne roboráſti; ex ejus imitatióne tribue pro amóre tuo próſpera mundi deſpícere, & nulla ejus advérſa formidáre; Per Dóminum.

Si ſit Pontifex. ORATIO.

DEus, à quo fides conſtántiam & virtútem ſumit infírmitas: fac, quæſumus, exémplo & précibus beáti *N.* Mártyris atque Pontíficis nos vitæ frágilis hujus amórem depónere, & ad te, qui ſolus vera vita es, perveníre; Per.

Alia ORATIO.

DEus, cujus grátia beátum *N.* in Sacerdótem élegit, doctrína ad prædicándum erúdiit, poténtia ad perſeverándum confirmávit; da nobis ex ejus imitatióne pópulum Chriſtiánum & inſtrúere vivéndi exémplo, & cùm præcéperis, confirmáre patiéndo; Per Dóminum.

Si facienda ſit Commemoratio alterius Martyris, fiet per Antiphonam ad Magníficat *&* ℣. *ex I. Veſperis: quod ſervatur in omni alio Communi.*

AD PRIMAM.

Ant. Cùm à morte.

AD TERTIAM.

Ant. Nunc gaúdeo.

CAPITULUM. *Rom.* 8. 18.

FRatres, exístimo quòd non sunt condígnæ passiónes hujus témporis ad futúram glóriam, quæ revelábitur in nobis.

℟. *br.* In Deo salutáre meum, * Et glória mea; ℟. In Deo. ℣. Deus auxílii mei, & spes mea in Deo est. * Et glória mea. Glória. ℟. In Deo. *Ps.* 61. 8.

℣. Deus meus adjútor meus, & sperábo in eum. ℟. Protéctor meus, & cornu salútis meæ, & suscéptor meus. *Ps.* 17. 3.

AD SEXTAM.

Ant. Replétus sum.

CAPITULUM. 2. *Tim.* 1. 12.

PAtior, sed non confúndor; scio enim cui crédidi, & certus sum quia potens est depósitum meum serváre in illum diem.

℟. *br.* Si consístant advérsùm me castra, * Non timébit cor meum. ℟. Si consístant. ℣. Si exúrgat advérsùm me prælium, in hoc ego sperábo. * Non timébit. Glória. ℟. Si consístant. *Ps.* 26. 3. 4.

℣. Dóminus illuminátio mea, & salus mea; quem timébo? ℟. Dóminus protéctor vitæ meæ; à quo trepidábo? *Ps.* 26. 1. 2.

AD NONAM.

Ant. Bonum certámen.

CAPITULUM. *Tob.* 3. 22. 23.

POst tempestátem, tranquíllum facis, Dómine: & post lacrymatiónem & flétum, exultatiónem infúndis. Sit nomen tuum, Deus Israël, benedíctum in sǽcula.

℟. *br.* Factus es, Dómine, * Suscéptor meus, ℟. Factus es. ℣. Et refúgium meum, in die tribulatiónis. * Suscéptor meus. Glória. ℟. Factus es. *Ps.* 58. 17.

℣. Tu, Dómine, adjuvísti me, ℟. Et consolátus es me. *Ps.* 85. 17.

AD VESPERAS.

Ant. 6. F. PRopter opus Christi usque ad mortem accéssit, tradens ánimam suam. *Philipp.* 2. 30.

Ant. 1. f. Patiénter sustinens, destinávit non admíttere illícita propter vitæ amórem. 2. *Mach.* 6. 20.

Ant. 5. a. Magìs éligens afflígi cum pópulo Dei, quàm temporális peccáti habére jucunditátem, invisíbilem tanquam videns sustínuit. *Hebr.* 11. 25. 27.

Ant. 4. E. Gloriosíssimam mortem magìs quàm odibilem vitam compléctens, voluntáriè præíbat ad supplícium. 2. *Mach.* 6. 19.

Ant. 1. â. Hoc modo vitâ decéssit, univérsæ genti

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili par Patri,
Et par utríque Spíritus,
Tibi, Deus, ſit glória.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Ecce natiónes convenérunt advérſùm nos ut nos diſpérdant: quómodo potérimus ſubsíſtere? niſi tu, Deus, ádjuves nos. 1. *Mach.* 3. 52. 53.

Ant. 2. D. Erue nos in mirabílibus tuis, Dómine: & confundántur omnes qui oſténdunt ſervis tuis mala. *Dan.* 3. 43. 44.

Ant. 3. E. In te inimícos noſtros ventilábimus cornu, & in nómine tuo ſpernémus inſurgéntes in nobis. *Pſ.* 43. 6.

℣. Da nobis auxílium de tribulatióne; ℟. Quia vana ſalus hóminis. *Pſ.* 59. 13.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Poſt 1. *Lect.* ℟. Nos ſtulti propter Chriſtum: maledícimur, & benedícimus; * Perſecutiónem pátimur, & ſuſtinémus; blaſphemámur, & obſecrámus. 1. *Cor.* 4. 10. 12. 13. ℣. Propter te mortificámur totâ die, æſtimáti ſumus ſicut oves occiſiónis. *Pſ.* 43. 22. * Perſecutiónem.

Poſt 2. *Lect.* ℟. Quis nos ſeparábit à caritáte Chriſti? tribulátio, an angúſtia, an fames, an perſecútio? * Neque mors, neque vita póterit nos ſeparáre à caritáte Dei. *Rom.* 8. 35. 38. ℟. ℣. Hæc ómnia venérunt ſuper nos, nec obliti ſumus te. *Pſ.* 43. 18. * Neque mors.

Poſt 3. *Lect.* ℟. Deus omnis grátiæ, qui vocávit nos in ætérnam ſuam glóriam in Chriſto Jeſu, * Módicùm paſſos ipſe perficiet. † Ipſi glória, & impérium in ſécula ſeculórum. 1. *Petr.* 5. 10. 11. ℣. Abſit à nobis hoc ſcelus ut recedámus à Dómino, & ejus veſtigia relinquámus. *Joſue* 22. 29. * Módicùm. Glória. † Ipſi.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. *D.* In mortem trádimur propter Jeſum, ut & vita Jeſu manifeſtétur in carne noſtra mortáli. 2. *Cor.* 4. 11.

Ant. 5. a. Paráti ſumus mori, magìs quàm pátrias Dei leges prævaricári. 2. *Mach.* 7. 2.

Ant. 6. F. Propítius ſit nobis Deus: non eſt nobis útile relínquere legem, & juſtítias Dei, ut eámus alterâ viâ. 1. *Mach.* 2. 21. 22.

℣. In Deo faciémus virtútem, ℟. Et ipſe ad níhilum dedúcet tribulántes nos. *Pſ.* 59. 14.

Lectiones in Proprio Sanctorum.

Poſt 4. *Lect.* ℟. Abſit à nobis ut relinquámus Dóminum, & ſerviámus diis aliénis. * Dómino Deo noſtro ſerviémus, & obedién-

[illegible] érimus præcéptis ejus. [illegible] *sue* 24. 16. 24. ℣. Etsi [illegible]nt qui dicántur dii, no[illegible]s tamen unus Deus. 1. *Cor.* 5. * Dómino Deo no[illegible]ro.

Post 5. *Lect.* ℟. Dómi[illegible]us Deus aspíciet veritátem, [illegible] consolábitur in nobis : * Pótius est ab homínibus morti datos spem expectáre à Deo, íterum ab ipso suscitándos. 2. *Mach.* 7. 6. 14. ℣. Sicut abúndant passiónes Christi in nobis, ita & per Christum abúndat consolátio nostra. 2. *Cor.* 1. 5. * Pótius est.

Post 6. *Lect.* ℟. Probásti nos, Deus; igne nos examinásti, sicut examinátur argéntum. * Transívimus per ignem & aquam, & † Eduxísti nos in refrigérium. *Ps.* 65. 10. 12. ℣. Per multas tribulatiónes opórtet nos intráre in regnum Dei. *Act.* 14. 21. * Transívimus. Glória. † Eduxísti.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. *d.* Gládium evaginavérunt peccatóres, intendérunt arcum, ut trucídent rectos corde. *Ps.* 36. 14.

Ant. 8. G. Dist énti sunt non suscipiéntes redemptiónem, ut meliórem invenírent resurrectiónem. *Hebr.* 11. 35.

Ant. 1. D. Confírmat justos Dóminus : non confundéntur in témpore malo. *Ps.* 36. 17. 19.

℣. Salus justórum à Dómino, ℟. Et protéctor eórum in témpore tribulatiónis. *Ps.* 36. 39.

Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.

Post 7. *Lect.* ℟. Antíquus diérum judícium dedit sanctis Excélsi; * Et regnum obtinuérunt sancti. *Dan.* 7. 22. ℣. Per fidem operáti sunt justítiam, adépti sunt repromissiónes. *Hebr.* 11. 33. * Et regnum.

Post 8. *Lect.* ℟. Ludíbria & vérbera expérti, ínsuper & víncula, & cárceres; * Lapidáti sunt, secti sunt, tentáti sunt, in occisióne gládii mórtui sunt. *Hebr.* 11. 36. 37. ℣. Tradidérunt córpora sua ne servírent, & ne adorárent omnem Deum, excépto Deo suo. *Dan.* 3. 95. * Lapidáti sunt.

Post 9. *Lect.* ℟. Vicérunt propter sánguinem Agni, & propter verbum testimónii sui; * Et non dilexérunt ánimas suas usque ad mortem : proptérea † Lætámini, cœli, & qui habitátis in eis. *Apoc.* 12. 11. 12. ℣. Per multas tribulatiónes transiérunt fidéles. *Judith* 8. 23. * Et non dilexérunt. Glória. † Lætámini.

Te Deum.

℣. SACERD. Laudábit te, Dómine, pópulus fortis : ℟. Cívitas géntium robustárum timébit te. *Isai.* 25. 3.

Ant. 7. c. Ecce quómodo computáti sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illórum est. *Sap.* 5. 5.

CAPITULUM. *Sap.* 10. 17. 18.

Reddidit justis sapiéntia mercédem labórum suórum, & dedúxit illos in via mirábili: & fuit illis in velaménto diéi, & in luce stellárum per noctem: tránstulit illos per mare rubrum, & transvéxit illos per aquam nímiam.

In Semiannualibus,

℟. Hi sunt qui venérunt de tribulatióne magna, & lavérunt stolas suas, & dealbavérunt eas in sánguine Agni: ideo sunt ante thro-

num Dei
ei die ac
ejus. *Apo*
perpétuu
Dóminun
rum. *Sa*
viunt. Gl
Hymnu
ut in Lau
℣. Læt
per cápita
dium & l
Isai. 51.
Ad Ma
G. * Dat
læ stolæ a
illis ut req
compleán
rum, & i
interficién
Apoc. 6.

COMMUNE CONFESSORI

[*Qui scilicet coram tyrannis passus, in pace tamen obiit.*]

Omnia de Communi secundùm dignitatem Sancti, exceptis quæ notantur infrà.

IN I. VESPERIS.

HYMNUS. *Besnault.*

Ecquis magnánimus se pugil éxhibet?
Fit verbum gládius, fit clypeus fides,
Athletámque Dei præparat árdua
Ad certámina Véritas.

Reges ante feros impávidus volat,
Testatúrque fidem, nil métuit mori;

Os viréfq
m
Præsens
FRUSTRA
cui
Nil tormé
fer
Et fidens
ad
Pœnas
PERPESSI
ciá
Commend
pit
Ceu mact
tus
Tortórũ
OSTENTA
vúl

ılcra tuæ ſtém-
glóriæ ;
ſacro , digna
:ibus
.aúrea vértici.
.ma laus , máxi-
'ılio ,
ınćte , tibi laus
ıue , Spíritus ,
répleat lúmine
:as ,
:ora cáritas.
:n.
inus mihi adjú-
t ego deſpíciam
ıeos. *Pſ.* 117.

ıíficat, *Ant.* 1. f.
bitur me coram
, confitébor &
oram Patre meo
s eſt. *Matt.* 10.

ıt infrà ad Lau-
t propria.

CIUM NOCT.
Deum patiéntiæ
* Veníte, adoré-
. 15. 5.
Veníte. 2.
. *Beſnault.*
ctor ictus ſi tibi
t ,
laudi detráhitur

ı volúntas ante-
:;
ium facit hæc vo-
s.
tos ! dura quibus

Pro Chriſtiáno nómine cón-
tigit ;
Sunt nempe truncis iſta
membris
Eméritæ monuménta pal-
mæ ;
Sunt & futúri pígnora præ-
mii :
Diláta merces mox redit
aúćtior ;
Sic , Chriſte , vis nos ire
cœlo :
Matéries datur hæc triúm-
phis.
Fac , ſimus & nos nómine
pro tuo
Semper paráti fúndere ſán-
guinem :
Quam corde toto Veritá-
tem
Crédimus, hanc fateámus
ore.
Sit laus Parénti , ſit quoque
Fílio ,
Tibíque ſit par glória , Spí-
ritus ;
Trinúmque dum vox con-
fitétur ,
Vera fides venerétur
unum.
Amen.

AD LAUDES.

Hymnus , Ecquis magná-
nimus , *ut in I. Veſperis.*

℣. Præcinxíſti me virtúte ad bellum , ℟. Et ſupplantáſti inſurgéntes in me ſubtus me. *Pſ.* 17, 40.

Ad Benedíćtus , *Ant.* 7. *d.* Confitébor nómini tuo , Dómine ; quóniam protéćtor factus es mihi , & liberáſti corpus meum à [illegible]

tióne, & in conſpéctu aſtántium factus es mihi adjútor. *Eccli.* 51. 2. 3.

Oratio. Orémus.

DEus, pro cujus nómine beátus *N.* conféſſor tuus (& póntifex) paſſiónes invíctâ fide ſuſtínuit; da nos ejus exémplo magìs elígere afflígi in hoc ſéculo, quàm temporális peccáti habére jucunditátem; Per.

AD VESPERAS.

Hymnus, Conféctor ic-tus, *ut in Officio Nocturno.*

℣. Paulò minùs conſummavérunt me in terra; Ego autem non dereliqui mandáta tua. *Pſ.* 118. 87.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. G. * Exultábo, & lætábor in miſericórdia tua, Dómine; quóniam reſpexiſti humilitátem meam, ſalváſti de neceſſitátibus ánimam meam; nec concluſiſti me in mánibus inimíci. *Pſ.* 30. 8. 9.

COMMUNE UNIUS S. PONTIFICIS.

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. *f.* DIcit Dóminus: Suſcitábo ſuper oves meas paſtórem unum; ipſe paſcet eas, & erit eis in paſtórem. *Ezech.* 34. 23.

Ant. 6. C. Dixit Jeſus: Ego veni; Ego ſum Paſtor bonus: oves meæ vocem meam aúdient; & fiet unum ovíle & unus Paſtor. *Joan.* 10. 10. 11. 16.

Ant. 1. D. Amen, amen dico vobis: Ego ſum óſtium óvium; per me ſi quis introíerit, ſalvábitur; & ingrediétur, & egrediétur, & páſcua invéniet. *Joan.* 10. 7. 9.

Ant. 8. G. Qui non intrat per óſtium, ille fur eſt & latro: qui autem intrat per óſtium, paſtor eſt óvium: huic oſtiárius áperit. *Joan.* 10. 1. 2. 3.

Ant. 5. a. Quemcúmque elégerit Dóminus, ipſe erit ſanctus. *Num.* 16. 7.

CAPITULUM. *Hebr.* 5. 4. 5. 6.

NEc quiſquam ſumit ſibi honórem, ſed qui vocátur à Deo tanquam Aáron: ſic & Chriſtus non ſemetípſum clarificávit ut Póntifex fieret; ſed qui locútus eſt ad eum, Filius meus es tu, ego hódie génui te: quemádmodum & in álio loco dicit: Tu es Sacérdos in ætérnum, ſecúndum órdinem Melchíſedech.

In Semiannualibus,

℟. Suſcitábo mihi ſacerdótem fidélem, qui juxta cor meum fáciet; * Et † Ambulábit coram Chriſto meo

.ncтis diébus. 1. *Reg.* 2.
. ℣. Invéni virum secún-
ùm cor meum, qui fáciet
mnes voluntátes meas. *Act.*
3. 22. * Et. Glória. † Am-
alábit.

HYMNUS. *Guill. Episc. Santon.*

CHRISTE, Pastórum caput atque Princeps,
Præsulis festam veneráta lucem
Débitis supplex tua templa votis
Turba frequéntat.

ILLE non vano ténuit treméndam
Spíritu sedem, próprio nec ausu:
Sed sacrum jussus, Dómino vocánte,
Sumpsit honórem.

STRENUUM bello púgilem supérni
Chrísmatis pleno tuus unxit intùs
Spíritus cornu, posuítque sanctam
Páscere gentem.

FIT gregis pastor, pater atque forma:
Omnium curas levat & labóres,
Lætus impéndit sua, seque; cunctis
Súfficit unus.

PRO reis orat, réficit geméntes,
Erigit lapsos, tenebrásque pellit,
Fit potens verbo, docet alta, pravum
Cónterit hostem.

FAC ut illíus précibus juvémur,
Christe, fac Patrem, paritérque tecum
Spíritum jugi celebrémus hymno
Omne per ævum.
Amen.

℣. Quæsívit Dóminus sibi virum juxta cor suum; ℟. Et præcépit ei Dóminus ut esset dux super pópulum suum. 1. *Reg.* 13. 14.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Respéxit ad eum Dóminus, & ait: Virórum fortíssime, vade in hac fortitúdine tua, & liberábis Isräël: scito quòd míserim te. *Judic.* 6. 14.

Oratio ut infrà ad Laudes, nisi sit propria.

[*In Annualibus ad Completorium, Ant.* 3. *a.* Ipsum elégit Dóminus Deus ut stet & minístret nómini Dómini. *Deut.* 18. 5.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 8. a. Erit ipsi pactum sacerdótii sempitérnum, quia zelátus est pro Deo suo, & expiávit scelus filiórum Isräël. *Num.* 25. 13.]

AD OFFICIUM NOCT.

INVIT. Christum Pastórum Príncipem, * Venite, adorémus. 1. *Petr.* 5. 4.

Ps. 94. Venite. 2.

HYMNUS. *Santol. Vict.*

CHRISTE, decréto Patris institútus
Póntifex summo, tibi segregátos

Ponis & formas pópulis regéndis
  Ipse minístros.

Hunc juvat festo celebráre cantu,
Qui licèt magnis méritis corúscans,
Sumpsit invitus, trepidánte dextrâ,
  Pondus honóris.

Noverat quantis páteat períclis
Ille, qui summos ápices adéptus,
Omnium curas, sibi raptus uni,
  Sústinet omnes.

Fecerat fervens amor inquiétum:
Quò gregis cari pia cura poscit,
Advolat promptus; mora non eúntem
  Ulla retárdat.

Dux iter, vitâ praeeúnte, monstrat;
Cómprobat factis sua dicta magnis,
Et domum sanctam bene olénte Christi
  Implet odóre.

Lux erat caeco, cólumen labánti,
Una spes lapso, místero levámen,
Próvidus cunctis pater, omnibúsque
  Omnia factus.

Christe, Pastórum bonus ipse Pastor,
Qui greges pascis próprio cruóre,
Fac ut aetérnae súbeant opíma
  Páscua vitae.
  Amen.

IN I. NOCTURN

Ant. 7. a. Vide ministérium quod accepísti in Dómino, ut illud ímpleas. *Coloss.* 4. 17.

Ant. 1. D. Exémplum esto fidélium, in verbo, in conversatióne, in caritáte, in fide, in castitáte. 1. Tim. 4. 12.

Ant. 3. a. Solícitè cura teípsum exhibére Deo operárium inconfusíbilem, rectè tractántem verbum veritátis. 2. *Tim.* 2. 15.

℣. Lábia sacerdótis custódient sciéntiam, ℟. Et legem requírent ex ore ejus; quia Angelus Dómini exercítuum est. *Malach.* 2. 7.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Post 1. *Lect.* ℟. Sacérdos máximus inter fratres suos, super cujus caput fusum est unctiónis óleum, * Non contaminábitur, ne pólluat sanctuárium Dómini. *Levit.* 21. 10. 11. 12. ℣. Opórtet Epíscopū sine crímine esse, sicut Dei dispensatórem. *Tit.* 1. 7. * Non contaminábitur.

Post 2. *Lect.* ℟. Rectórem te posuérunt? noli extólli: * Esto in illis quasi unus ex ipsis; curam illórum habe, & sic consíde. *Eccli.* 32. 1. 2. ℣. Si quis vult primus esse, erit ómnium novíssimus, & ómnium

ium miníster. *Marc.* 9. 34. Esto.

Post 3. *Lect.* ℞. Accéde ad altáre, & ímmola pro peccáto tuo: * Offer holocaústum, & † Deprecáre pro te, & pro pópulo. *Levit.* 9. 7. ℣. Debet Póntifex, quemádmodum pro pópulo, ita étiam pro semetípso offérre pro peccátis. *Hebr.* 5. 3. * Offer. Glória. † Deprecáre.

In II. Nocturno.

Ant. 4. *E.* Speculatórem dedi te dómui Israël; & aúdies de ore meo verbum, & annuntiábis eis ex me. *Ezech.* 3. 17.

Ant. 5. a. Si tu annuntiáveris justo, & ille non peccáverit, vivens vivet, quia annuntiásti ei; & tu ánimam tuam liberásti. *Ezech.* 3. 21.

Ant. 7. *d.* Si tu annuntiáveris ímpio, & ille non fúerit convérsus ab impietáte sua, ipse quidem in iniquitáte sua moriétur; tu autem ánimam tuam liberásti. *Ezech.* 3. 19.

℣. Probatórem dedi te in pópulo meo robústum; ℞. Et scies, & probábis viam eórum. *Jer.* 6. 27.

Lectiones in Proprio Sanctorum.

Post 4. *Lect.* ℞. Si spopónderis pro amíco tuo, defixísti apud extráneum manum tuam; fac quod dico, & temetípsum líbera: * Discúrre, festína, súscita amícum tuum, ne déderis somnum óculis tuis. *Prov.* 6. 1. 3. 4. ℣. Prædica verbum, insta opportúnè, importúnè; árgue, óbsecra, íncrepa in omni patiéntia & doctrína. 2. *Tim.* 4. 2. * Discúrre.

Post 5. *Lect.* ℞. Esto vígilans; & confírma cétera quæ moritúra erant. Si non vigiláveris, * Véniam ad te tanquam fur; & néscies quâ horâ véniam. *Apoc.* 3. 2. 3. ℣. Si speculátor víderit gládium veniéntem, & non insonúerit búccinâ, sánguinem pópuli de manu speculatóris requíram. *Ezech.* 33. 6. * Véniam.

Post 6. *Lect.* ℞. Diligénter agnósce vultum pécoris tui, tuósque greges consídera: * Non enim habébis júgiter potestátem, sed † Coróna tribuétur in generatiónem & generatiónem. *Prov.* 27. 23. 24. ℣. Vígila, in ómnibus labóra, ministérium tuum imple. 2. *Tim.* 4. 5. * Non enim. Glória. † Coróna.

In III. Nocturno.

Ant. 8. G. Vos scitis, quómodo nihil subtráxerim utílium, quóminus annuntiárem vobis públicè & per domos, in Deum pœniténtiam, & fidem in Jesum Christum. *Act.* 20. 18. 20. 21.

Ant. 1. D. Mundus sum à sánguine ómnium; non enim subterfúgi, quóminus

in iis quæ sunt ad Deum, ut ófferat dona & sacrificia pro peccátis.

℟. *br.* Dedit illi Deus * Docére Jacob testimónia, ℟. Dedit. ℣. Et in lege sua lucem dare Israël. * Docére. Glória. ℟. Dedit. *Eccli.* 45. 21.

℣. Hic erat edóctus viam Dómini, & fervens spíritu loquebátur; ℟. Et docébat diligénter ea quæ sunt Jesu. *Act.* 18. 25.

AD SEXTAM.

Ant. Invéntus est.

Capitulum. *Eccli.* 45. 19.

FActum est illi in testaméntum ætérnum, & sémini ejus sicut dies cœli, fungi sacerdótio, & habére laudem, & glorificáre pópulum suum in nómine ejus.

℟. *br.* Obtulit holocaústa * Super altáre; ℟. Obtulit. ℣. Odoratúsque est Dóminus odórem suavitátis. * Super. Glória. ℟. Obtulit. *Gen.* 8. 20. 21.

℣. Oblátio justi impínguat altáre, ℟. Et odor suavitátis est in conspéctu Altíssimi. *Eccli.* 35. 8.

AD NONAM.

Ant. In pace.

Capitulum. *Eccli.* 45. 6.

DEdit illi Deus coràm præcépta, & legem vitæ & disciplínæ, docére Jacob testaméntum suum, & judícia sua Israël.

℟. *br.* Pavit eos * In innocéntia cordis sui, ℟. Pavit. ℣. Et in intelléctibus mánuum suárum dedúxit eos. * In. Glória. ℟. Pavit. *Ps.* 77. 72.

℣. Edúxit eos de ténebris ℟. Suscépit eos de via iniquitátis eórum. *Ps.* 106. 14. 17.

AD VESPERAS.

Ant. 1. a. SAcérdos magnus, qui in vita sua suffúlsit domum, & in diébus suis corroborávit templum. *Eccli.* 50. 1.

Ant. 2. D. Curávit gentem suam, & liberávit eam à perditióne. *Eccli.* 50. 4.

Ant. 3. a. Abstulit abominatiónes; & fecit omnes servíre Dómino Deo. 2. *Par.* 34. 33.

Ant. 5. a. Zelándo zelum Dei, accépit testaméntum sacerdótii ætérni. 1. *Mach.* 2. 54.

Ant. 6. F. Effúlsit quasi ignis effúlgens, & quasi vas auri sólidum, ornátum omni lápide pretióso. *Eccli.* 50. 7. 9. 10.

Capitulum. *Eccli.* 50. 6. 7.

QUasi stella matutína in médio nébulæ, & quasi luna plena in diébus suis lucet; & quasi sol refúlgens, sic ille effúlsit in templo Dei.

In Semiannualibus,

℟. Ipse est diréctus divínitus in pœniténtiam gentis, * Et tulit abominatiónes

impietátis : & † In diébus peccatórum corroborávit pietátem. *Eccli.* 49. 3. 4. ℣. Hic est qui fuit in Ecclésia, qui accépit verba vitæ dare nobis. *Act.* 7. 38. * Et tulit. Glória. † In diébus.

Hymnus, Christe, Pastórum, *ut in I. Vesperis.*

℣. Dedit illi Dóminus testaméntum regni, ℟. Et sedem glóriæ in Israël. *Eccli.* 47. 13.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. * Beatificávit illum Deus in glória, & índuit eum stolam glóriæ, & coronávit eum in vasis virtútis. *Eccli.* 45. 9.

COMMUNE PLURIUM SS. PONTIFICUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. D. DAbo vobis pastôres juxta cor meum, & pascent vos sciéntiâ, & doctrínâ. *Jer.* 3. 15.

Ant. 2. D. Pópulum meum docébunt quid sit inter sanctum & pollútum, & inter mundum & immúndum osténdent eis. *Ezech.* 44. 23.

Ant. 3. g. Cùm fúerit controvérsia, stabunt in judíciis meis, & judicábunt. *Ezech.* 44. 24.

Ant. 4. E. Fácient super altáre holocaústa vestra; & placátus ero vobis. *Ezech.* 43. 27.

Ant. 1. D. Nomen sempitérnum dabo eis, quod non períbit : holocaústa eórum, & víctimæ eórum placébunt mihi super altári meo. *Isai.* 56. 5. 7.

CAPITULUM. *Is.* 60. 17. 18.

POnam præpósitos tuos justítiam : non audiétur iníquitas in terra tua, & occupábit salus muros tuos.

In Semiannualibus, ℟. Suscitábo super eos Pastóres, & pascent eos : non formidábunt ultrà, & non pavébunt : * Et † Nullus quærétur ex número. *Jer.* 23. 4. ℣. Oves meæ non períbunt in ætérnum, & non rápiet eas quisquam de manu mea. *Joan.* 10. 28. * Et nullus. Glória. † Nullus.

HYMNUS.

O Qui pro grégibus das ánimam tuis,
Alto consílio quàm bene próvidos
Caro ponis ovíli
Quos tu, Christe, vocas duces!

Hi justo pópulos judício regunt,
Hi de fonte bibunt quem sítiunt Deum,
Et de Númine pleni,
In nos hi superéffluunt.

Hi dum corda sacris légibus imbuunt,
Discússis ténebris stat fidei decus,

Sese pandit apérta
Toto lúmine véritas.
Facti forma, Deo quem páriunt, gregis,
Quæ sermóne docent, móribus éxprimunt;
Cùm mandant, amor urget,
Cùm damnant, amor árguit.
Nusquam lenta tenent ótia désides,
Noctes atque dies invígilant agro,
Subrépens inimícus
Ne zizánia séminet.
Quas erráre vident à grege dévias,
Cautè sollíciti per juga móntium,
Per desérta requírunt,
Et portant húmeris oves.
Laus, qui Pontífices constítuit, Patri;
Pastórum cápiti laus quoque Fílio;
Qui pinguédine mentes
Ungis, laus tibi, Spíritus.
Amen.

℣. Sacerdótes tui induántur justítiam; ℟. Et sancti tui exúltent. *Ps.* 131. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. *f.* * Super muros tuos, Jerúsalem, constítui custódes; totâ die & totâ nocte in perpétuum non tacébunt. *Isai.* 62. 6.

Oratio ut infrà ad Laudes, nisi sit propria.

[*In Annualibus ad Completorium, Ant.* 8. G. Vos estis lux mundi. Non accéndunt lucérnam, & ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. *Matt.* 5. 14. 15.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 4. f. Sic lúceat lux vestra coram homínibus; ut vídeant ópera vestra bona, & gloríficent Patrem vestrum qui in cœlis est. *Matt.* 5. 16.]

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Christum dantem Pastóres ad consummatiónem sanctórum, * Veníte, adorémus. *Eph.* 4. 12.

Ps. 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

Vos, ô Pontífices præsídium gregis,
Nostrî tangit amor, sollícitos tenet;
Olim quæ cor adússit,
Urget nunc quoque cáritas.
Christi frugífero vínea pálmite
Vestris crescit adhuc culta labóribus;
Cœlo sémina surgunt,
Vobis nata satóribus.
Vobis una fuit cura, salus gregis;
Vobis una quies, contínuus labor;
Vobis vívere, Christus;
Vobis grande lucrum, mori.
In vos turpis opum nil pótuit fames:
Thesaúrus pótior péctora móverat;

Æris pródiga dextra
Sparsit quæ méteret polo.
Qua duxére tuum Pontífices gregem,
Quâ nos, Christe, præis, cúrrere fac viam:
Duc, ne lóngiùs errent;
Serva, ne péreant oves.
Laus, qui Pontífices constítuit, Patri;
Pastórum cápiti laus quoque Fílio;
Qui pinguédine mentes
Ungis, laus tibi, Spíritus.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Sacerdótes qui accédunt ad Dóminum, sanctificéntur. *Exod.* 19. 22.

Ant. 2. D. Erunt Dómino offeréntes sacrifícia in justítia: & placébit Dómino sacrifícium. *Malach.* 3. 3. 4.

Ant. 3. g. Custódiant præcépta mea, ut non subjáceant peccáto, & moriántur in sanctuário, cùm pollúerint illud. *Levit.* 22. 9.

℣. Sacríficent sacrifícium laudis, ℟. Et annúntient ópera Dómini in exultatióne. *Ps.* 106. 22.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Post 1. *Lect.* ℟. Sacerdótes sancti erunt Deo suo, & non pólluent nomen ejus: * Incénsum enim Dómini, & panes Dei sui ófferunt, & ídeo sancti erunt. *Levit.* 21. 6. ℣. Scriptum est: Sancti éritis, quóniam ego sanctus sum. 1. *Petr.* 1. 16. * Incénsum.

Post 2. *Lect.* ℟. In médio suî sanctificántes nomen meum sanctificábunt Sanctum Jacob, & Deum Israël prædicábunt; * Et scient errántes spíritu intelléctum. *Isai.* 29. 23. 24. ℣. Est scriptum in Prophétis: Et erunt omnes docíbiles Dei. *Joan.* 6. 45. * Et scient.

Post 3. *Lect.* ℟. Beáti servi illi, quos, cùm vénerit Dóminus, invénerit vigilántes: * Præcínget se, & fáciet illos discúmbere, & † Tránsiens minístrábit illis. *Luc.* 12. 37. ℣. Qui vigiláverint ad illum, invénient benedictiónem. *Eccli.* 32. 18. * Præcínget. Glória. † Tránsiens.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. *E.* Atténdite vobis, & univérso gregi in quo vos Spíritus-sanctus pósuit Epíscopos, régere Ecclésiam Dei. *Act.* 20. 28.

Ant. 5. a. Præcéptum sempitérnum est, ut habeátis sciéntiam discernéndi inter sanctum & profánum, doceatísque fílios Israël ómnia legítima mea. *Levit.* 10. 9. 10. 11.

Ant. 7. a. Si præoccupátus fúerit homo in áliquo delícto, vos, qui spirituáles estis, hujúsmodi instrúite in spíritu lenitátis. *Gal.* 6. 1.

℣. Erudímini, qui judicá-

tis terram. ℞. Servíte Dómino in timóre, & exultáte ei cum tremóre. *Ps.* 2. 10. 11.

Lectiones in Proprio Sanctorum.

Post 4. *Lect.* ℞. Páscite, qui in vobis est, gregem Dei, providéntes non coáctè, sed spontáneè secúndùm Deum: neque turpis lucri grátiâ, sed voluntáriè: neque ut dominántes in cleris, sed * Forma facti gregis ex ánimo. 1. *Petr.* 5. 2. 3. ℣. Vos qui estis príncipes familiárū Leviticárum, sanctificámini cum frátribus vestris. 1. *Par.* 15. 12. * Forma.

Post 5. *Lect.* ℞. Quod justum est judicáte: nulla erit distántia personárum: * Ita parvum audiétis ut magnum; nec accipiétis cujúsquam persónam, quia Dei judícium est. *Deut.* 1. 16. 17. ℣. Nolíte in personárum acceptióne habére fidem Dómini nostri Jesu Christi glóriæ. *Jac.* 2. 1. * Ita parvum.

Post 6. *Lect.* ℞. Quóniam vos estis presbyteri in pópulo Dei, & ex vobis pendet ánima illórum, * Ad elóquium vestrum † Corda eórum erígite. *Judith.* 8. 21. ℣. Corrípite inquiétos, consolámini pusillánimes, suscípite infírmos, patiéntes estóte ad omnes. 1. *Thess.* 5. 14. * Ad elóquium. Glória Patri. † Corda.

In III. Nocturno.

Ant. 3. 2. Non domi-mur fídei vestræ, sed adju-tóres sumus gaúdii vestri. 2. *Cor.* 1. 23.

Ant. 1. F. Non enim nos-ipsos prædicámus, sed Je-sum Christum Dóminum nostrum; nos autem servos vestros per Jesum. 2. *Cor.* 4. 5.

Ant. 6. F. Ille ánimam suam pro nobis pósuit: & nos debémus pro frátribus ánimas pónere. 1. *Joan.* 3. 16.

℣. Prædíximus quòd in córdibus nostris estis, ℞. Ad commoriéndum & ad convivéndum. 2. *Cor.* 7. 3.

Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.

Post 7. *Lect.* ℞. Sic nos exístimet homo ut minístros Christi, & dispensatóres mysteriórum Dei. * Hìc jam quæritur inter dispensatóres, ut fidélis quis inveniátur. 1. *Cor.* 4. 1. 2. ℣. Multi hómines misericórdes vocántur: virum autem fidélem quis invéniet? *Prov.* 20. 6. * Hìc jam.

Post 8. *Lect.* ℞. Némini dantes ullam offensiónem, ut non vituperétur ministérium nostrum, * In ómnibus exhibeámus nos sicut Dei minístros, in multa patiéntia. 2. *Cor.* 6. 3. 4. ℣. Deus enim sanctus, & fortis æmulátor est, nec ignóscet sceléribus atque peccátis.

Josue 24. 19. * In ómnibus.

Post 9. *Lect.* ℟. Scitis quáliter unumquémque vestrûm, sicut pater filios suos, testificáti sumus, ut ambularétis dignè Deo, * Qui vocávit vos in suum regnum & glóriam. 1. *Thess.* 2. 11. 12. ℣. Audíte ergo filii: Servíte Dómino in veritáte, & inquírite ut faciátis quæ plácita sunt illi. *Tob.* 14. 10. * Qui vocávit. Glória. * Qui vocávit.

℣. *Sacerd.* Benedícite, Sacerdótes Dómini, Dómino: ℟. Laudáte & superexaltáte eum in sécula. *Dan.* 3. 84.

AD LAUDES.

Ant. 1. D. Deus idóneos nos fecit minístros novi testaménti; non litterâ, sed spíritu. 2. *Cor.* 3. 6.

Ant. 7. a. Habéntes administratiónem, juxta quod misericórdiam consecúti sumus, non defícimus. 2. *Cor.* 4. 1.

Ant. 3. g. Os nostrum patet ad vos, cor nostrum dilatátum est: dilatámini & vos. 2. *Cor.* 6. 11. 13.

Ant. 5. a. Christum nos annuntiámus, corripiéntes & docéntes in omni sapiéntia, ut exhibeámus omnem hóminem perféctum in Christo Jesu. *Coloss.* 1. 28.

Ant. 4. d. In simplicitáte cordis & sinceritáte Dei & non in sapiéntia carnáli, sed in grátia Dei, conversáti sumus in hoc mundo: abundántiùs autem ad vos. 2. *Cor.* 1. 12.

Capitulum. 1. *Thess.* 4. 1.

Fratres, rogámus vos & obsecrámus in Dómino Jesu, ut quemádmodum accepístis à nobis, quómodo opórteat vos ambuláre & placére Deo, sic & ambulétis ut abundétis magìs.

Hymnus, O qui pro grégibus, *suprà in I. Vesperis.*

℣. Dilígite lumen sapiéntiæ, ℟. Omnes qui præéstis pópulis. *Sap.* 6. 23.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. a. Cùm apparúerit Princeps Pastórum, percipiétis immarcescíbilem glóriæ corónam. 1. *Petr.* 5. 4.

Oratio. Orémus.

Deus, qui pópulis tuis indulgéntiâ consulis, & amóre domináris, quique illis regéndis vicários caritátis tuæ præficis minístros; da, quæsumus, intercedéntibus beátis N. & N. Pontifícibus, spíritum sapiéntiæ, quibus præésse dedísti Ecclésiæ tuæ, ut de proféctu sanctárum óvium fiant gaúdia ætérna Pastórum; Per.

AD PRIMAM.

Ant. Deus idóneos.

AD TERTIAM.

Ant. Habéntes.

CAPITULUM. *Hebr.* 13. 17.

OBedíte Prepósitis vestris, & subjacéte eis: ipsi enim pervígilant, quasi ratiónem pro animábus vestris redditúri, ut cum gáudio hoc fáciant, & non geméntes; hoc enim non expedit vobis.

℟. *br.* Semper triúmphat nos Deus * In Christo Jesu. ℟. Semper. ℣. Et odórem notítiæ suæ maniféstat per nos. ℟. In Christo. Glória. ℟. Semper. 2. *Cor.* 2. 14.

℣. Christi bonus odor sumus Deo, ℟. In iis qui salvi fiunt. 2. *Cor.* 2. 15.

AD SEXTAM.

Ant. Os nostrum.

CAPITULUM. 1. *Thess.* 2. 8.

DEsiderántes vos, cúpidè volebámus trádere vobis non solùm Evangélium Dei, sed étiam ánimas nostras; quóniam caríssimi nobis facti estis.

℟. *br.* Facti sumus párvuli * In médio vestrûm, ℟. Facti. ℣. Tanquam si nutrix fóveat fílios suos. * In médio. Glória Patri. ℟. Facti. 1. *Thess.* 2. 7.

℣. Glória vestra sumus, sicut & vos nostra, ℟. In die Dómini nostri Jesu Christi. 2. *Cor.* 1. 14.

AD NONAM.

Ant. In simplicitáte.

CAPITULUM 1. *Thess.* 2. 4. 5. 6.

LOquimur, non qu[asi] homínibus placén[tes], sed Deo, qui probat co[rda] nostra: neque enim ali[-] quándo fuimus in sermó[ne] adulatiónis, sicut scitis; neque in occasióne avarítiæ, Deus testis est; nec quæréntes ab homínibus glóriam.

℟. *br.* Coram Deo, * In Christo lóquimur: ℟. Coram. ℣. Omnia autem, caríssimi, propter ædificatiónem vestram. * In Christo. Glória. ℟. Coram. 2. *Cor.* 12. 19.

℣. Lóquimur non in doctis humánæ sapiéntiæ verbis, ℟. Sed in doctrína Spíritûs. 1. *Cor.* 2. 13.

AD VESPERAS.

Ant. 1. D. LAudémus viros gloriósos, & paréntes nostros; hómines dívites in virtúte, pacificántes in dómibus suis. *Eccli.* 44. 1. 6.

Ant. 1. a. Illi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt; & glória eórum non derelinquétur. *Eccli.* 44. 10. 13.

Ant. 2. D. Habéntes librum legis Dómini, circuíbant cunctas urbes, atque erudiébant pópulum. 2. *Par.* 17. 9.

Ant. 8. G. Ad eórum eruditiónem omnis Israël san-

dificabátur Dómino. 2. *Par.* 35. 3.

Ant. 7. d. Glória eórum non derelinquétur, & nomen eórum vivit in generatiónem & generatiónem. *Eccli.* 44. 13. 14.

CAPITULUM. *Dan.* 12. 3.

QUi docti fúerint, fulgébunt quasi splendor firmaménti; & qui ad justítiam erúdiunt multos, quasi stellæ in perpétuas æternitátes.

In Semiannualibus,

℟. Imperántes in præsénti pópulo sanctíssima verba, in generatiónibus gentis suæ * Glóriam adépti sunt; & † Habéntur in laúdibus. *Eccli.* 44. 4. 7. ℣. Operáti sunt justítiam, adépti sunt repromissiónes. *Hebr.* 11. 33. * Glóriam. Glória Patri. † Habéntur.

Hymnus, Vos, ô Pontífices, *suprà in Officio Nocturno.*

℣. Sapiéntiam eórum narrent pópuli, ℟. Et laudem eórum núntiet Ecclésia. *Eccli.* 44. 15.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D. * Mementóte Præpositórum vestrórum, qui vobis locúti sunt verbum Dei: quorum intuéntes éxitum conversatiónis, imitámini fidem. *Hebr.* 13. 7.

COMMUNE SS. DOCTORUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. 2. D. MElior est sapiéntia cunctis pretiosíssimis; & omne desiderábile ei non potest comparári. *Prov.* 8. 11.

Ant. 4. E. Nescit homo prétium ejus, nec invenítur in terra suáviter vivéntium. *Job* 28. 13.

Ant. 8. G. Abscóndita est ab óculis ómnium vivéntium sapiéntia; Deus intélligit viam ejus; & ipse novit locum illíus. *Job* 28. 21. 23.

Ant. 5. a. Qui vigiláverit propter sapiéntiam, citò secúrus erit; quóniam dignos seípsâ círcuit quærens, & in viis osténdit se illis hiláriter. *Sap.* 6. 16. 17.

Ant. 6. F. Inítium sapiéntiæ veríssima est disciplínæ concupiscéntia: ergo accípite disciplínam, & próderit vobis. *Sap.* 6. 18. 27.

CAPITULUM. *Eccli.* 15. 10.

A Deo profécta est sapiéntia; sapiéntiæ enim Dei astábit laus, & in ore fidéli abundábit, & dominátor dabit eam illi.

In Semiannualibus,

℟. Dóminus dat sapiéntiam sapiéntibus, & sciéntiam intelligéntibus disciplínam:

* Ipse revélat profúnda & abscóndita; & † Lux cum eo est. *Dan.* 2. 21. 22.
℣. Spíritus ómnia scrutátur, étiam profúnda Dei. 1. *Cor.* 2. 10. * Ipse. Glória. † Lux.

HYMNUS. *Santol. Vict.*

O, Qui perpétuus nos mónitor doces;
Vox ætérna Patris, Christe, vicários
Doctóres, pátrias cum rémeas domos,
Nobis quàm benè súppetis!
Hi semper vígilant, ne quid adúlterum
Corrúmpat fídei vírgineum decus:
Lædi vel léviter non pátitur fides,
His custódibus íntegra.
INFAMES ábolent relliquias deûm;
Erróres ábigunt, crímina dédocent;
Christo restítuunt, quos malè crédulos
Mendax lúserat hæresis.
PATRUM caníriem, tot venerábiles
Rugas objíciunt, unde nitet fides:
Quæ sunt prisca, docent; quæ nova, súbruunt:
Servant depósitum Dei.
SIT supréma tibi glória, Véritas,
Quæ per scripta Patrum quando foris sonas,
Nullo vocis egens, corda doces, sono,
Et nunc ómnibus sǽculis.
Amen.

℣. Beátus homo quem tu erudíeris, Dómine, ℟. Et de lege tua docúeris eum. *Ps.* 93. 12.

Ad Magníficat, Ant. 6. C. Beátus vir, qui excógitat vias sapiéntiæ in corde suo, vadens post illam quasi investigátor: protegétur sub tégmine illíus à fervóre, & in glória ejus requiéscet. *Eccli.* 14. 23. 27.

Oratio infrà in Laudibus, nisi sit propria.

[*In Annualibus ad Completorium, Ant.* 1. *a.* Quod egréssum est de lábiis meis, Dómine, rectum in conspéctu tuo fuit. *Jer.* 17. 16.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 5. a. Habébo per sapiéntiam immortalitátem; & memóriam ætérnam his, qui post me futúri sunt, relinquam. *Sap.* 8. 13.]

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Fontem sapiéntiæ Verbum Dei in excélsis, * Veníte, adorémus. *Eccli.* 1. 5.

Ps. 94. Veníte, 2.

HYMNUS. *Santol. Vict.*

JAM nunc, quæ númeras tot tibi víndices,
Effer sídereum, Relligio, caput:
Quot sunt mota tibi prælia, nóbiles
Tot nectis tibi laúreas.
CUM per mille neces impíetas furit,

Oppónis válido péctore mártyres;
Cùm per mille dolos décipit hæresis,
Doctóres tibi súscitas.
QUANDO sparsa lues úndique críminum,
Hi gliscens vítium prótinus ámputant:
Quando plúrima nox méntibus íncubat,
Hi plenum révehunt diem.
FIRMANT instábiles, & dúbios regunt;
Monstrant tuta procul líttora naúfragis;
Nobis, qui véhimur cæca per æquora,
Lucent perpétuæ faces.
QUÆ dixére tuis cónsona sénsibus,
Nostris illa, Deus, córdibus ímprimas;
Quos terris cólimus, quos séquimur duces,
Fac nos móribus ássequi.
SIT supréma tibi glória, Véritas,
Quæ per scripta Patrum quando foris sonas,
Nullo vocis egens, corda doces, sono,
Et te méntibus ínseris.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Sapiéntia non est multis maniféfta; quibus autem cógnita est, pérmanet usque ad conspéctum Dei. *Eccli.* 6. 23.

Ant. 4. E. Os prudéntis quæritur in ecclésia, & verba illíus cogitábunt in córdibus suis. *Eccli.* 21. 20.

Ant. 3. g. Sciéntia sapiéntis tanquam inundátio abundábit; & consílium illíus sicut fons vitæ pérmanet. *Eccli.* 21. 16.

℣. In médio ecclésiæ apériet os ejus, ℟. Et adimplébit illum spíritu sapiéntiæ & intelléctûs. *Eccli.* 15. 5.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Post 1. *Lect.* ℟. Sápiens apériet os suum in oratióne; * Si enim Dóminus magnus volúerit, spíritu intelligéntiæ replébit illum. *Eccli.* 39. 7. 8. ℣. Si quis vestrûm índiget sapiéntiâ, póstulet à Deo, qui dat ómnibus afluénter. *Jac.* 1. 5. * Si enim.

Post 2. *Lect.* ℟. Ipse tanquam imbres mittet elóquia sapiéntiæ suæ. * Ipse palàm fáciet disciplínam doctrínæ suæ, & in lege testaménti Dómini gloriábitur. *Eccli.* 39. 9. 11. ℣. Multos filiórum Israël convértet ad Dóminum Deum ipsórum. *Luc.* 1. 16. * Ipse.

Post 3. *Lect.* ℟. Omnis scriba doctus in regno cœlórum, * Símilis est hómini patri-famílias, qui † Profert de thesaúro suo nova & vétera. *Matt.* 13. 52. ℣. In corde prudéntis requiéscit sapiéntia, & indóctos quosque erúdiet. *Prov.* 14. 33. * Símilis. Glória. † Profert.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Appóne cor

ad doctrínam meam ; quæ pulcra erit tibi, cùm serváveris eam, & redundábit in lábiis tuis. *Prov.* 22. 17. 18.

Ant. 7. c. Ecce dedi verba mea in ore tuo ; ecce constitui te ut evéllas, & déstruas, & dispérdas, & ædífices, & plantes. *Jer.* 1. 9. 10.

Ant. 2. D. Depósitum custódi, devítans profánas vocum novitátes, & oppositiónes falsi nóminis sciéntiæ. 1. *Tim.* 6. 20.

℣. Non véntiles te in omnem ventum, ℟. Et non eas in omnem viam. *Eccli.* 5. 11.

Lectiones in Proprio Sanctorum.

Post 4. *Lect.* ℟. A juventúte tua éxcipe doctrínam, & usque ad canos invénies sapiéntiam. * Quasi is qui arat, & séminat, accéde ad eam, & sústine bonos fructus illíus. *Eccli.* 6. 18. 19. ℣. Hæc meditáre : in his esto, ut proféctus tuus maniféstus sit ómnibus. Atténde tibi & doctrínæ. 1. *Tim.* 4. 15. 16. * Quasi is qui.

Post 5. *Lect.* ℟. Altióra te ne quæsíeris, & fortióra te ne scrutátus fúeris : sed * Quæ præcépit tibi Deus, illa cógita semper. *Eccli.* 3. 22. ℣. Stultas quæstiónes, & contentiónes, & pugnas legis devíta ; sunt enim inútiles, & vanæ. *Tit.* 3. 9. * Quæ præcépit.

Post 6. *Lect.* ℟. Dabo te in murum æreum, fortem, & * Bellábunt advérsum te, & non prævalébunt. *Jer.* 15. 20. ℣. Erunt hómines supérbi, & voluptátum amatóres magis quàm Dei ; hi resístunt veritáti, corrupti mente, réprobi circa fidem, sed ultrà non profícient. 2. *Tim.* 3. 4. 8. 9. * Bellábunt. Glória Patri. * Bellábunt.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. d. Propósui sapiéntiam addúcere mihi ad convivéndum ; sciens quóniam mecum communicábit de bonis. *Sap.* 8. 9.

Ant. 7. a. Quæsívi sapiéntiam palàm in oratióne mea, & efflóruit tanquam præcox uva. *Eccli.* 51. 18. 19.

Ant. 1. D. Invénti sunt sermónes tui, Dómine, & comédi eos ; & factum est mihi verbum tuum in lætitiam cordis mei. *Jer.* 15. 16.

℣. Scrutábor legem tuam, Dómine, ℟. Et custódiam illam in toto corde meo. *Ps.* 118. 34.

Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.

Post 7. *Lect.* ℟. Super salútem & spéciem diléxi sapiéntiam, & * Propósui pro luce habére illam : venérunt autem mihi ómnia bona páriter cum illa. *Sap.* 7. 10. 11. ℣. Quæ desúrsum est sapiéntia, primùm quidem pudíca est, deinde pacífica, plena misericórdiâ & frúctibus

bonis. *Jac.* 3. 17. * Propósui.

Post 8. *Lect.* ℟. Optávi, & datus est mihi sensus; & invocávi, & venit in me spíritus sapiéntiæ: Et præpósui illam regnis & sédibus, * Et divítias nihil esse duxi in comparatióne illíus. *Sap.* 7. 7. 8. ℣. Exístimo ómnia detriméntum esse, propter eminéntem sciéntiam Jesu Christi Dómini mei. *Philipp.* 3. 8. * Et divítias.

Post 9. *Lect.* ℟. Sapiéntia bonórum ómnium mater est; quam sine fictióne dídici, & sine invídia commúnico. * Infinítus enim thesaúrus est; quo qui usi sunt, † Partícipes facti sunt amicítiæ Dei. *Sap.* 7. 12. 13. 14. ℣. Bonus homo de bono thesaúro cordis sui profert bonum. *Luc.* 6. 45. * Infinítus. Glória Patri. † Partícipes.

℣. Sacerd. Sit nomen Dómini benedíctum à século & usque in séculum; ℟. Quia sapiéntia & fortitúdo ejus sunt. *Dan.* 2. 20.

AD LAUDES.

Ant. 1. D. Dominus dedit mihi linguam eruditã, ut sciam sustentáre eum, qui lassus est, verbo: ego autem retrórsùm non ábii. *Isai.* 50. 4. 5.

Ant. 6. F. Sermo meus non in persuasibílibus humánæ sapiéntiæ verbis, sed in ostensióne spíritûs, & virtútis. 1. *Cor.* 2. 4.

Ant. 3. a. Auxílio adjútus Dei sto, testíficans minóri atque majóri, nihil extrà dicens quàm ea quæ prophétæ locúti sunt. *Act.* 26. 22.

Ant. 4. f. Non judicávi me scire áliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum. 1. *Cor.* 2. 2.

Ant. 5. a. Si nóverim mystéria ómnia, & omnem sciéntiam; caritátem autem non habúero, nihil sum. 1. *Cor.* 13. 2.

Capitulum. *Sap.* 7. 15. 16.

Mihi dedit Deus dícere ex senténtia, & præsúmere digna horum quæ mihi dantur; quóniam ipse sapiéntiæ dux est, & sapiéntium emendátor: in manu enim illíus & nos, & sermónes nostri, & omnis sapiéntia, & óperum sciéntia & disciplína.

Hymnus. *Santol. Vict.*

Vos succénsa Deo spléndida lúmina:
Vos sal, nos hómines quo sápimus Deum;
Ævum, puri ánimo, móribus íntegri,
Quo condímur in álterum.

Per vos Relígio, tútaque Véritas;
Per vos virgíneis fulget honóribus:
Per vos Christus amat pándere dívites
Thesáuros sapiéntiæ.

gem Dómini, & fáceret, & docéret. 1. *Esdr.* 7. 9, 10.

℣. Qui fécerit, & docúerit, hic magnus vocábitur in regno cœlórum. *Matt.* 5. 19. * Parávit. Glória. * Parávit.

Hymnus, O, qui perpétuus, *ut in primis Vesperis.*

℣. Sápiens in pópulo hereditábit honórem, ℟. nomen illíus erit vivens in ætérnum. *Eccli.* 37. 29.

Ad Magníficat, Ant. 1. D.* Non recédet memoria ejus, & nomen ejus requirétur à generatióne in generatiónem: sapiéntiam ejus enarrábunt gentes, & laudem ejus enuntiábit ecclésia. *Eccli.* 39. 13. 14.

COMMUNE SS. PRESBYTERORUM.

IN I. VESPERIS.

Ant 2. D. QUi recessérunt à me in erróre filiórum Israël, non appropinquábunt ad me, ut sacerdótio fungántur mihi. *Ezech.* 44. 10. 13.

Ant. 1. a. Qui custodiérunt cæremónias sanctuárii mei, ipsi accédent ad me, ut minístrent mihi. *Ezech.* 44. 15.

Ant. 7. *d.* Stabunt in conspéctu meo ut ófferant mihi ádipem; & custódiant cæremónias meas. *Ezech.* 44. 15. 16.

Ant. 3. E. Vocabúntur fortes justítiæ, plantátio Dómini ad glorificándum: & ædificábunt desérta, & ruínas antíquas érigent. *Isai.* 61. 3. 4.

Ant. 5. a. Erunt Sacerdótes Dei & Christi, & regnábunt cum illo. *Apoc.* 20. 6.

CAPITULUM. *Num.* 8. 18. 19.

TUli Levítas pro cunctis primogénitis filiórum Israël; tradidíque eos dono Aáron & filiis ejus de médio pópuli, ut sérviant mihi pro Israël in tabernáculo fœderis, & orent pro eis.

In Semiannualibus,

℟. Notum fáciet Dóminus qui ad se pertíneant, & sanctos applicábit sibi; * Et † Quos elégerit, appropinquábunt ei. *Num.* 16. 5.
℣. Hi probéntur primùm: & sic minístrent, nullum crimen habéntes. 1. *Tim.* 3. 10. * Et quos. Glória. † Quos.

HYMNUS. *Besnault.*

JAM satis fluxit cruor hostiárum,
Prístinæ cessent holocáusta legis,
Christe, quos formas, melióra libant
Sacra minístri.

) SEXTAM.
t. Auxilio.
TULUM. I. *Tim.* 6.
3. 4.
uis áliter docet,& non
quiéſcit ſanis ſermó-
Dómini noſtri Jeſu
i, & ei, quæ ſecún-
pietátem eſt, doctrí-
ſupérbus eſt, nihil
.
br. Viam veritátis elé-
Judícia tua non ſum
s. ℟. Viam. ℣. Ad-
eſtimóniis tuis, Dómi-
Judícia. Glória. ℟.
Pſ. 118. 30. 31.
Omnium ártifex dócuit
piéntia; ℟. Eſt enim
ſpíritus intelligéntiæ
s. *Sap.* 7. 21. 22.

) NONAM.
:. Si nóverim.
TULUM. I. *Tim.* I.
5. 6. 7.
is præcépti eſt cáritas
corde puro, & con-
a bona, & fide non
à quibus quidam aber-
convérſi ſunt in vani-
m, voléntes eſſe legis
es, non intelligéntes
quæ loquúntur, ne-
quibus affírmant.
br. Veritátem tuam
alutáre tuum dixi. ℟.
tem. ℣. Non abſcón-
ericórdiam tuam, &
em tuam. * Et ſalu-
Glória. ℟. Veritátem.
. II.
Pronuntiávi ómnia ju-
dícia oris tui: ℟. In via te-
ſtimoniórum tuórum dele-
ctátus ſum. *Pſ.* 118. 13. 14.

AD VESPERAS.

Ant. FUit gratus Deo, &
I. *f.* erudítus eſt omni
ſapiéntiâ, & erat potens in
verbis, & in opéribus ſuis.
Act. 7. 20. 22.

Ant. 2. D. Poſtquam ſe
ámpliùs dedit ad diligén-
tiam lectiónis legis, vóluit
& ipſe ſcríbere, quæ ad do-
ctrínam & ſapiéntiam pér-
tinent. *Eccli. prolog.*

Ant. 3. *a.* Dócuit pópu-
lum, quæsívit verba utília,
& conſcripſit ſermónes re-
ctíſſimos, ac veritáte ple-
nos. *Eccle.* 12. 9. 10.

Ant. 4. d. Dedit illi ſa-
piéntia ſciéntiam ſanctó-
rum; honeſtávit illum in la-
bóribus. *Sap.* 10. 10.

Ant. 5. a. Collaudábunt
multi ſapiéntiam ejus, &
uſque in ſéculum non delé-
bitur. *Eccli.* 39. 12.

CAPITULUM. *Prov.* 3. 13.
14. 15.

BEátus homo qui invénit
ſapiéntiam, & qui áf-
fluit prudéntiâ: mélior eſt
acquiſítio ejus negotiatióne
argénti, & auri primi &
puríſſimi fructus ejus: pre-
tióſior eſt cunctis ópibus;
& ómnia, quæ deſiderántur,
huic non valent comparári.

In Semiannualibus,

℟. Juxta manum Dei bo-
nam ſuper ſe, * Parávit cor
ſuum, ut inveſtigáret le-

lam, non ófferet panes Deo suo, ℟. Nec accédet ad ministérium ejus. *Levit.* 21. 17.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Post 1. *Lect.* ℟. Státues Levítas in conspéctu Aáron, & consecrábis oblátos Dómino; ac * Separábis de médio filiórum Israël, ut sint mei. *Num.* 8. 13. 14. ℣. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. *Joan.* 17. 16. * Separábis.

Post 2. *Lect.* ℟. Non erit eis heréditas, ego heréditas eórum, ego posséssio eórum: * Víctimam pro peccáto ipsi cómedent; & omne votum in Israël ipsórum erit. *Ezech.* 44. 28. 29. ℣. Qui in sacrário operántur, quæ de sacrário sunt, edunt; & qui altári desérviunt, cum altári partícipant. 1. *Cor.* 9. 13. * Víctimam.

Post 3. *Lect.* ℟. Qui bene præsunt Prebyteri, dúplici honóre digni habeántur; máximè qui labórant in verbo, & doctrína; * Dicit enim Scriptúra: † Dignus est operárius mercéde suâ. 1. *Tim.* 5. 17. 18. ℣. Honorífica Sacerdótes: da illis partem, sicut mandátum est tibi, primitiárum. *Eccli.* 7. 33. * Dicit. Glória. † Dignus est.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Audíte, Levítæ: Sanctificámini, mundáte domum Dómini & auférte omnem im dítiam de sanctuário. 2. P 29. 5.

Ant. 5. a. Pollútum te tángere: mundámini, q fertis vasa Dómini. *Isai.* 52. 11.

Ant. 6. F. Portábitis iniquitátem sanctuárii, & sustinébitis peccáta sacerdótii vestri; & ministrábitis in tabernáculo testimónii. *Num.* 18. 1. 2.

℣. Sacrificáte sacrifícium justítiæ, ℟. Et speráte in Dómino. *Ps.* 4. 6.

Lectiones in Proprio Sanctorum.

Post 4. *Lect.* ℟. Nolíte neglígere, * Vos elégit, Dóminus ut stetis coram eo, & ministrétis illi. 2. *Par.* 29. 11. ℣. Superædificámini, domus spirituális, sacerdótium sanctum, offérre spirituáles hóstias, acceptábiles Deo. 1. *Petr.* 2. 5. * Vos elégit.

Post 5. *Lect.* ℟. Ministráte in sanctuário, & sanctificáti immoláte: * Fratres étiam vestros, ut possint juxta verba quæ locútus est Dóminus fácere, præparáte. 2. *Par.* 35. 5. 6. ℣. Dignè Evangélio Christi conversámini, collaborántes fidei Evangélii. *Philipp.* 1. 27. * Fratres.

Post 6. *Lect.* ℟. Succíncti lumbos mentis vestræ, secúndùm eum, qui vocávit vos, Sanctum; * Et ipsi † In

omni conversatióne sancti ...itis. 1. *Petr.* 1. 13. 15. ℣. Ego sum Dóminus : sancti éritis, quia ego sanctus sum. *Levit.* 11. 45. * Et ipsi. Glória. † In omni.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Erit hoc vobis legítimum sempitérnum, ut orétis pro filiis Israël, & pro cunctis peccátis eórum. *Levit.* 16. 34.

Ant. 8. c. Date Dómino glóriam, leváte sacrifícium, & veníte in conspéctu ejus; & adoráte Dóminum in decóre sancto. 1. *Par.* 16. 29.

Ant. 6. F. Cæremónias, & judícia, & mandátum custodíte : & pactum quod percússit vobíscum Deus, nolíte oblivísci. 4. *Reg.* 17. 37. 38.

℣. Confortámini, & ágite diligénter; ℟. Et erit Dóminus vobíscum in bonis. 2. *Par.* 19. 11.

Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.

Post 7. *Lect.* ℟. Vidéte quid faciátis; non enim hóminis exercétis judícium, sed Dómini : &*Quodcúmque judicavéritis, in vos redundábit. Sit timor Dómini vobíscum, & cum diligéntia cuncta fácite. 2. *Par.* 19. 6. 7. ℣. Nolíte judicáre secúndum fáciem, sed justum judícium judicáte. *Joan.* 7. 24. * Quodcúmque.

Post 8. *Lect.* ℟. Ubicúmque quæstio est de lege, de mandáto, de cæremóniis, de justificatiónibus; osténdite eis, ut non peccent, & ne véniat ira super vos & super fratres vestros : * Sic agéntes non peccábitis. 2. *Par.* 19. 10. ℣. Estóte prudéntes; unusquísque, sicut accépit grátiam, in altérutrum illam administrántes, sicut boni dispensatóres multifórmis grátiæ Dei. 1. *Petr.* 4. 7. 10. * Sic agéntes.

Post 9. *Lect.* ℟. Vos genus eléctum, regále sacerdótium, gens sancta, pópulus acquisitiónis; * Ut virtútes annuntiétis ejus, † Qui de ténebris vos vocávit in admirábile lumen suum. 1. *Petr.* 2. 9. ℣. Si custodiéritis pactum meum, éritis mihi in pecúlium, & in regnum sacerdotále, & gens sancta. *Exod.* 19. 5. 6. * Ut virtútes. Glória. † Qui de ténebris.

℣. SACERD. Domus Aáron, benedícite Dómino : ℟. Domus Levi, benedícite Dómino. *Ps.* 134. 19. 20.

AD LAUDES.

Ant. 8. *G.* O Homo Dei, sectáre justítiam, pietátem, fidem, caritátem, patiéntiam, mansuetúdinem. 1. *Tim.* 6. 11.

Ant. 8. G. Confortáre in grátia quæ est in Christo Jesu : nemo mílitans Deo ímplicat se negótiis seculáribus; ut ei pláceat, cui se probávit. 2. *Tim.* 2. 1. 4.

Ant. 5. a. Atténde lectió-

ni, exhortatióni, & doctrínæ: noli negligere grátiam quæ in te est, quæ data est tibi cum impositióne mánuum presbytérii. 1. *Tim.* 4. 13. 14.

Ant. 4. *E.* Servum Dómini non opórtet litigáre; sed mansuétum esse ad omnes, cum modéstia corripiéntem eos qui resístunt veritáti. 2. *Tim.* 2. 24. 25.

Ant. 5. a. Beátus ille servus, quem, cùm vénerit dóminus ejus, invénerit sic faciéntem: Amen dico vobis, quóniam super ómnia bona sua constituet eum. *Matt.* 24. 46. 47.

CAPITULUM. *Tit.* 2. 7. 8.

IN ómnibus teípsum præbe exémplum bonórum óperum, in doctrína, in integritáte, in gravitáte, verbum sanum, irreprehensíbile; ut is qui ex advérso est, vereátur, nihil habens malum dícere de nobis.

HYMNUS. *Besnault.*

O Sacerdótum veneránda jura!
Ceu vices Christi téneant, salútis
Arbitri claudunt reserántque nobis
Atria cœli.

OMNE pendéntes scelus in statéra,
Cùm reum solvunt, Deus ipse solvit;
Cùm ligant sontem, Deus ipse sontis
Víncula nectit.

QUAM manus morbis ad-
bent perítas!
Cùm secant, semper p
dextra cædit;
Cùm fovent, semper pi
nit ungens
Vúlnera dextra.

VERBA dum promunt, populus fidélis
Excipit vocem, cúpidus de
céri;
Nempe divínæ sacra verba
legis
Mente recóndunt.

IRRUENS prompti cohibent fulmen,
Stant ab advérso, Dominúmque placant,
Víndices in nos quóties ab alto
Dépluit iras.

DUM Sacerdótes tua sacra tractant,
Christe, fac sacris, quibus applicásti,
Cónsonent mores, populíque fiat
Forma Sacérdos.

LUMINIS splendor, Patris una proles,
Christe, te pronus venerétur orbis,
Qui Sacerdótes per amóris almi
Flamen inúngis.
Amen.

℣. Immola Deo sacrifícium laudis, ℟. Et redde Altíssimo vota tua. *Ps.* 49. 14.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D. * Euge, serve bone, & fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, super multa

constítuam, intra in gáudiũ Dómini tui. *Matt.* 25. 21.

Oratio. Orémus.

DOmine, Deus omnípotens, qui fámulum tuum N. ut sacerdótio tibi fungerétur, à pópulo segregásti; præsta, quæsumus, ut ejus exémpla sectántes, genus eléctum, regále sacerdótium, gens sancta, pópulus acquisitiónis éffici mereámur; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. O homo Dei.

AD TERTIAM.

Ant. Confortáre.

CAPITULUM. 1. *Tim.* 1. 12.

GRátias ago ei qui me confortávit, Christo Jesu Dómino nostro, quia fidélem me existimávit, ponens in ministério.

℟. *br.* Voluntáriè * Sacrificábo tibi; ℟. Voluntáriè. ℣. Et confitébor nómini tuo, Dómine. * Sacrificábo. Glória. ℟. Voluntáriè. *Ps.* 53. 8.

℣. Circúmdabo altáre tuum, Dómine, ℟. Ut áudiam vocem laudis, & enárrem univérsa mirabília tua. *Ps.* 25. 6. 7.

AD SEXTAM.

Ant. Atténde.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 4. 11.

SI quis lóquitur, quasi sermónes Dei: si quis minístrat, tanquam ex virtúte quam adminístrat Deus; ut in ómnibus honorificétur Deus per Jesum Christum.

℟. *br.* Ego sicut olíva fructífera * In domo Dei; ℟. Ego. ℣. Sperávi in misericórdia Dei in ætérnum. * In domo. Glória. ℟. Ego. *Ps.* 51. 10.

℣. Immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis: ℟. Cantábo, & psalmum dicam Dómino. *Ps.* 26. 6.

AD NONAM.

Ant. Beátus.

CAPITULUM. 1. *Tim.* 3. 13.

QUi benè ministráverint, gradum bonum sibi acquírent, & multam fidúciam in fide quæ est in Christo Jesu.

℟. *br.* Dómine, diléxi * Decórem domûs tuæ, ℟. Dómine. ℣. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ. * Decórem. Glória. ℟. Dómine. *Ps.* 25. 8.

℣. Tabéscere me fecit zelus meus; ℟. Quia oblíti sunt verba tua inimíci mei. *Ps.* 118. 139.

AD VESPERAS.

Ant. 1. a. NAtus est homo, firmaméntum gentis, rector fratrum, stabiliméntum pópuli. *Eccli.* 49. 17.

Ant. 2. D. Fuit Dóminus cum eo; & gubernábat créditam sibi domum, & univérsa quæ ei trádita fúerant. *Gen.* 39. 2. 4.

Ant. 3. a. Confirmávit omnes húmiles pópuli sui, & legem exquisívit, & ábstulit omnem iníquum & malum: Sancta glorificávit. 1. *Mach.* 14. 14. 15.

Ant. 4. d. Quasi cypréssus in altitúdinem se extóllens, in ascénsu altáris sancti, glóriam dedit sanctitátis amíctum. *Eccli.* 50. 11. 12.

Ant. 7. a. Invocávit Dóminum omnipoténtem, in oppugnándo hostes circumstántes úndique, in oblatióne Agni invioláti. *Eccli.* 46. 19.

CAPITULUM. 2. *Par.* 31. 20. 21.

OPerátus est bonum & rectum, & verum coram Dómino Deo suo in univérsa cultúra ministérii domûs Dómini, juxta legem & cæremónias, volens requírere Deum suum in toto corde suo: fecitque sperátus est.

In Semiannuali

℟. Obtulit holo Dómino; & * Cla Dóminum pro Isi † Exaudívit eum I 1. *Reg.* 7. 9. ℣. P hóstiam óbtulit D quam testimónium citus est esse justus mónium perhibént ribus ejus Deo. *He* * Clamávit. Glória. dívit.

Hymnus, O Sac *suprà in Laudibus.*

℣. Effúdit in fun altáris odórem diví célso Príncipi. *Eccl*

Ad Magníficat, Consummatióne fu ara, amplificáre nem excélsi Regis, manum suam in li & libávit de sángui *Eccli.* 50. 15. 16.

COMMUNE SS. CLERICORU

Omnia dicuntur ut infrà in Officio SS. Laïcorum, exceptis quæ hîc notantur.

IN I. VESPERIS.

℣. Fílii Levi erunt sub manu filiórum Aáron ℟. In cultum domûs Dómini. 1. *Par.* 23. 28.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. * Erunt in vestíbulis, & in sanctuário, & in univérsis opéribus ministérii templi Dómini. 1. *P* 28.

Oratio ut in Lau

AD LAUD

Post Hymnum, míni est assúmptio ℟. Et sancti Israël nostri. *Ps.* 88. 19.

Ad Benedíctus, 2. D. * Multi unum sumus in Christo: autem alter altérius bra; habéntes dona

feci

secúndùm grátiam quæ data est nobis, differéntes. *Rom.* 12. 5. 6.

Oratio. Orémus.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, quas in beáti *N.* (diáconi) festivitáte deférimus; ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, ejus qui tibi plácuit précibus adjuvémur; Per Dóminum.

AD VESPERAS.

Post Hymnum, ℣. Funes cecidérunt mihi in præcláris; ℟. Etenim heréditas mea præclára est mihi. *Ps.* 15. 6.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. * Dóminus pars hereditátis meæ, & cálicis mei: tu es qui restítues hereditátem meam mihi. *Ps.* 15. 5.

COMMUNE SANCTORUM ABBATUM.

Omnia dicuntur ut infrà in Officio SS. Monachorum, exceptis quæ hìc notantur.

IN I. VESPERIS.

Post Hymnum, ℣. Sedébit pópulus meus in pulcritúdine pacis, ℟. Et in tabernáculis fidúciæ, & in réquie opulénta. *Isai.* 32. 18.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. * Egrédere de cognatióne tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrábo tibi; faciámque te in gentem magnam, & benedícam tibi. *Gen.* 12. 1. 2.

Oratio ut in Laudibus.

AD LAUDES.

Post Hymnum, ℣. Habitábit in solitúdine judícĩu, ℟. Et justítia in Charmel sedébit. *Isai.* 32. 16.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. a. Fugit ipse, & filii ejus in montes, & reliquérunt quæcúmque habébant in civitáte. Tunc descendérunt multi quæréntes judícium & justítiam, in desértum: & sedérunt ibi. 1. *Mach.* 2. 28. 29. 30.

Oratio. Orémus.

DEus, cujus múnere beátus *N.* Abbas, ut Christum Fílium tuum alácriùs sequerétur, ómnia relíquit; da cunctis sémitam mandatórum tuórum ingréssis, ut nec retro respíciant, nec in via hæreant; sed ad te sine offensióne curréntes, vitam ætérnam ad quam vocáti sunt, apprehéndant; Per eúmdem.

AD VESPERAS.

Post Hymnum, ℣. Venérunt ad eum in hospítium plúrimi, ℟. Quibus expo-

nébat testíficans regnum Dei. *Act.* 28. 23.

Ad Magnificat, *Ant.* 5. F. Secésserat in desértum locū, ibíque inter feras vitam in móntibus cum suis agébat, ne partícipes essent coinquinatiónis. 2. *Mach.* 5. 27.

COMMUNE SS. MONACHORUM, CŒNOBITARUM, ET ANACHORETARUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. 7. *d.* Qui non renúntiat ómnibus quæ póssidet, non potest meus esse discípulus. *Luc.* 14. 33.

Ant. 4. E. Omne quod est in mundo, concupiscéntia carnis est, & concupiscéntia oculórum, & supérbia vitæ; quæ non est ex Patre, sed ex mundo. 1. *Joan.* 2. 16.

Ant. 1. â. Si quis díligit mundum, non est cáritas Patris in eo. 1. *Joan.* 2. 15.

Ant. 3. E. Amicítia hujus mundi inimíca est Dei; quicúmque ergo volúerit amícus esse séculi hujus, inimícus Dei constitúitur. *Jac.* 4. 4.

Ant. 5. a. Mundus transit, & concupiscéntia ejus; qui autem facit voluntátem Dei, manet in ætérnum. 1. *Joan.* 2. 17.

CAPITULUM. *Isai.* 35. 1. 2.

LÆtábitur desérta & ínvia, & exultábit solitúdo, & florébit quasi lílium: gérminans germinábit, & exultábit lætabúnda & laudans.

In Semiannualibus,

℞. Si vis perféctus esse, vade, vende quæ habes, & da paupéribus, & habébis thesáurum in cœlo: & * Veni, † Séquere me. *Matt.* 19. 21. ℣. Noli timére, ego protéctor tuus sum, & merces tua magna nimis. *Gen.* 15. 1. * Veni. Glória Patri. † Séquere.

HYMNUS. *Santol. Vict.*

FElices némorum pángimus íncolas,
Certo consílio quos Deus ábdidit,
Ne contágio secli
Mores læderet íntegros.
Ut te possídeant, quem sítiunt Deum,
Urbes, regna, suos, se quoque déserunt:
Totus víluit orbis,
Dum cœléstia cógitant.
Illis summa fuit glória, déspici;
Illis divítiæ, paupériem pati;
Illis summa volúptas,
Longo supplício mori.
Fac nos, summe Deus, quæ pátimur mala,
In pœnam scélerum ferre libéntius;

Et, tellúre relíctâ,
Immortália quærere.
ÆTERNUS ſit honos ingénito Patri;
Sit par unígenæ glória Fílio;
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíritus. Amen.

℣. Pinguéſcent ſpecióſa deſérti, ℟. Et exultatióne colles accingéntur. *Pſ.* 64. 13.

Ad Magníficat, *Ant.* 3. a. Dóminus ponet deſértum Sion quaſi delícias, & ſolitúdinem ejus quaſi hortum Dómini. Gaúdium & lætítia inveniétur in ea, gratiárum áctio & vox laudis. *Iſai.* 51. 3.

Oratio infrà ad Laudes, niſi ſit propria.

[*In Feſtis Annualibus ad Completorium, Ant.* 2. D. Qui hábitant in deſérto, ſecúri dórmient in ſáltibus; & ponam eos in circúitu collis mei benedictiónem. *Ezech.* 34. 25. 26.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 6. C. Erit opus juſtítiæ pax, & cultus juſtítiæ ſiléntium, & ſecúritas uſque in ſempitérnum. *Iſai.* 32. 17.]

AD OFFICIUM NOCT.

INVIT. Remuneratórem inquiréntium ſe Deum, * Veníte, adorémus. *Hebr.* 11. 6.

Pſ. 94. Veníte. 2.

Hymnus, Felíces, *ut in I. Veſperis.*

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Nolíte conformári huic ſéculo, ſed reformámini in novitáte ſenſûs veſtri; ut probétis quæ ſit volúntas Dei bona, & benéplacens, & perfécta. *Rom.* 12. 2.

Ant. 7. a. Véndite quæ poſſidétis, & date eleemóſynam: fácite vobis theſaúrum non deficiéntem in cœlis. *Luc.* 12. 33.

Ant. 8. G. Nolíte quærere quid manducétis, aut quid bibátis: quærite primùm regnum Dei, & juſtítiam ejus; & hæc ómnia adjiciéntur vobis. *Luc.* 12. 29. 31.

℣. Non eſt inópia timéntibus Dóminum. ℟. Dívites eguérunt, & eſuriérunt. *Pſ.* 33. 9. 10.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Poſt 1. *Lect.* ℟. Fúgite de médio Babylónis, & * Salvet unuſquíſque ánimam ſuam, quóniam tempus ultiónis eſt à Dómino. *Jer.* 51. 6. ℣. Exíte de illa, pópulus meus, ut ne partícipes ſitis delictórum ejus, & de plagis ejus non accipiátis. *Apoc.* 18. 4. * Salvet.

Poſt 2. *Lect.* ℟. Recédite, recédite, exíte inde; quóniam non in tumúltu exíbitis; * Præcédet enim vos Dóminus, & congregábit vos Deus Iſraël. *Iſai.* 52. 11. 12. ℣. Exíte de médio eórum, & ſeparámini. 2. *Cor.* 6. 17. * Præcédet.

Post 3. *Lect.* ℟. Mórtui estis, & vita vestra est abscóndita cum Christo in Deo. * Cùm Christus apparúerit, vita vestra; tunc & vos † Apparébitis cum ipso in glória. *Coloss.* 3. 3. 4. ℣. Custodíte ergo verba pacti hujus, & impléte ea. *Deut.* 29. 9. * Cùm Christus. Glória Patri. † Apparébitis.

In II. Nocturno.

Ant. 3. g. Ecce nos relíquimus ómnia, & secúti sumus te. *Matt.* 19. 27.

Ant. 7. c. Et esurímus, & sitímus, & nudi sumus, & laborámus operántes mánibus nostris. 1. *Cor.* 4. 11. 12.

Ant. 2. D. Non defícimus: sed licèt is, qui foris est, noster homo corrumpátur; tamen is, qui intus est, renovátur de die in diem. 2. *Cor.* 4. 16.

℣. Spectáculum facti sumus mundo, ℟. Et Angelis, & homínibus. 1. *Cor.* 4. 9.

Lectiones in Proprio Sanctorum.

Post 4. *Lect.* ℟. Exeámus ad Jesum extra castra, impropérium ejus portántes; * Non enim habémus hìc manéntem civitátem, sed futúram inquírimus. *Hebr.* 13. 13. 14. ℣. Peregríni sumus coram te, Deus: dies nostri quasi umbra super terram. 1. *Par.* 29. 15. * Non enim.

Post 5. *Lect.* ℟. Teneámus spei nostræ confessiónem indeclinábilem; * (Fidélis enim est qui repromísit) & considerémus ínvicem in provocatiónem caritátis, & bonórum óperum. *Hebr.* 10. 23. 24. ℣. Ipse est Deus fidélis, custódiens pactum & misericórdiam diligéntibus se, & his qui custódiunt præcépta ejus. *Deut.* 7. 9. * Fidélis.

Post 6. *Lect.* ℟. Benedíctus Deus qui * Elégit nos ut essémus sancti & immaculáti in conspéctu ejus in caritáte. *Ephes.* 1. 3. 4. ℣. Dóminus Deus noster pépigit nobíscum fœdus. *Deut.* 5. 2. * Elégit. Glória Patri. * Elégit.

In III. Nocturno.

Ant. 4. E. Hi omnes erant perseverántes unanímiter in oratióne. *Act.* 1. 14.

Ant. 8. c. Possessiónes & substántias vendébant, & dividébant illa ómnibus, prout cuíque opus erat. *Act.* 2. 45.

Ant. 2. D. Plorábant, & jejunábant, & orábant in conspéctu Dómini. *Baruch* 1. 5.

℣. Humiliavérunt ánimas suas ℟. In jejúniis, & oratiónibus. *Judith* 4. 8.

Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.

Post 7. *Lect.* ℟. Sapiéntia diréxit ópera eórum: * Iter fecérunt per desérta quæ non habitabántur; & in locis desértis fixérunt casas.

Sap. 11. 1. 2. ℣. Circuiérunt in péllibus caprínis, egéntes, angustiáti, afflícti; quibus dignus non erat mundus: in solitudínibus errántes, & in cavérnis terræ. *Hebr.* 11. 37. 38. * Iter.

Post 8. *Lect.* ℟. Multitúdinis erat cor unum, & ánima una; nec quisquam áliquid suum esse dicébat, sed * Erant illis ómnia commúnia. *Act.* 4. 32. ℣. Ecce quàm bonum, & quàm jucúndum, habitáre fratres in unum! *Ps.* 132. 1. * Erant.

Post 9. *Lect.* ℟. Perdúxit eos Deus tanquam gregem in desérto. Et dedúxit eos in spe, & non timuérunt; * Et † Indúxit eos in montem sanctificatiónis suæ. *Ps.* 77. 52. 53. 54. ℣. Confiténtes quia peregríni & hóspites sunt super terram, pátriam meliórem áppetunt, id est, cœléstem: ídeo Deus parávit illis civitátem. *Hebr.* 11. 13. 14. 16. * Et indúxit. Glória. † Indúxit.

℣. *Sacerd.* Benedícite, sancti, & húmiles corde, Dómino: ℟. Laudáte & superexaltáte eum in sécula. *Dan.* 3. 87.

AD LAUDES.

Ant. 2. D. Elégi abjéctus esse in domo Dei mei, magìs quàm habitáre in tabernáculis peccatórum. *Ps.* 83. 11.

Ant. 5. a. Ecce elongávi fúgiens, & mansi in solitúdine. Expectábam eum qui salvum me fecit à pusillanimitáte spíritûs, & tempestáte. *Ps.* 54. 8. 9.

Ant. 3. E. Abscóndit me Dóminus in tabernáculo suo: in die malórum protéxit me in abscóndito tabernáculi sui. *Ps.* 26. 5.

Ant. 4. E. Anticipavérunt vigílias óculi mei: cogitávi dies antíquos, & annos ætérnos in mente hábui. Et meditátus sum nocte cùm corde meo. *Ps.* 76. 5. 6. 7.

Ant. 3. c. Exui me stolâ pacis, índui autem me sacco obsecratiónis; & venit mihi gaúdium à Sancto. *Baruch* 4. 20. 22.

CAPITULUM. *Isai.* 26. 8. 9.

NOmen tuum & memoriále tuum, Dómine, in desidério ánimæ. Anima mea desiderávit te in nocte; sed & spíritu meo in præcórdiis meis de manè vigilábo ad te.

Pro sancto MONACHO & CŒNOBITA.

HYMNUS. *Santol. Vict.*

O Pulcras ácies, castráque fórtia!
Quæ spes, una fides, unus amor regit.
Omnes lege sub una,
Uno sub duce mílitant.

HEU! quantis rápiunt astra labóribus!
Pulsant perpétuis quéstibus æthera,
Per jejúnia longa
Vires córporis átterunt.

VOTIS unánimes, vi quoque flétuum

Instant, & sócias ingémi-
nant preces,
Et concórdibus armis
Vim cœlo simul ínferunt.

HÆC vis grata Deo; sic amat óptimus
Vinci per lácrymas, per gémitus, Pater:
Sic duris reserátur
Cœlum conditiónibus.

FERVENT quando die cuncta tumúltibus,
Altam turba silet; cétera dum tacent,
Hi per cántica rumpunt
Noctis longa siléntia.

EXERCET vígiles contínuus labor;
Incúmbunt óperi non résides manus;
Tellus culta colónis
Victum suppéditat suis.

ÆTERNUS sit honos ingénito Patri;
Sit par unígenæ glória Fílio;
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíritus.
Amen.

Pro sancto ANACHORETA *& Solitario.*

HYMNUS. *Santol. Vict.*

QUID tu relíctis úrbibus,
Mortálium consórtia
Timens fugis? quid tu vides?
Solúsque tecum cógitas?

MENTIS voláttu líbero,
Percúrris ætérnas domos;
Et quæ negas mortálibus,
Transfers Deo commércia.

PRÆSENS choris cœléstibus,
Sacro quiétus ótio,
Totus tuéndo Nóminis,
Totus coléndo tu vacas.

QUAM pura, qui te [illegible]gunt,
O Christe, libant gaudia!
Te propter antris ábditos
Sinu recóndis in tuo.

ÆTERNE tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus;
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

℣. Clamávi ad te, Dómine; dixi: Tu es spes mea,
℟. Pórtio mea in terra vivéntium. *Ps.* 141. 6.

Ad Benedíctus, Ant. Pars mea Dóminus, dixit ánima mea. Bonus est Dóminus ánimæ quærénti illum. Bonum est præstolári cum siléntio salutáre Dei. *Thren.* 3. 24. 25. 26.

ORATIO. Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, terréna pro te calcántium merces magna nimis; da nobis exémplo & intercessióne beáti *N.* cujus solémnia celebrámus, temporália ómnia despícere, & ad ætérna totâ mentis intentióne festináre; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. Elégi.

AD TERTIAM.

Ant. Ecce elongávi.

CAPITULUM. *Isai.* 35. 7. 8.

IN cubílibus, in quibus priùs dracónes habitábant, oriétur viror cálami

junci. Et erit ibi sémita & via, & via sancta vocábitur.

℟. *br.* Extráneus factus sum * Frátribus meis, ℟. Extráneus. ℣. Et peregrínus filiis matris meæ. * Frátribus. Glória. ℟. Extráneus. *Ps.* 68. 9.

℣. Mihi mundus crucifixus est, ℟. Et ego mundo. *Gal.* 6. 14.

AD SEXTAM.

Ant. Abscóndit me Dóminus.

CAPITULUM. *Philipp.* 3. 13. 14.

FRatres, quæ retro sunt oblivíscens, ad ea verò quæ sunt prióra exténdens meipsum, ad destinátum pérsequor, ad bravíum supérnæ vocatiónis Dei in Christo Jesu.

℟. *br.* Dixi: Custódiam vias meas, * Ut non delínquam in lingua mea. ℟. Dixi. ℣. Pósui ori meo custódiam. * Ut non. Glória Patri. ℟. Dixi. *Ps.* 38. 2.

℣. Concáluit cor meum intrà me, ℟. Et in meditatióne mea exardéscet ignis. *Ps.* 38. 4.

AD NONAM.

Ant. Exui me.

CAPITULUM. *Dan.* 9. 3.

POsui fáciem meam ad Dóminum Deum meum rogáre & deprecári in jejúniis, sacco, & cínere.

℟. *br.* Propter verba labiórum tuórum * Ego custodívi vias duras. ℟. Propter. ℣. Pérfice gressus meos in sémitis tuis. * Ego. Glória Patri. ℟. Propter. *Ps.* 16. 4. 5.

℣. Induébar cilício. ℟. Humiliábam in jejúnio ánimam meam. *Ps.* 34. 13.

AD VESPERAS.

Ant. 3. *a.* ISte custodívit ánimam suam, & memor fuit Dómini in toto corde suo. *Tob.* 1. 12. 13.

Ant. 2. D. Deus dixit ad illum: Exi de terra tua, & de cognatióne tua: & tunc éxiit. *Act.* 7. 3. 4.

Ant. 6. F. Majóres dívitias æstimans thesáuro Ægyptiórum, impropérium Christi; fide relíquit Ægyptum. *Hebr.* 11. 26. 27.

Ant. 1. f. In loco solitúdinis Dóminus dócuit eum; & custodívit quasi pupíllam óculi sui. *Deut.* 32. 10.

Ant. 7. G. Fide demorátus est in terra repromissiónis, tanquam in aliéna, in cásulis habitándo, cum coherédibus repromissiónis. *Hebr.* 11. 9.

CAPITULUM. *Hebr.* 11. 10.

EXpectábat fundaménta habéntem civitátem; cujus ártifex & cónditor Deus.

In Semiannualibus,

℟. Perféctio tua, & doctrína tua, Dómine, viro sancto tuo quem probásti. * Dixit patri suo & matri

suæ : néscio vos ; & frátribus suis : ignóro vos. *Deut.* 33. 8. 9. ℣. Qui amat patrem aut matrem plusquàm me, non est me dignus. *Matt.* 10. 37. * Dixit. Glória Patri. * Dixit.

Hymnus, Felíces, *ut in I. Vesperis.*

℣. Beáta gens, cujus est Dóminus Deus ejus ; ℟. Pópulus, quem elégit in hereditátem sibi. *Ps.* 32. 12.

Ad Magnificat, Ant. 1. G. * Omnis qui relíquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut agros propter nomen meum, céntuplum accípiet, & vitam ætérnam possidébit. *Matt.* 19. 29.

COMMUNE SS. LAICORUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. D. Dicébat Jesus ad omnes : Si quis vult post me veníre, ábneget semetípsum, & tollat crucem suam quotídie, & sequátur me. *Luc.* 9. 23.

Ant. 8. G. Dico vobis : Nisi abundáverit justítia vestra plusquàm Scribárum, & Pharisæórum, non intrábitis in regnum cœlórum. *Matt.* 5. 20.

Ant. 3. E. Nisi convérsi fuéritis, & efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum cœlórũ. *Matt.* 18. 3.

Ant. 8. G. Non omnis qui dicit mihi : Dómine, Dómine, intrábit in regnum cœlórum ; sed qui facit voluntátem Patris mei, qui in cœlis est. *Matt.* 7. 21.

Ant. 7. a. Conténdite intráre per angústam portam ; quia multi, dico vobis, quærent intráre, & non póterunt. *Luc.* 13. 24.

Capitulum. *Eccli.* 2. 8. 9. 10.

Qui timétis Dóminum, crédite illi ; & non evacuábitur merces vestra. Qui timétis Dóminum, speráte in illum ; & in oblectatiónem véniet vobis misericórdia. Qui timétis Dóminum, dilígite illum ; & illuminabúntur corda vestra.

In Semiannualibus,

℟. Qui timent Dóminum, non erunt incredíbiles verbo illíus ; & * Qui díligunt illum, † Conservábunt viam illíus. *Eccli.* 2. 18. ℣. Plenitúdo legis, est diléctio. *Rom.* 13. 10. * Qui díligunt. Glória. † Conservábunt.

Hymnus. *Guill. Episc. Santon.*

Summi pusíllus grex Patris,
Timóre mentem sólvite ;
Sui patérnus vos amor
Vult esse regni cómpotes.

En regnat inter Cœlites,
Qui vixit olim sǽculo

gnótus, exósus sibi,
Qui pauper, & sciens pati.
ANGUSTA pœniténtiæ
Ingréssus, & viam Crucis,
Per dura Christum prælia,
Per damna, non timet sequi.
CARNEM terit jejúniis;
Linguam domat siléntio;
In paúperum, parcus sibi,
Abscóndit & spargit sinu.
SAPORE verbi páscitur;
Totóque legem péctore
Scrutátus, orat pérvigil;
Mens celsa versátur polo.
HAC surgit ad cœlum viâ:
Et nos eâdem da Pater,
Da Nate, da cum Spíritu,
Ad te veníre semitâ.
Amen.

℣. Qui confídunt in Dómino, intélligent veritátem: ℟. Et fidéles in dilectióne acquiéscent illi. *Sap.* 3. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Qui sperant in Dómino, mutábunt fortitúdinem, assíment pennas sicut áquilæ; current, & non laborábunt; ambulábunt, & non defícient. *Isai.* 40. 31.

Oratio ut infrà ad Laudes, nisi sit propria.

[*In Annualibus ad Completorium*, *Ant.* 3. g. Non intrábit in sanctam Jerúsalem áliquod coinquinátum, aut abominatiónem fáciens, & mendácium. *Apoc.* 21. 27.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 2. D. Simplícitas justórum díriget eos: justítia rectórum liberábit eos. *Prov.* 11. 3. 6.]

AD OFFICIUM NOCT.

INVIT. Diligéntem justos Dóminum, * Veníte, adorémus. *Ps.* 145. 8.

Ps. 94. Veníte. 2.

HYMNUS. *Santol. Vict.*

NON parta solo sánguine
Ornat beátos púrpura:
Sunt incruénta, quæ suos
Habent triúmphos, prælia.
NON iste flammas, non cruces,
Non sensit uncos péctines:
Crudélis & durus sibi
Se morte lentâ cónficit.
SI lictor illi défuit,
Si vincla, fustes, úngulæ;
Paráta pro Christo mori,
Hoc supplet omne cáritas.
CORPUS subégit cástitas,
Et líberam mentem fides,
Amor supérnis ígnibus
Totam litávit hóstiam.
VENIS apértis ómnibus,
Qui vellet ultro erúmpere,
Fraudátus optátâ viâ,
It fusus in fletum cruor.
DA, Christe, sic nos vívere,
Discámus ut semper mori:
Da, post brevis vitæ dies,
Vitæ perénnis gáudia.
ÆTERNE tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus;
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. *a.* Si quis díligit me, sermónem meum servábit; & Pater meus díliget eum, & ad eum veniémus,

& mansiónem apud eum faciémus. *Joan.* 14. 23.

Ant. 1. *f.* Omnis qui audit verba mea, & facit ea; assimilábitur viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram. *Matt.* 7. 24.

Ant. 2. D. Qui perspéxerit in legem perféctam libertátis, non audítor obliviósus factus, sed factor óperis; hic beátus in facto suo erit. *Jac.* 1. 25.

℣. In lege Dómini volúntas ejus, ℟. Et in lege ejus meditábitur die ac nocte. *Ps.* 1. 2.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Post 1. *Lect.* ℟. Inítium viæ bonæ, fácere justítiam: * Misericórdiâ & veritáte rédimitur iníquitas; & in timóre Dómini declinátur à malo. *Prov.* 16. 5. 6. ℣. Qui vult vitam dilígere, & dies vidére bonos, declínet à malo, & fáciat bonum. 1. *Petr.* 3. 10. 11. * Misericórdiâ.

Post 2. *Lect.* ℟. Si quis emundáverit se, * Erit vas in honórem sanctificátum, & útile Dómino, ad omne opus bonum parátum. 2. *Tim.* 2. 21. ℣. Sápiens cor abstinébit se à peccátis, & in opéribus justítiæ succéssus habébit. *Eccli.* 3. 32. * Erit vas.

Post 3. *Lect.* ℟. Qui timent Dóminum, præparábunt corda sua; & * In conspéctu illíus † Sanctificábunt ánimas sua[s] ...
2. 20. ℣. Misericórdi[a] ...
mini à progénie in p[rogé]-
nies timéntibus eum ...
1. 50. * In conspéctu ...
ria. † Sanctificábunt.

IN II. NOCTURN[O]

Ant. 8. G. Ut fílii ...
ambuláte; (fructus ...
lucis est in omni b[onitáte]
& justítia, & veritáte) p[ro]-
bántes quid sit beneplác[itum]
Deo. *Ephes.* 5. 8. 9. 10.

Ant. 3. E. Stábiles est[óte],
& immóbiles; abund[ántes]
in ópere Dómini semp[er],
sciéntes quòd labor ve[ster]
non est inánis in Dómi[no].
1. *Cor.* 15. 58.

Ant. 5. a. Vosmetípsos in dilectióne Dei serváte, expectántes misericórdiam Dómini nostri Jesu Christi in vitam ætérnam. *Judæ* ℣. 21.

℣. Dilígite Dóminum, omnes sancti ejus; ℟. Quóniam veritátem requíret Dóminus. *Ps.* 30. 24.

Lectiones in Proprio Sanctorum.

Post 4. *Lect.* ℟. Tóllite jugum meum super vos, & inveniétis réquiem animábus vestris: * Jugum enim meum suáve est, & onus meum leve. *Matt.* 11. 29. 30. ℣. Interrogáte de sémitis antíquis, quæ sit via bona, & ambuláte in ea; & inveniétis refrigérium animábus vestris. *Jer.* 6. 16. * Jugum.

Post 5. *Lect.* ℟. Servíte

Dómino in omni corde vestro; & * Nolíte declináre post vana, quæ non pródeerunt vobis. 1. *Reg.* 12. 20. 21. ℣. Nolíte dilígere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. 1. *Joan.* 2. 15. *Nolíte.

Post 6. *Lect.* ℟. Satágite, ut per bona ópera, certam vestram vocatiónem, & electiónem faciátis: * Sic enim † Abundánter ministrábitur vobis intróitus in ætérnum regnum Jesu Christi. 2. *Petr.* 1. 10. 11. ℣. Operámini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercédem vestram in témpore suo. *Eccli.* 51. 38. * Sic enim. Glória. † Abundánter.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 3. c. Vetus homo noster crucifixus est, ut destruátur corpus peccáti, & ultrà non serviámus peccáto. *Rom.* 6. 6.

Ant. 4. E. Qui mórtui sumus peccáto, quómodo adhuc vivémus in illo? consepúlti enim sumus cum Christo per baptísmum in mortem. *Rom.* 6. 2. 4.

Ant. 7. a. Sumus filii Dei. Si autem filii, & herédes; herédes quidem Dei, coherédes autem Christi: si tamen compátimur, ut & conglorificémur. *Rom.* 8. 16. 17.

℣. Mundémus nos ab omni inquinaménto carnis & spíritûs, ℟. Perficiéntes sanctificatiónem in timóre Dei. 2. *Cor.* 7. 1.

Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.

Post 7. *Lect.* ℟. Non secúndùm carnem ambulámus, sed secúndùm spíritum: qui enim secúndùm carnem sunt; quæ carnis sunt, sápiunt. * Qui secúndùm spíritum sunt; quæ sunt spíritûs, séntiunt. *Rom.* 8. 4. 5. ℣. Qui timent Dóminum, inquírent quæ beneplácita sunt ei. *Eccli.* 2. 19. * Qui secúndùm.

Post 8. *Lect.* ℟. Hæc est cáritas Dei, ut mandáta ejus custodiámus; & * Mandáta ejus grávia non sunt. 1. *Joan.* 5. 3. ℣. Nihil dúlcius, quàm respícere in mandátis Dómini. *Eccli.* 23. 37. * Mandáta.

Post 9. *Lect.* ℟. Nos debémus altérutrum dilígere. * Si diligámus ínvicem, Deus in nobis manet, & † Cáritas ejus in nobis perfécta est. 1. *Joan.* 4. 11. 12. ℣. Qui déspicit próximum, peccat: misericórdia & véritas præparant bona. *Prov.* 14. 21. 22. * Si diligámus. Glória. † Cáritas.

℣. SACERD. Benedícite, servi Dómini, Dómino: ℟. Laudáte & superexaltáte eum in sǽcula. *Dan.* 3. 85.

AD LAUDES.

Ant. 1. a. Domine, non est exaltátum cor meum, neque eláti sunt óculi mei; neque ambulávi in magnis. *Ps.* 130. 1.

Ant. 4. E. Verébar ómnia ópera mea, sciens quòd non párceres delinquénti. *Job* 9. 28.

Ant. 3. a. Non proponébam ante óculos meos rem injústam; non adhæsit mihi cor pravum. *Ps.* 100. 3. 4.

Ant. 8. G. Detrahéntem secrétò próximo suo, hunc persequébar: óculi mei ad fidéles terræ ut sédeant mecum. *Ps.* 100. 5. 6.

Ant. 4. E. Benedíctio peritúri super me veniébat, & cor víduæ consolátus sum; óculus fui cæco, & pes claudo; pater eram paúperum. *Job* 29. 13. 15. 16.

CAPITULUM. *Job* 29. 11. 12.

AUris aúdiens beatificábat me, & óculus videns testimónium reddébat mihi; eò quòd liberássem paúperem vociferantem, & pupíllum cui non esset adjútor.

HYMNUS. *Santol. Vict.*

QUi te, Deus, sub íntimo
Amans recépit péctore,
Non ille terras ámpliùs
Suspírat, oblítus suî.

QUID ergo gaudes néctere
Tristes moras amántibus?
Terris retárdas éxules,
Cives polo quos déstinas.

HINC fervet in dies amor;
In vota toti diffluunt:
Ad astra festinántibus
Fit pœna, vita lóngior.

VIx iste tardi córporis
Pondus moléstum sústinet;
Mortis diem præóccupat
Ardens Deo se júngere.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus;
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

℣. Iniquitátem si aspéxi in corde meo, non exáudiet Dóminus. ℟. Proptérea exaudívit Deus. *Ps.* 65. 18. 19.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. G. In justítia apparébo conspéctui tuo: satiábor, cùm apparúerit glória tua. *Ps.* 16. 15.

ORATIO. Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, tríbue nobis, quæsumus, intercessióne beáti N. misericórdiam tuam; & quæcúmque præcipis ut agámus, ipse ádjuva ut implére possímus; Per Dóminum.

Alia ORATIO.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, quas in beáti N. solemnitáte deférimus; ut qui nostræ justítiæ fidúciam non habémus, ejus qui tibi plácuit précibus adjuvémur; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. Dómine.

AD TERTIAM.

Ant. Verébar.

CAPITULUM. *Philipp.* 2. 12. 13.

CAríssimi, cum metu & tremóre vestram salútem operámini; Deus est

enim qui operátur in vobis velle, & perfícere, pro bona voluntáte.

℟. *br*. Beátus vir * Qui timet Dóminum, ℟. Beátus. ℣. In mandátis ejus volet nimis. * Qui timet. Glória. ℟. Beátus. *Ps.* 111. 1.

℣. Beneplácitum est Dómino super timéntes eum, ℟. Et in eis qui sperant super misericórdia ejus. *Ps.* 146. 11.

AD SEXTAM.

Ant. Non proponébam.

CAPITULUM. *Job* 23. 11. 12.

VIam Dei custodívi, & non declinávi ex ea; à mandátis labiórum ejus non recéssi, & in sinu meo abscóndi verba oris ejus.

℟. *br*. Lucérna pédibus meis * Verbum tuum. ℟. Lucérna. ℣. Et lumen sémitis meis. * Verbum. Glória. ℟. Lucérna. *Ps.* 118. 105.

℣. Servávi mandáta tua, & testimónia tua; ℟. Quia omnes viæ meæ in conspéctu tuo. *Ps.* 118. 168.

AD NONAM.

Ant. Benedíctio peritúri.

CAPITULUM. *Jac.* 1. 27.

REligio munda, & immaculáta apud Deum hæc est, visitáre pupíllos, & víduas in tribulatióne eórum; & immaculátum se custodíre ab hoc século.

℟. *br*. Flebam super eo * Qui afflíctus erat, ℟. Flebam. ℣. Compatiebátur ánima mea paúperi. * Qui afflíctus. Glória. ℟. Flebam. *Job* 30. 25.

℣. Beátus qui intélligit super egénum & paúperem; ℟. In die mala liberábit eum Dóminus. *Ps.* 40. 2.

AD VESPERAS.

Ant. 8. *G*. BEátus qui invéntus est sine mácula; qui pótuit tránsgredi, & non est transgréssus; fácere mala, & non fecit. *Eccli.* 31. 8. 10.

Ant. 5. a. Consérvávit legem Excélsi; & in tentatióne invéntus est fidélis. *Eccli.* 44. 20. 21.

Ant. 5. a. Non prætériit de univérsis mandátis, nec unum quidem verbum quod jússerat Dóminus. *Josue* 11. 15.

Ant. 1. D. Immóbilis in Dei timóre permánsit, agens grátias Deo ómnibus diébus vitæ suæ. *Tob* 2. 14.

Ant. 7. a. Stabilíta sunt bona illíus in Dómino, & eleemósynas illíus enarrábit omnis ecclésia sanctórum. *Eccli.* 31. 11.

CAPITULUM. *Gal.* 6. 8.

FRatres, quæ semináverit homo, hæc & metet: quóniam qui séminat in carne sua, de carne & metet corruptiónem; qui autem séminat in spíritu, de spíritu metet vitam ætérnam.

In Semiannualibus,

℟. Dispérsit, dedit paupéribus; * Justítia ejus manet in

sǽculum sǽculi. *Ps.* 111. 9. ℣. Erat religiósus ac timens Deum, fáciens eleemósynas multas plebi, & déprecans Deum semper. *Act.* 10. 2. * Justítia. Glória. * Justítia.

Hymnus, Summi pusíllus grex, *ut in I. Vesperis.*

℣. Benedíctio Dei in mercédem justi festínat, ℟. Et in hora velóci procéssus illíus fructíficat. *Eccli.* 11. 14

Ad Magníficat, Ant. 6. F. Diléctus Deo, & homínibus; cujus memória in benedictióne est. Símilem illum fecit in glória sanctórum, & osténdit illi glóriam suam. *Eccli.* 45. 1. 2. 3.

COMMUNE SS. PŒNITENTIUM.

Omnia dicuntur ut in Communi SS. Laicorum, exceptis quæ sequuntur.

IN I. VESPERIS.

Post Hymnum, ℣. Dixi: Confitébor advérsum me injustítiam meam Dómino; ℟. Et tu remisísti impietátem peccáti mei. *Ps.* 31. 5.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. * Dómine Deus meus, postquàm convertísti me, egi pœniténtiam: erúbui, quóniam sustínui oppróbrium adolescéntiæ meæ. *Jer.* 31. 18. 19.

Oratio infrà in Laudibus, nisi sit propria.

AD LAUDES.

Post Hymnum, ℣. Misericórdia tua magna est super me, ℟. Et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri. *Ps.* 85. 13.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D. * Pœniténtibus dedit Deus viam justítiæ. Quàm magna misericórdia Dómini, & propitiátio illíus converténtibus ad se! *Eccli.* 17. 20. 28.

Oratio. Orémus.

Deus, reverténtium ad te peccatórum benígne suscéptor; intercedénte beáto *N.* quem à peccáto transtulísti ad justítiam, tuâ nos cleméntiâ súscipe; ut cujus secúti sumus erróres, bona sectémur ópera, & ætérni præmii mereámur esse cum eo partícipes; Per.

AD VESPERAS.

Post Hymnum, ℣. Benedíctus Deus, qui non amóvit oratiónem meam, ℟. Et misericórdiam suam à me. *Ps.* 65. 20.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Ubi abundávit delíctum, superabundávit grátia, ut sicut regnávit peccátum in mortem, ita & grátia regnet per justítiam in vitam ætérnam, per Jesum Christum. *Rom.* 5. 20. 21.

COMMUNE VIRGINUM MARTYRUM.

Omnia dicuntur ut infrà in Officio sanctarum Virginum, exceptis quæ hìc notantur.

IN I. VESPERIS.

HYMNUS. *Santol. Vict.*

VIRGINUM robur, Deus, atque custos:
Sexus imbéllis, médios per enses,
Dum faves, quas non súperat viríli
Péctore mortes!

PRO tuis aris animósa Virgo
Molle dat pœnis laceráre corpus;
Non suos sentit, memor ô! tuórum,
Christe, dolórum.

NON graves plagæ, válidi nec ictus
Integram possunt violáre mentem:
Quin sacri crescit magìs obstinátus
Ardor amóris.

SPONSA dilécto placitúra sponso,
Déspicit ruptum laniáta corpus:
Est suus truncis honor, & venústas
Est sua membris.

SUMMA laus Patri, genitóque Verbo,
Et tibi compar, utriúsque Nexus,
Fac tibi semper placeámus uni
Móribus æquis.
Amen.

℣. Heréditas immaculatórum in ætérnum erit. ℟. Non confundéntur in témpore malo. *Ps.* 36. 18. 19.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Vincénti dabo manna abscónditum, & dabo illi cálculum cándidum; & in cálculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui áccipit. *Apoc.* 2. 17.

Oratio ut infrà ad Laudes, nisi sit propria.

AD OFFICIUM NOCT.

HYMNUS. *Santol. Vict.*

FESTIS læta sonent æthera cántibus:
Nunc aptáte tubas, súmite tympana,
Cœtus Angélici, dícite Vírginem,
Christi dícite Mártyrem.

VESTRIS illa fuit débita cœtibus,
Quæ mortális adhuc, nóbilis æmula,
Ut vos exprímeret, dedídicit genus,
Virgo córporis ímmemor.

SED quid cogis, amor? fórtiter ámbiit
Sponso virgíneum fúndere sánguinem;
Oblíti méminit tunc bene córporis,
Præcláræ sítiens necis.

Sic quâ parte minor, vos
superéminet,
Immortále genus, quæ pótuit mori,
Et per damna sui córporis, íntegram
Testári Dómino fidem.
Patri máxima laus; máxima Fílio;
Amborúmque sacro máxima Flámini,
Per quem magnánimæ prælia sustinent
Spreto fúnere Vírgines.
Amen.

AD LAUDES.

Hymnus, Vírginum robur, *ut in I. Vesperis.*

℣. Deus præcínxit me virtúte, ℟. Et pósuit immaculátam viam meam. *Ps.* 17. 32. 33.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D. * Factus est Dóminus firmaméntum meum: liberávit me, quia complácui ei: retríbuet mihi secúndùm justítiam meam; & secúndùm mundítiam mánuum meárum reddet mihi. 2. *Reg.* 22. 19. 20. 21.

Oratio. Orémus.

Auxiliáre, Dómine, tempóribus nostris; ut tuâ nos ubíque déxterâ protegénte, & cunctis hóstibus cœlésti virtúte compréssis; intercedénte beátâ *N.* Vírgine & Mártyre tuâ, augméntum nobis tríbuas religiónis & pacis; Per Dóminum.

Alia Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, cujus múnere beáta *N.* in virginitátis propósito & in confessióne fidei roboráta, virginitátis ac martyrii palmam adépta est; da nobis ita córporis ac mentis integritátem serváre, ut nec blandítiis carnis, nec malórum acerbitáte vincámur; Per.

Si sint plures, Oratio.

Da, quæsumus, Dómine, nobis sanctárum Vírginum ac Mártyrum tuárum *N.* & *N.* passiónem recoléntibus, ut, quarum læti celebrámus victórias, virtútem constántes imitémur; Per.

AD VESPERAS.

Hymnus, Festis læta sonent, *ut in Officio Nocturno.*

℣. Vicérunt propter sánguinem Agni, & propter verbum testimónii sui; ℟. Et non dilexérunt ánimas suas usque ad mortem. *Apoc.* 12. 11.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. *d.* Casta generátio in perpétuum coronáta triúmphat incoinquinatórum certáminum præmium vincens. *Sap.* 4. 1. 2.



COMMUNE SANCTARUM VIRGINUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. 5. a. QUid bonum Dómini est, & quid pulcrum ejus, nisi fruméntum electórum, & vinum gérminans Vírgines? *Zach.* 9. 17.

Ant. 7. b. Hæc dicit qui habet septem spíritus Dei, & septem stellas: Qui non inquinavérunt vestiménta sua, ambulábunt mecum in albis. *Apoc.* 3. 1. 4.

Ant. 8. G. Qui elégerint quæ ego vólui, & tenuerint fœdus meum; dabo eis in domo mea locum. *Isai.* 56. 4. 5

Ant. 3. g. Dabo eis nomen mélius à filiis & filiábus: nomen sempitérnum dabo eis. *Isai.* 56. 5.

Ant. 8. G. Non omnes cápiunt verbum istud, sed quibus datum est. Qui potest cápere, cápiat. *Matt.* 19. 11. 12.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 7. 7. 8.

UNusquísque próprium donum habet ex Deo: álius quidem sic, álius veró sic; dico autem non nuptis, & víduis: Bonum est illis, si sic permáneant.

In Semiannualibus,

℟. Nescítis quóniam córpora vestra membra sunt Christi? membra vestra templum sunt Spíritûs-sancti qui in vobis est. * Glorificáte, & † Portáte Deum in córpore vestro. 1. *Cor.* 6. 15. 19. 20. ℣. Custodítio legum consummátio incorruptiónis est; incorrúptio autem facit esse próximum Deo. *Sap.* 6. 19. 20. * Glorificáte. Glória. † Portáte.

HYMNUS.

VOs ô Virgínei cum cítharis chori,
Agni delíciæ, pars gregis óptima,
Sponsum virgíneo progénitum sinu
Puris tóllite láudibus.

HÆc est sacra dies, óbvia quâ suo
Cum plena rútilans lámpade júngitur
Sponso, stansque throno próxima cóncinit
Virgo cántica Vírgini.

SOLO digna Deo cónjuge réspuit
Mortáles thálamos; ut semel óbligat
Sese fida suo, quem bene déperit,
Ultro se Deus óbligat.

PURUM ne máculent pectus imágines,
In se tota sui córporis ímmemor
Mens sese récipit, nil óculi vident,
Surdis nil sonat áuribus.

ÆGRO vix sua sunt pábula córpori,

Ardet mille modis ante diem
mori:
Quidquid mors rápiet, jam
sibi præripit;
Unus sit Deus ómnia.
Fac, ô Christe, tuæ Vírgi-
nis æmulos
Hâc nos ire tibi, quâ grá-
ditur viâ;
Qui gens sancta sumus, mó-
ribus íntegris
Fac soli tibi vívere.
Da te, summe Pater, tól-
lere laúdibus;
Da te, Christe, sequi, laú-
rea Vírginum;
Fac incénsa tuis, Spíritus,
árdeant
Flammis frígida péctora.
Amen.

℣. Divíni fructus, floréte flores quasi lílium; ℟. Et date odórem. *Eccli.* 39. 17. 19.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *C.* Obaudíte me, divíni fructus, & quasi rosa plantáta super rivos aquárum fructificáte; quasi Líbanus odórem suavitátis habéte. *Eccli.* 39. 17. 18.

Oratio ut infrà ad Laudes, nisi sit propria.

[*In Annualibus ad Completorium*, *Ant.* 1. D. Qui digni habebúntur sǽculo illo, & resurrectióne ex mórtuis, neque nubent, neque ducent uxóres. *Luc.* 20. 35.

Ad Nuncdimíttis, *Ant.* 7. *d.* Æquáles Angelis sunt, & filii sunt Deì, cùm sint filii resurrectiónis. *Luc.* 20. 36.]

AD OFFICIUM NOCT[URNUM].

Invit. Agnum qui sequúntur Vírgines, *Venite adorémus. *Apoc.* 14. 4. *Ps.* 94. Veníte. 2.

Hymnus. *Sancol. Vict.*

Cœlestis aulæ pánditur;
En sponsus; omnes óbviæ
Exíte Sponso Vírgini,
Exíte, sponsæ Vírgines.
Hæc nuptiális est dies,
Quæ, longa post suspíria,
Dat ómnibus, dat síngulis
Jam plénius frui Deo.
Quæ casta vobis gáudia,
Quos afflet ignes, dícite:
Ab ore cujus púrior
Torrens volúptas éffluit?
Hunc propter unum víluit
Supérba regum púrpura:
Dotáta quæ sponso Deo,
Quid virgo terris ámbiat?
O Virgináles núptiæ,
Per quas caro fit spíritus!
O dulce vinclum, júngitur
Quo mens Deo, menti Deus!
Sit laus Patri; laus Fílio;
Sit par tibi laus, Spíritus,
Divína qui perénnibus
Firmas sigíllis fœdera.
Amen.

In I. Nocturno.

Ant. 3. g. Quis ascéndet in montem Dómini? aut quis stabit in loco sancto ejus? ínnocens mánibus, & mundo corde. *Ps.* 23. 3. 4.

Ant. 6. F. Qui díligit cordis mundítiam, habébit amícum Regem. *Prov.* 22. 11.

Ant. 7. *d.* Omnis ponderátio non est digna continéntis ánimæ. *Eccli.* 26. 20.

℣. Beáti immaculáti in via, ℟. Qui ámbulant in lege Dómini. *Ps.* 118. 1.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Post 1. *Lect.* ℟. Felix est stérilis: & * Incoinquináta habébit fructum in respectióne animárum sanctárum. *Sap.* 3. 13. ℣. Fructus spíritûs est cáritas, modéstia, continéntia, cástitas. *Gal.* 5. 22. 23. * Incoinquináta.

Post 2. *Lect.* ℟. Dábitur illi sors in templo Dei acceptíssima; *Bonórum enim labórum gloriósus est fructus, & quæ non cóncidat radix sapiéntiæ. *Sap.* 3. 14. 15. ℣. Beáti mundo corde; quóniam ipsi Deum vidébunt. *Matt.* 5. 8. * Bonórum.

Post 3. *Lect.* ℟. O quàm pulcra est casta generátio cum claritáte: * Immortális est enim memória illíus; quóniam & † Apud Deum nota est, & apud hómines. *Sap.* 4. 1. ℣. Datum est illi, ut coopériat se byssino splendénti & cándido. *Apoc.* 19. 8. * Immortális. Glória. † Apud.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. â. Veni de Líbano, sponsa mea, veni: coronáberis. *Cant.* 4. 8.

Ant. 2. D. In caritáte perpétua diléxi te; ídeo attráxi te, míserans. *Jer.* 31. 3.

Ant. 7. *d.* Sta in sorte propositiónis, in partes vade sǽculi sancti, cum vivis & dántibus confessiónem Deo. *Eccli.* 17. 24. 25.

℣. Sponsábo te mihi in fide; ℟. Et scies quia ego Dóminus. *Osee* 2. 20.

Lectiones ut in Proprio Sanctorum.

Post 4. *Lect.* ℟. Sponsábo te mihi in sempitérnum: * Et sponsábo te in misericórdia, & in miseratiónibus. *Osee* 2. 19. ℣. Scient quia ego diléxi te: tene quod habes, ut nemo accípiat corónam tuam. *Apoc.* 3. 9. 11. * Et sponsábo.

Post 5. *Lect.* ℟. Deo placent ópera tua. Omni témpore * Sint vestiménta tua cándida: quodcúmque fácere potest manus tua, instánter operáre. *Eccle.* 9. 7. 8. 10. ℣. Ecce vénio sicut fur. Beátus qui vígilat, & custódit vestiménta sua. *Apoc.* 16. 15. * Sint.

Post 6. *Lect.* ℟. Pone me ut signáculum super cor tuum, ut signáculum super bráchium tuum; * Quia † Fortis est ut mors diléctio. *Cant.* 8. 6. ℣. Neque instántia, neque fortitúdo, neque creatúra ália póterit separáre à caritáte Dei. *Rom.* 8. 38. 39. *. Quia fortis. Glória. † Fortis.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. *D.* Pater meus,

dux virginitátis meæ tu es. *Jer.* 3. 4.

Ant. 1. f. Trahe me : post te currémus in odórem unguentórum tuórum. *Cant.* 1. 3.

Ant. 3. E. In velaménto alárum tuárum exultábo, adhæsit ánima mea post te ; me suscépit déxtera tua. *Ps.* 62. 8. 9.

℣. In voluntáte tua deduxísti me, ℟. Et cum glória suscepísti me. *Ps.* 72. 24.

Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.

Post 7. *Lect.* ℟. Perdidísti omnes qui fornicántur abs te. * Mihi adhærére Deo bonum est, pónere in Dómino Deo spem meam. *Ps.* 72. 27. 28. ℣. Qui adhæret Dómino, unus spíritus est. 1. *Cor.* 6. 17. * Mihi adhærére.

Post 8. *Lect.* ℟. Lex tua, Dómine, meditátio mea est. * Fiat cor meum immaculátum in justificatiónibus tuis, ut non confúndar. *Ps.* 118. 77. 80. ℣. Scio quia secúndùm expectatiónem & spem meam, in nullo confúndar. *Philipp.* 1. 19. 20. * Fiat cor.

Post 9. *Lect.* ℟. Retríbuet mihi Dóminus secúndùm justítiam meam, & * Secúndùm puritátem mánuum meárum retríbuet mihi. *Ps.* 17. 25. ℣. Grátias ago Deo, cui sérvio in consciéntia pura. 2. *Tim.* 1. 3. * Secúndùm. Glória. * Secúndùm.

℣. *Sacerd.* Cantábo tibi Dómine, ℟. Psallam & intélligam in via immaculata. *Ps.* 100. 1. 2.

AD LAUDES.

Ant. 1. a. DIléctus meus descéndit in hortum suum ad aréolam aromatum, ut lília cólligat. *Cant.* 6. 1.

Ant. 5. a. Invéni quem díligit ánima mea : tenui eum ; nec dimíttam. *Cant.* 3. 4.

Ant. 2. D. Ego dilécto meo, & diléctus meus mihi, qui páscitur inter lília. *Cant.* 6. 2.

Ant. 6. F. Diléctus meus ordinávit in me caritátem: fulcíte me flóribus, stipáte me malis. *Cant.* 2. 4. 5.

Ant. 1. f. Me propter innocéntiam suscepísti, Dómine, & confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum. *Ps.* 40. 13.

CAPITULUM. *Sap.* 8. 21.

SCivi quóniam áliter non possem esse cóntinens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapiéntiæ, scire cujus esset hoc donum.

HYMNUS. *Muret.*

O Virgo, pectus cui sacrum
Amóris expers ímprobi,
Intus suis ardóribus
Sanctus perússit Spíritus.

Non te volúptas dúlcibus
Fallax venénis mólliit,
Solas amántem pérsequi

tis Agni núptias.
ille natus Vírgine
ecóre céperat;
is ardens ígnibus
ána cuncta témneres.
.TA, cui nunc Cœlitum
canéntium choros,
licet perénnibus
potíri gaúdiis.
ERNE sponsæ Vírginum,
tibi sit glória,
Patre cumque Spíritu,
npitérna sécula.
Amen.
Sitívit in te ánima
℟. Quàm multiplíci
i caro mea! *Ps.* 62. 2.
Benedíctus, *Ant.* 7. G.
ns gaudébo in Dómi-
exultábit ánima mea
meo; quia índuit me
ıéntis salútis, quasi
ım ornátam monílibus.
is. *Isai.* 61. 10.
ATIO. Orémus.
déles tuos, quæsumus,
ómine, intercedénte
N. Vírgine tuâ, córpáriter & mente purí-
ıt tuâ inspiratióne sa-
& nóxias delectatió-
áre prævâleant, & tuâ
r suavitáte pascántur;
ómimum.
lia ORATIO.
us, castitátis amátor,
uxiliáre nobis, quæ-
, per hujus sanctæ
is *N.* mérita glorió-
ejus précibus ab ad-
libcrémur & ad cœlés-
ducámur; Per Dómi-

Pro pluribus Virginibus,
ORATIO. Orémus.

DEus, qui nos hódie sanctárum Vírginum tuárum *N.* & *N.* ánnuâ festivitáte lætíficas; concéde propítius, ut eárum adjuvémur précibus, quarum castitátis instrúimur exémplis; Per.

AD PRIMAM.

Ant. Diléctus meus.

AD TERTIAM.

Ant. Invéni.

CAPITULUM. I. *Cor.* 7. 25.

DE Virgínibus præcéptum Dómini non hábeo: consílium autem do, tanquam misericórdiã consecútus à Dómino, ut sim fidélis.

℟. *br.* Regi vírgines afferéntur * In lætítia & exultatióne, ℟. Regi. ℣. Adducéntur in templum Regis. * In lætítia. Glória. ℟. Regi. *Ps.* 44. 15. 16.

℣. Oleum effúsum nomen tuum; ℟. Ideo adolescéntulæ dilexérunt te. *Cant.* 1. 2.

AD SEXTAM.

Ant. Ego dilécto meo.

CAPITULUM I. *Cor.* 7. 34.

MUlier innúpta, & virgo, cógitat quæ Dómini sunt, ut sit sancta córpore, & spíritu: quæ autem nupta est, cógitat quæ sunt mundi; quómodo pláceat viro.

℟. *br.* Divíni fructus, benedícite Dóminum * In opéribus suis. ℟. Divíni. ℣. Date nómini ejus magnificéntiam. * In opéribus. Glória. ℟. Divíni. *Eccli.* 39. 19. 20.

℣. Confitémini illi in voce labiórum vestrórum, ℟. Et in cánticis labiórum. *Eccli* 39. 20.

AD NONAM.

Ant. Me propter innocéntiam.

Capitulum. 2. *Cor.* 11. 2.

Æmulor vos Dei æmulatióne; despóndi enim vos uni viro Vírginem castam exhibére Christo.

℟. *br.* Quid mihi est in cœlo? * Et à te quid vólui super terram? ℟. Quid. ℣. Deus cordis mei, & pars mea Deus in ætérnum. * Et à te. Glória. ℟. Quid. *Ps.* 72. 25. 26.

℣. Déficit ánima mea in átria Dómini. ℟. Cor meũ, & caro mea exultavérunt in Deum vivum. *Ps.* 83. 2. 3.

AD VESPERAS.

Ant 1 D. Vírgines accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbviàm sponso & sponsæ. *Matt.* 25. 1.

Ant. 7. a. Prudéntes accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus, & ornavérunt lámpades suas. *Matt.* 25. 4. 7.

Ant. 4. *irreg.* A. Médiâ nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, ex[ite] óbviàm ei. *Matt.* 25. 6.

Ant. 4. d. Venit sponsus, & quæ parátæ erant, intravérunt cum eo ad núptias. *Matt.* 25. 10.

Ant. 1. *D.* Vírgines sequúntur Agnum quocúmque íerit; sine mácula enim sunt ante thronum Dei. *Apoc.* 14. 4. 5.

Capitulum. *Apoc.* 14. 1.

Vidi: & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadragínta quátuor míllia, habéntes nomen ejus, & nomen Patris ejus scriptum in fróntibus suis.

In Semiannualibus,

℟. Audívi vocem de cœlo: & vocem, quam audívi, sicut citharizántium in cítharis suis. Et * Cantábant quasi cánticum novum, ante sedem Agni. *Apoc.* 14. 2. 3. ℣. Exultavérunt fíliæ Judæ propter judícia tua, Dómine. *Ps.* 96. 8. * Cantábant. Glória. * Cantábant.

Hymnus, Cœléstis, *ut in Officio Nocturno.*

℣. Vírgines laudent nomen Dómini; ℟. Quia exaltátum est nomen ejus solíus. *Ps.* 148. 12. 13.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Gaudeámus, & exultémus, & demus glóriam Deo; quia venérunt núptiæ Agni, & uxor ejus præparávit se. Beáti, qui ad cœnam nuptiárum Agni vocáti sunt. *Apoc.* 19. 7. 9.

IMUNE SS. VIRGINUM MONIALIUM.

ınia dicuntur ut suprà ficio sanctarum Virgi- :xceptis quæ hìc notan-

I. VESPERIS.

t Hymnum. ℣. Súscipe Dómine, secúndùm ium tuum, & vivam; : non confúndas me ab tatióne mea. *Ps.* 118.

Magníficat, *Ant.* 7. G. dabit mihi pennas sicut nbæ? & volábo, & éscam; quóniam vidi itátem, & contradic- m in civitáte. *Ps.* 54.

ı.

'atio infrà ad Laudes, ìt propriâ.

.D LAUDES.

'st Hymnum. ℣. Obli- te pópulum tuum, ℟. mum patris tui. *Ps.* 44.

Benedíctus, *Ant.* 2. D.* ne quando oblivíscáris pacti Dómini Dei tui, quod pépigit tecum; quia Dóminus Deus tuus ignis consúmens est, Deus æmulátor. *Deut.* 4. 23. 24.

Oratio. Orémus.

Deus, qui habitáculum tuum in corde pudíco constituísti; concéde, ut qui fidélis sponsæ tuæ *N.* puritátem húmili venerámur obséquio, piæ devotiónis sequámur exémplo; Per Dóminum nostrum.

AD VESPERAS.

Post Hymnum. ℣. Concupíscet rex decórem tuum; ℟. Quóniam ipse est Dóminus Deus tuus. *Ps.* 44. 12.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. d. Quòd relíqueris paréntes tuos, & terram in qua nata es; plenam mercédem recípias à Dómino Deo, sub cujus confugísti alas. *Ruth* 2. 11. 12.

ıMMUNE MULIERUM MARTYRUM.

nnia dicuntur ut infrà fficio sanctarum Mulie- , exceptis quæ hìc no- :r.

I. VESPERIS.

'st Hymnum, ℣. Launomen tuum assíduè, ;t collaudábo illud in :ssióne. *Eccli.* 51. 15.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.* Humílium & mansuetórum semper tibi plácuit deprecátio: Deus cœlórum, exaúdi me deprecántem, & de tua misericórdia præsuméntem; ut gentes agnóscant quia tu es Deus, & non est álius præter te. *Judith* 9. 16. 17. 19.

Oratio infrà ad Laudes, nisi sit propria.

A D L A U D E S.

Post Hymnum, ℣. Arcus fórtium superátus est, ℟. Et infirmi accincti sunt róbore. 1. *Reg.* 2. 4.

Ad Benedictus, *Ant.* 3. E. Supra modum mirábilis, & bonórum memóriâ digna, bono ánimo ferébat propter spem quam in Deum habébat. 2. *Mach.* 7. 20.

Oratio. Orémus.

DEus, cujus grátiâ virtus in infirmitáte perfícitur; largíre nobis, quǽsumus, beátæ *N.* Mártyris tuæ triúmphum recoléntibus, ut quæ à te accépit ut vínceret, à te quoque vincéndi grátiam nobis obtíneat; Per Dóminum.

Si sint plures,

DEus, qui [...] diem sanctá[...] *N.* martyrio c[...] concéde ut omne[...] victóriam venerá[...] tectiónis tuæ a[...] niántur; Per Dó[...]

AD VESP[...]

Post Hymnum [...] tátum est os m[...] inimícos meos; [...] táta sum in sal[...] Dómine. 1. *Reg.*

Ad Magníficat, [...] Exaudíta est orát[...] liberásti me de p[...] & eripuísti me d[...] iníquo; proptére[...] bor, & laudem [...] *Eccli.* 51. 15. 16.

COMMUNE SS. MULIERU[...]

IN I. VESPERIS.

Ant. 1. a. MUlierem fortem quis invéniet? procul, & de últimis fínibus prétium ejus. *Prov.* 31. 10.

Ant. 2. D. Grátia verecúndiæ mulíeris sensátæ & bonæ super aurum. *Eccli.* 7. 21.

Ant. 3. a. Múlier díligens, coróna est viro suo. 12. 4.

Ant. 7. *d.* Múlier sensáta, & tácita; non est immutátio erudítæ ánimæ. *Eccli.* 26. 18.

Ant. 2. D. Gr[...] grátiam, múlier pudoráta. *Eccli.* [...]

CAPITULUM. *Pr*[...]

DOmus & diví[...] à paréntibus [...] no autem própriè [...] dens.

In Semiannua[...]

℟. Fallax grátia [...] na est pulcritúdo: timens Dóminum, dábitur. *Prov.* 31 [...] Non sit extrínsecù[...] túra, aut circumdá[...] 1. *Petr.* 3. 3. * [...] Glória. Mulier timé[...]

Hymnus. *Santol. Vict.*

Adeste, sanctæ Conjuges:
In illa fortis fémina,
Ornáta quæ virtútibus
Triúmphat inter Cœlites.

Non illa luxu véstium,
Non crine torto spléndduit;
Cultu nitens sed símplice,
Puris placébat móribus.

Se sub serénis vúltibus
Austéra virtus ócculit;
Timet vidéri, ne suum,
Dum prodit, amíttat decus.

Pascenda cœlésti cibo,
Sacris studébat lítteris;
Templo frequens, sed sédula
Redíbat ad curam domûs.

Ætérne tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

℣. Sápiens múlier ædíficat domum suam: ℟. Insípiens extrúctam quoque mánibus déstruet. *Prov.* 14. 1.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Fáciat Dóminus hanc mulíerem sicut Rachel, & Liam; ut sit exémplum virtútis, & hábeat célebre nomen. *Ruth* 4. 11.

Oratio ut infrà ad Laudes, nisi sit propria.

[*In Annualibus ad Completorium, Ant.* 2. D. Mulíeres, súbditæ estóte viris, sicut opórtet, in Dómino. *Coloss.* 3. 18.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 1. a. Sara obediébat Abrahæ, dóminum eum vocans; cujus estis fíliæ benè faciéntes. 1. *Petr.* 3. 6.]

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Deum in quo sperant sanctæ mulíeres, * Veníte, adorémus. 1. *Petr.* 3. 5.
Ps. 94. Veníte. 2.

Hymnus. *Santol. Vict.*

Ardet Deo quæ fémina,
Latére frustrà cógitat:
Quot indigéntes súblevat,
Tot próditur præcónibus.

Prodesse quærit ómnibus,
Curis honéstis ánxia;
Patróna, custos vírginum,
Secúnda mater órphanis.

Pannis laténtem vílibus
Christum fovébat hóspitem:
Quas dura subtráxit sibi,
Opes refúndit pródiga.

Pacem domi, pacem foris
Alto colit siléntio;
Lites amat compónere,
Ut una mens sit ómnibus.

Ætérne tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

In I. Nocturno.

Ant. 3. g. Opórtet mulíeres esse pudícas, non detrahéntes, sóbrias, fidéles in ómnibus. 1. *Tim.* 3. 7. 11.

Ant. 2. D. Prudéntiam dóceant adolescéntulas, vi-

ros suos ament, filios suos diligant. *Tit.* 2. 4.

Ant. 1. D. * Mulíeres viris suis súbditæ sint, sicut Dómino. *Ephes.* 5. 22.

℣. Viri caput, Christus est: caput autem mulíeris, vir: ℟. Caput verò Christi, Deus. 1. *Cor.* 11. 3.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Post 1. *Lect.* ℟. Filii sanctórum sumus, & * Non póssumus ita conjúngi sicut gentes, quæ ignórant Deum. *Tob.* 8. 5. ℣. Honorábile connúbium in ómnibus, & thorus immaculátus. *Hebr.* 13. 4. * Non póssumus.

Post 2. *Lect.* ℟. Sunt, quibus prævalére potest dæmónium: * Hi namque qui conjúgium ita suscípiunt, ut Deum à sua mente exclúdant: habet potestátem dæmónium super eos. *Tob.* 6. 17. 18. ℣. Hæc est volúntas Dei; ut sciat unusquísque vas suum possidére in sanctificatióne; non in passióne desidérii. 1. *Thess.* 4. 3. 4. 5. * Hi namque.

Post 3. *Lect.* ℟. Si qua múlier fidélis habet virum infidélem, & hic conséntit habitáre cum illa, non dimíttat virum; * Sanctificátus est enim vir infidélis per mulíerem fidélem. 1. *Cor.* 7. 13. 14. ℣. Qui invénit mulíerem bonam, invénit bonum: & háuriet jucunditátem à Dómino. *Prov.* 18. 22. * Sanctificátus est, Glória. * Sanctificátus

IN II. NOCTURNO

Ant. 8. G. Dómine, habes ómnium sciéntiam: tu scis quòd nunquam læta sit ancílla tua, nisi in te, Dómine Deus. *Esther* 14. 16. 18.

Ant. 7. d. Tu scis, Dómine, quia virum cum timóre tuo, non cum libídine mea, consénsi suscípere. *Tob.* 3. 16. 18.

Ant. 5. a. Perambulábam in innocéntia cordis mei, in médio domûs meæ. *Ps.* 100. 2.

℣. Ad ómnia mandáta tua dirigébar; ℟. Omnem viam iníquam ódio hábui. *Ps.* 118. 128.

Lectiones in Proprio Sanctorum.

Post 4. *Lect.* ℟. Adjuva me ancíllam tuam, nullum áliud auxílium habéntem, nisi te, Dómine. * Nosti quia óderim glóriam iniquórum. *Esther* 14. 14. 15. ℣. Quæ participátio justítiæ cum iniquitáte? 2. *Cor.* 6. 14. * Nosti quia óderim.

Post 5. *Lect.* ℟. Complácui in veritáte tua. * Non sedi cum concílio vanitátis; odívi ecclésiam malignántium. *Ps.* 25. 3. 4. 5. ℣. Corrúmpunt mores bonos collóquia mala. 1. *Cor.* 15. 33. * Non sedi.

Post 6. *Lect.* ℟. Mundam servávi ánimam meam ab omni concupiscéntia. * Nunquam cum ludéntibus mis-

ui me; † Neque cum his, ui in levitáte ámbulant, artícipem me præbui. *Tob.* . 17. ℣. Exultávit spíritus meus in Deo salutári méo. *Luc.* 1. 47. * Nunquam. Glória. † Neque cum his.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Accínxit fortitúdine lumbos suos, & roborávit bráchium suum. *Prov.* 31. 17.

Ant. 4. E. Quæsívit lanam & linum, & operáta est consílio mánuum suárum. *Prov.* 31. 13.

Ant. 7. c. Considerávit sémitas domûs suæ; & panem otiósa non comédit. *Prov.* 31. 27.

℣. Os suum apéruit sapiéntiæ, ℟. Et lex cleméntiæ in lingua ejus. *Prov.* 31. 26.

Evangelium & Homilia ut in Proprio Sanctorum.

Post 7. *Lect.* ℟. Confídit in ea cor viri sui; * De nocte surréxit, deditque prædam doméſticis suis, & cibária ancíllis suis. *Prov.* 31. 11. 15. ℣. Si quis suórum, & máximè domesticórum curam non habet, fidem negávit, & est infidéli detérior. 1. *Tim.* 5. 8. * De nocte.

Post 8. *Lect.* ℟. Non sit extrínsecùs indumenti vestimentórum cultus; sed qui abscónditus est cordis homo, in incorruptibilitáte modésti spíritûs, qui est in conspéctu Dei lócuples. * Sic & sanctæ mulíeres ornábant se. 1. *Petr.* 3. 3. 4. 5. ℣. Fortitúdo & decor induméntum mulíeris fortis. *Prov.* 31. 25. * Sic & sanctæ.

Post 9. *Lect.* ℟. Erat in ómnibus famosíssima, quóniam * Timébat Dóminum valde, † Nec erat qui loquerétur de illa verbum malum. *Judith* 8. 8. ℣. Hæc erat plena opéribus bonis, & eleemósynis quas faciébat. *Act.* 9. 36. * Timébat. Glória. † Nec erat.

℣. *Sacerd.* Glorificábo nomen tuum in ætérnum: ℟. Quia misericórdia tua magna est super me. *Ps.* 85. 12. 13.

AD LAUDES.

Ant. 2. D. IN ancílla sua adimplévit Dóminus misericórdiã suã. *Judith* 13. 18.

Ant. 3. *a.* Erat cor ejus fidúciam habens in Dómino. *Dan.* 13. 35.

Ant. 4. E. Habens super lumbos suos cilícium, jejunábat ómnibus diébus vitæ suæ. *Judith* 8. 6.

Ant. 5. a. Non discedébat de templo, jejúniis & obsecratiónibus sérviens nocte ac die. *Luc.* 2. 37.

Ant. 6. F. Beatíssimam prædicavérunt; vir ejus & laudávit eam. *Prov.* 31. 28.

CAPITULUM. *Eccli.* 26. 21.

SIcut sol óriens mundo in altíssimis Dei, sic mulíeris bonæ spécies in ornaméntum domûs.

HYMNUS. *Santol. Vict.*

O Jam beáta, quæ suo
Tandem solúta córpore,
Vinclis perennióribus
Uni Deo conjúngitur.

PER quos gradus cœlum petit,
Hàc ire vos omnes docet,
Junctæ jugáli vínculo,
Et vos solútæ cónjuges.

INSIGNIS & nos féminæ
Sequi decet vestígia;
Magnum vel ipsis quæ fuit
Virtútis exémplum viris.

QUEIS arsit illa, fac, Deus,
Flagrémus & nos ígnibus;
Eóque, quo te vis coli,
Amóre, fac, mens te colat.

ÆTERNE tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

℣. Múlier fortis oblćctat virum suum, ℟. Et annos vitæ illíus in pace implébit. *Eccli.* 26. 2.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D.* Salvábitur múlier, si permánserit in fide, & dilectióne, & sanctificatióne cum sobrietáte. 1. *Tim.* 2. 15.

ORATIO. Orémus.

DEus, vita fidélium, glória humílium, & beatitúdo justórum, interveniénte beátâ *N.* propítius réspice súpplicum preces; ut ánimæ quæ promissiónes tuas sítiunt, de tuæ caritátis abundántia repleántur. Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. In ancílla.

AD TERTIAM.

Ant. Erat cor ejus.

CAPITULUM *Eccli.* 40. 19.

FIlii, & ædificátio civitatis confirmábit nomen, & super hæc múlier immaculáta computábitur.

℟. *br.* Timor Dómini, * Cum eléctis féminis graditur, ℟. Timor. ℣. Et cum justis & fidélibus agnóscitur. * Cum eléctis. Glória. ℟. Timor. *Eccli.* 1. 16.

℣. Timor Dómini, sciéntiæ religiósitas: ℟. Religiósitas custódiet & justificábit cor. *Eccli.* 1. 17.

AD SEXTAM.

Ant. Habens.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 3. 1. 2.

MUlíeres súbditæ sint viris suis; ut & si qui non credunt verbo, per mulíerum conversatiónem sine verbo lucrifíant; considerántes in timóre castam conversatiónem vestram.

℟. *br.* Mandáta Dei * In corde mulíeris sanctæ. ℟. Mandáta. ℣. Fundaménta ætérna supra petram sólidam. * In corde. Glória. ℟. Mandáta. *Eccli.* 26. 24.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus; ℟. Et non supplan-

...búntur gressus ejus. *Ps.* ...6. 31.

AD NONAM.

Ant. Beatíssimam.

CAPITULUM. *Eccli.* 36 26.

QUi póssidet mulíerem bonam, ínchoat possessiónem: adjutórium secúndùm illum est, & colúmna ut réquies.

℟. *br.* Grátia mulíeris sédulæ * Delectábit virum suum, ℟. Grátia. ℣. Disciplína illíus datum Dei est. * Delectábit. Glória Patri. ℟. Grátia. *Eccli.* 26. 16. 17.

℣. Mulíeris bonæ beátus vir; ℟. Númerus enim annórum illíus duplex. *Eccli.* 26. 1.

AD VESPERAS.

Ant. 4. *E.* DAte mulíeri forti de fructu mánuum suárũ; & laudent eam in portis ópera ejus. *Prov.* 31. 31.

Ant. 1. a. Magna facta est; erat étiam virtúti cástitas adjúncta. *Judith* 16. 26.

Ant. 7. c. Orábat Dóminum Deum Isráël, & munda manébat in tabernáculo. *Judith* 12. 8. 9.

Ant. 6. F. Sperávit in Deo, & perréxit in præcéptis illíus. 2. *Par.* 17. 3. 4.

Ant. 4. d. Corpus suum humiliávit jejúniis; & deprecabátur Dóminum Deum Isráël. *Esther* 14. 2. 3.

CAPITULUM. 1. *Tim.* 2. 8. 9. 10.

VOlo mulíeres oráre in hábitu ornáto, cum verecúndia & sobrietáte ornántes se, & non in tortis crínibus, aut auro, aut margarítis, vel veste pretiósa; sed quod decet mulíeres, promitténtes pietátem per ópera bona.

In Semiannualibus,

℟. Manum suam misit ad fórtia, & dígiti ejus apprehendérunt fusum: * Manum suam apéruit ínopi, & † Palmas suas exténdit ad paúperem. *Prov.* 31. 19. 20. ℣. Sic laborántes, opórtet suscípere infírmos, ac meminísse verbi Dómini: Beátius est magìs dare, quàm accípere. *Act.* 20. 35. * Manum suam. Glória. † Palmas suas.

Hymnus, O jam beáta, *suprà, in Laudibus.*

℣. Ora pro nobis Dóminum, ℟. Quóniam múlier sancta es. *Judith* 8. 29.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *C.* Eò quòd castitátem amáveris, manus Dómini confortávit te, & ídeo eris benedícta in ætérnum. *Judith* 15. 12.



COMMUNE SS. VIDUARUM

Omnia dicuntur ut suprà in Officio sanctarum Mulierum; exceptis quæ notantur infrà:

IN I. VESPERIS.

Post Hymnum, ℣. Dóminus pupillum, & víduam suscípiet; ℟. Et vias peccatórum dispérdet. *Ps.* 145. 9.

Ad Magníficat, Ant. 1. D. * Vídua eligátur in opéribus bonis testimónium habens, si fílios educávit, si hospítio recépit, si sanctórum pedes lavit, si tribulatiónem patiéntibus subministrávit, si omne opus bonum subsecúta est. 1. *Tim.* 5. 9. 10.

Oratio infrà ad Laudes, nisi sit propria.

AD LAUDES.

Post Hymnum, ℣. Quæ verè vídua est, & desoláta, speret in Deum, ℟. Et instet obsecratiónibus & oratiónibus nocte ac die. 1. *Tim.* 5. 5.

Ad Benedictus, Ant. 2. D. * Víduas honóra, quæ verè víduæ sunt; n... in delíciis est, vive... tua est. Et hoc p... ut irreprehensíbile... *Tim.* 5. 3. 6. 7.

Oratio. Or...

Deus, in quem omnis ánima ... hic in terris pósita ... víduam sentit ac de... tríbue nobis, quæsu... exémplo beátæ *N.* ... tiónibus & oratión... cte ac die instántes ... tiuum consolatiónum ... mur esse partícip... Dóminum nostrum ... Christum.

AD VESPE...

Post Hymnum, ... despíciet Dóminus pupílli; nec víduam effúndat loquélam ... *Eccli.* 35. 17.

Ad Magníficat, A... Hæc vídua confitebá... mino; & loquebátu... ómnibus, qui expe... redemptiónem Israë... 2. 37. 38.



IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS ECCLESIÆ.

ANNUALE-MINUS.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria.

Ant. 1. f. ÆDificávit Noë altáre Dómino; & óbtulit holocaústa super altáre: odoratúsque est Dóminus odórem suavitátis. *Gen.* 8. 20. 21.

Ant. 4. E. Lápidem Jacob eréxit in títulum, fundens óleum désuper; vovit étiam votum, dicens: Erit mihi Dóminus in Deum, & lapis iste vocábitur domus Dei. *Gen.* 28. 18. 20. 21. 22.

Ant. 3. E. Locútus est Dóminus ad Móysen, dicens: Fílii Israël fácient mihi sanctuárium & habitábo in médio eórum. *Exod.* 25. 1. 8.

Ant. 8. G. Complévit Móyses tabernáculum, & eréxit illud, unxítque & sanctificávit, altáre simíliter & ómnia vasa ejus. *Num.* 7. 1.

Ant. 5. a. Opéruit nubes tabernáculum testimónii, & glória Dómini implévit illud; majestáte Dómini coruscánte. *Exod.* 40. 32. 33.

CAPITULUM. *Ezech.* 37. 26. 27.

HÆc dicit Dóminus: Percútiam fíliis Israël fœdus pacis, pactum sempitérnum erit eis; & fundábo eos, & multiplicábo, & dabo sanctificatiónem meam in médio eórum in perpétuum: & erit tabernáculum meum in eis.

℟. David invénit grátiam ante Deum, & pétiit ut inveníret tabernáculum Deo Jacob. * Sálomon autem † Ædificávit illi domum. *Act.* 7. 46. 47. ℣. Dixit David ad Salomónem; Fili mi, sit Dóminus tecum, & prosperáre, & ædífica domum Dómino Deo tuo, sicut locútus est de te. 1. *Par.* 22. 7. 11. * Sálomon. Glória. † Ædificávit.

Hymnus, Urbs beáta, *ut in II. Vesperis*, &c.

℣. Vocábunt Jerúsalem sólium Dómini; ℟. Et congregabúntur ad eam omnes gentes in nómine Dómini. *Jer.* 3. 17.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. Vénient portántes holocaústum, & víctimam, & sacrifícium, & thus, & in-

ferent oblatiónem in domum Dómini. *Jer.* 17. 26.

Oratio. Orémus.

DEus, qui de vivis & eléctis lapídibus ætérnum Majestáti tuæ præparas habitáculum, auxiliáre pópulo tuo supplicánti; ut quod Ecclésiæ tuæ corporálibus próficit spátiis, spirituálibus amplificétur augméntis; Per Dóminum.

De Dominica, si in ea festum Dedicationis occurrat, fiet commemoratio in utrisque Vesperis, Officio Nocturno, & Laudibus.

Completorium ut in die, infrà. Orationes, Deus, qui de vivis, & Véritas, *sub una conclusione.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Dóminum in templo sancto suo, * Veníte, adorémus. *Habac.* 2. 20.

Psalmus 94, Veníte. 2.

Hymnus. *Besnault.*

ECce sedes hìc Tonántis,
Ecce cœli jánua:
Hìc sacérdos, ara, templum,
Hìc Deus fit hóstia:
Incruéntâ morte jugis
Hìc amor litat Deum.

Qualis ara, quanta sedes,
Ipsíus capax Dei!
Quem nec univérsa terra,
Omne nec cœlum capit,
Orbe parvo se coárctans
Hìc latére sústinet.

Quam libénter hìc pudícis
Inserit se córdibus!
Hìc amántis tota Christi
Exerit se cáritas;
Hìc Pater caros sedére
Gestit inter filios.

Hinc facésse, quem profána
Pólluit contágio;
Neu sacrum transíre limen
Inquinátus aúdeas:
Ultor astat cum flagéllis,
Púniens sontes Deus.

Sit perénnis laus Paréntí,
Sit perénnis Fílio;
Laus tibi, qui nectis ambos,
Sit perénnis, Spíritus,
Chrisma cujus nos inúngens,
Viva templa cónsecrat.
Amen.

In I. Nocturno.

Ant. 1. 2. Salomóni subjécit Deus omnes hostes, ut cónderet domum in nómine suo, & paráret sanctitátem in sempitérnũ. *Eccli.* 47. 15.

Ps. Verba mea aúribus. 5.

Ant. 4. E. Obtulit sacrificium dedicatiónis & consummatiónis templi; & octo diébus celebrávit dedicatiónem. 2. *Mach.* 2. 9. 12.

Ps. Dómini est terra, 23.

Ant. 3. E. Cùm complésset Sálomon fundens preces, ignis descéndit de cœlo, & devorávit holocaústa; & majéstas Dómini implévit domum. 2. *Par.* 7. 1.

Ps. Judica me, Dómine, 45.

℣. Sanctificávit tabernáculũ suũ Altíssimus. ℟. Deus in médio ejus. *Ps.* 45. 5. 6.

De libro secúndo Paralipómenon.

ectio j. c. 7. 1. ad 5.

Um compléſſet Sálomon fundens preces, is deſcéndit de cœlo, & orávit holocaúſta & víctimas; & majéſtas Dómini implévit domum. Nec erant Sacerdótes íngredi mplum Dómini, eò quòd pléſſet majéſtas Dómini mplum Dómini. Sed & nes filii Iſraël vidébant cendéntem ignem, & riam Dómini ſuper dom: & corruéntes proni erram ſuper paviméntum tum lápide, adoravé t, & laudavérunt Dóum: Quóniam bonus, oniam in ſéculum miſeridia ejus. Rex autem, & nis pópulus, immolát víctimas coram Dómi- Mactávit ígitur rex Sáon hóſtias, boum viti duo míllia, aríetum tum vigínti míllia; & icávit domum Dei rex, nivérſus pópulus.

℟. Filii Iſraël vidébant cendéntem ignem, & riam Dómini ſuper dom: * Et corruéntes proni er paviméntum, adoraunt Dóminum. 2. Par. 3. ℣. Implétum eſt temm fumo à majeſtáte Dei, le virtúte ejus. Apoc. 15. * Et corruéntes.

ectio ij. ℣. 6. ad 9.

Acerdótes autem ſtabant in officiis ſuis, & Levítæ organis cárminum Dómiquæ fecit David rex ad laudándum Dóminum: Quóniam in ætérnum miſericórdia ejus; hymnos David canéntes per manus ſuas. Porrò Sacerdótes canébant tubis ante eos, cunctúſque Iſraël ſtabat. Sanctificávit quoque Sálomon médium átrii ante templum Dómini: obtúlerat enim ibi holocaúſta & ádipes pacificórum; quia altáre æneum quod fécerat, non póterat ſuſtinére holocaúſta, & ſacrifícia, & ádipes. Fecit ergo Sálomon ſolemnitátem in témpore illo ſeptem diébus, & omnis Iſraël cum eo, eccléſia magna valde, ab intróitu Emath uſque ad torréntem Ægypti. Fecítque die octávo colléctam, eò quòd dedicáſſet altáre ſeptem diébus, & ſolemnitátem celebráſſet diébus ſeptem.

℟. Verè Dóminus eſt in loco iſto: * Quàm terríbilis eſt locus iſte! Non eſt hìc áliud niſi domus Dei, & porta cœli. Gen. 28. 16. 17. ℣. Si quis templum Dei violáverit, diſpérdet illum Deus. 1. Cor. 3. 17. * Quàm.

Lectio iij. ℣. 12. ad 16.

A Ppáruit autem Salomóni Dóminus nocte, & ait: Audívi oratiónem tuam, & elégi locum iſtum mihi in domum ſacrifícii. Si claúſero cœlum, & plúvia non flúxerit, & mandávero & præcépero locúſtæ ut dévoret terram, & míſero peſtiléntiam in pópulum meum:

convérsus autem pópulus meus, super quos invocátum est nomen meum, deprecátus me fúerit, & exquisíerit fáciem meam, & égerit pœniténtiam à viis suis péssimis: & ego exáudiam de cœlo, & propítius ero peccátis eórum, & sanábo terram eórum. Oculi quoque mei erunt apérti, & aures meæ eréctæ ad oratiónem ejus qui in loco isto oráverit: élégi enim, & sanctificávi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempitérnum, & permáneant óculi mei, & cor meum ibi cunctis diébus.

℟. Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, & habitábit cum eis. Et ipsi pópulus ejus erunt, * Et † Ipse Deus cum eis erit eórum Deus. *Apoc.* 21. 3. ℣. Ergóne credíbile est ut hábitet Deus cum homínibus super terram? 2. *Par.* 6. 18. * Et ipse. Glória. † Ipse.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. C. Qui adhærent Dómino, ut colant eum, lætificábo eos in domo oratiónis meæ. *Isai.* 56. 6. 7.

Ps. Afférte Dómino. 47.

Ant. 4. *irreg.* c. Holocáusta eórũ, & víctimæ eórum placébunt mihi super altári meo. *Isai.* 56. 7.

Ps. Deus noster refúgium. 70.

Ant. 7. *d.* Glória Líbani véniet ad ornándum locum sanctificatiónis meæ, & locum pedum meórum glorificábo. *Isai.* 60. 13.

Ps. Magnus Dóminus. 71.

℣. Habitábo in médio filiórum Israël, ℟. Et non derelínquam pópulum meũ. 3. *Reg.* 6. 13.

Sermo sancti Bernárdi abbátis.

In Dedic. Serm. 1. §. 1.

Lectio iv.

FEstívitas hodiérna, fratres, tantò nobis debet esse devótior, quantò familiárior est. Nam céteras quidem sanctórum solemnitátes cum ecclésiis áliis habémus commúnes: hæc verò sic nobis est própria, ut necésse sit, vel à nobis eam, vel à némine celebrári. Nostra est, quia de ecclésia nostra: magìs autem nostra, quia de nobis ipsis. Mirámini forsitan & erubéscitis celebrari festa de vobis: sed nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intelléctus. Quid enim lápides isti potuérunt sanctitátis habére, ut eórum solémnia celebrémus? Habent útique sanctitátem, sed propter córpora vestra. An verò córpora vestra sancta esse quis dúbitet, quæ templum sancti Spíritus sunt, ut sciat unusquísque possidére vas suum in sanctificatióne? Itaque sanctæ sunt ánimæ propter inhabitántem Spíritum Dei in vobis; sancta sunt cór-

pora propter ánimas; sancta est étiam propter córpora domus.

℟. Audíte, qui ingredímini per portas has, ut adorétis Dóminum; * Bonas fácite vias vestras. *Jer.* 7. 2. 3. ℣. Nolíte fácere domum Patris mei, domum negotiatiónis. *Joan.* 2. 16. * Bonas.

Lectio v. §. 3. 4.

QUando domus ista per manus Pontíficum dedicáta est Dómino, propter nos sine dúbio factum est.... In nobis proínde spirituáliter impléri necésse est, quæ in pariétibus visibíliter præcessérunt. Et si vultis scire, hæc útique sunt; aspérsio, inscríptio, inúnctio, illuminátio, benedíctio. Hæc quidem in hac visíbili domo fecére Pontífices; hæc Christus assístens Póntifex futurórum bonórum, invisibíliter quotídie operátur in nobis. Primò síquidem aspérgit nos hyssópo, ut mundémur, lavémur, dealbémur.... Lavat, inquam, nos in confessióne, lavat nos lacrymárum imbre;..... lavat sudóribus pœniténtiæ; magis autem lavat nos aquâ illâ pretiosíssimâ, quæ de fonte pietátis, id est, ab ejus látere emanávit... Non solùm autem, sed inscríbit dígito Dei, in quo ejiciébat dæmónia, haud dúbium quin in Spíritu-sancto. Inscríbit, inquam, legem suam, non jam in lápide, sed in tábulis cordis carnálibus, Prophéticam implens promissiónem, quâ se pollícitus est ablatúrum cor lapídeum, & cárneum cor esse datúrum; id est, non durum, non obstinátum, non judáïcum; sed pium, sed mansuétum, sed tractábile, sed devótum.

℟. Nolíte confídere in verbis mendácii, dicéntes: Templum Dómini est: * Quóniam, si benè direxéritis vias vestras, & stúdia vestra, habitábo vobíscum in loco isto. *Jer.* 7. 4. 5. 7. ℣. Appropinquáte Deo, & appropinquábit vobis; emundáte manus, peccatóres; & purificáte corda. *Jac.* 4. 8. * Quóniam.

Lectio vj. §. 6.

JAm verò benedictiónem quidem expectámus in fine, quando apériet manum suam, & implébit omne ánimal benedictióne. Nam in quátuor præmíssis mérita constant, in benedictióne sunt præmia. In benedictióne tota complébitur grátia sanctificatiónis, quando jam in domum transíbimus non manufáctam, ætérnam in cœlis. Ipsa est quæ constrúitur vivis ex lapídibus, Angelis scílicet & homínibus. Simul enim ædificátio, & dedicátio ipsa complébitur.

℟. Si convérsus pópulus meus deprecátus me fúerit,

& égerit pœniténtiam; ego exaudiam, * Et aures meæ erunt eréctæ ad oratiónem ejus qui in loco isto oráverit: † Elégi enim, & sanctificávi locum istum. 2. *Par.* 7. 14. 15. 16. ℣. Domus mea, domus oratiónis vocábitur ómnibus géntibus. *Marc.* 11. 17. * Et aures. Glória. † Elégi.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Nescitis quia templum Dei estis, & Spíritus Dei hábitat in vobis? Templum Dei sanctum est, quod estis vos. 1. *Cor.* 3. 16. 17.

Ps. Te decet hymnus. 64.

Ant. 8. G. Superædificáti estis super fundaméntum Apostolórum, & Prophetárum, ipso summo angulári lápide Christo Jesu. *Ephes.* 2. 20.

Ps. Quàm dilécta. 111.

Ant. 9. a. In Christo omnis ædificátio constrúcta crescit in templum sanctum in Dómino, in quo & vos coædificámini in habitáculum Dei in spíritu. *Ephes.* 2. 21. 22.

Ps. Fundaménta ejus. 117.

℣ Dei agricultúra estis, ℟. Dei ædificátio estis. 1. *Cor.* 3. 9.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Léctio vij. *c.* 19. 1. *ad* 10.

IN illo témpore; Ingréssus Jesus perambulábat Jéricho. Et ecce vir nómine Zacchæus; & hic prin... erat publicanórum, & ... dives: & quærébat vi... Jesum, quis esset; & n... póterat præ turba, qui... statúrâ pusíllus erat. Et ré...

Homilía sancti Augu... epíscopi.

Serm. 174. *de Verbis A... stoli*, §. 5. *aliàs Serm.* ...

DOminus, qui Zacchæ... in corde suscéperat, ... domum ejus dignátus ... súscipi; & dixit, [Zacchæ... festinans descénde, qu... niam in domo tua opor... me manére.] Magnum beneficium ille arbitrabátur, Christum vidére. Qui magnum & ineffábile benefícium putábat, transeúntem vidére, súbitò méruit in domo habére. Infúnditur grátia, operátur fides per dilectiónem; suscípitur Christus in domum, qui jam habitábat in corde. Dicit Christo Zacchæus: [Dómine, dimídium rerum meárum do paupéribus, & si quid áliquem fraudávi, quádruplum reddo.] Quasi díceret, Ideo mihi dimídium téneo, non quod hábeam, sed unde reddam. Verè ecce quod est suscípere Jesum, in cor suscípere. Ibi enim erat Christus, in Zacchæo erat, & de illo sibi dicébat, quod ex ore ejus audiébat. Sic enim Apóstolus dicit, Habitáre Christum per fidem in córdibus vestris.

℟. Vos estis templũ Dei vi-
[S]icut dicit Deus : *Quóniã
[h]abitábo in illis, & inam-
[bu]lábo inter eos, & ero il-
[lo]rum Deus, & ipsi erunt
[mi]hi pópulus. 2. *Cor.* 6. 16.
℣. Hæc dicit Dóminus Deus:
[Sc]ient gentes quia ego san-
[ct]ificátor Israël, cùm fúerit
[sa]nctificátio mea in médio
[eo]rum. *Ezech.* 37. 21. 28.
*Quóniam.

Lectio viij. §. 6.

JAm ergo quia Zacchæus erat, quia princeps pu[b]licanórum erat, quia valde [p]eccátor erat ; quasi sana [i]lla turba, quæ impediébat vidére Jesum, admiráta est, & reprehéndit quòd in domum peccatóris intrásset Jesus. Hoc erat reprehéndere quòd in domum ægróti intrávit médicus. Quia ergo velut peccátor Zacchæus irrísus est, irrísus est autem ab insánis sanátus, Dóminus respóndit irridéntibus : [Hódie salus huic dómui facta est.] Ecce quare intrávi, [Salus hódie facta est.] Utique si Salvátor non intrásset, salus in illa domo facta non esset.

℟. Membra vestra templum sunt Spíritûs-sancti qui in vobis est, & non estis vestri; empti enim estis prétio magno. * Glorificáte & portáte Deum in córpore vestro. 1. *Cor.* 6. 19. 20. ℣. Nolíte contamináre ánimas vestras ; sancti estóte, quia ego sanctus sum. *Lev.* 11. 43. 44. * Glorificáte.

[*Si sit Dominica, loco sequentis Lectionis, pro* ix. *Lectione legitur Evangelium & Homilia Dominicæ occurrentis.*]

Lectio ix.

QUid ergo miráris, ægróte ? Voca & tu Jesum, noli tibi sanus vidéri. Cum spe ægrótat, qui médicum súscipit: desperátè ægrótat, qui per insániam médicum cædit. Qualis ergo ejus insánia, qui médicum occídit? Quanta verò bónitas & poténtia médici, qui de sánguine suo, insáno interfectóri suo medicaméntum fecit? Neque enim ille qui vénerat quærere & salváre quod períerat, pendens sine causa dicébat : [Pater, ignósce illis, quia nésciunt quid fáciunt.] Insáni sunt, médicus sum : sæviant, patiénter fero ; cùm occíderint, tunc sanábo. Simus ergo inter illos quos sanat. [Humánus sermo & omni acceptióne dignus, quia Christus Jesus venit in mundum peccatóres salvos fácere :] magnos, pusíllos, [peccatóres salvos fácere. Venit Fílius hóminis quærere & salváre quod períerat.]

℟. Ad Dóminum accedéntes lápidem vivum, ab homínibus quidem reprobátum, à Deo autem eléctum; & ipsi * Tanquam lápides vivi † Superædificámini, do-

mus spirituális. 1. *Petr.* 2. 4. 5. ℣. Præbéte corda vestra & ánimas vestras, ut quærátis Dóminum, & ædificáte sanctuárium Dómino Deo. 1. *Par.* 22. 19. * Tanquam. Glória. † Superædificámini.

℣. *Sacerd.* Pavéte ad sanctuárium meum. ℟. Ego Dóminus. *Levit.* 26. 2.

AD LAUDES.

Psalmi de Dominica.

Ant. 7. a. DOmine Deus Israël, si cœlum & cœli cœlórum non te cápiunt, quantò magìs domus ista? 2. *Par.* 6. 17. 18.

Ant. 2. D. Tu, Dómine, elegísti domum istam, ut esset domus oratiónis pópulo tuo. 1. *Mach.* 7. 37.

Ant. 3. a. Si deprecáti te fúerint in loco isto, & convérsi à peccátis suis, exaúdi de cœlo, Dómine, & doce eos viam bonam. 2. *Par.* 6. 26. 27.

Ant. 4. E. Dimíttas.

Loco Cantici, Benedícite, *dicitur sequens*

CANTICUM. *Tob.* 13. 13. *ad fin.*

Templi Dei majestas; maledicti qui contemnunt illud! Qui verò diligunt, beati!

JErúsalem cívitas Dei,... luce spléndidâ fulgébis, * & omnes fines terræ adorábunt te.

Natiónes ex longínquo ad te vénient; & múnera deferéntes, adorábunt in te Dóminum, * & terram tuam in sanctificatiónem habébunt.

Nomen enim magnum * invocábunt in te.

Maledícti erunt qui contémpserint te; & condemnáti erunt omnes qui blasphemáverint te; * benedictíque erunt qui ædificáverint te.

Tu autem lætáberis in fíliis tuis, * quóniam omnes benedicéntur, & congregabúntur ad Dóminum.

Beáti omnes qui díligunt te, * & qui gaudent super pace tua.

Anima mea, bénedic Dóminum, * quóniam liberávit Jerúsalem civitátem suam à cunctis tribulatiónibus ejus Dóminus Deus noster.

Beátus ero, si fúerint relíquiæ séminis mei * ad vidéndam claritátem Jerúsalem.

Portæ Jerúsalem ex sapphíro & smarágdo ædificabúntur: * & ex lápide pretióso omnis circúitus murórum ejus.

Ex lápide cándido & mundo omnes platéæ ejus sternéntur: * & per vicos ejus Allelúia cantábitur.

Benedíctus Dóminus qui exaltávit eam: * & sit regnum ejus in sécula seculórum super eam. Amen.

Et dicitur per totam Oc-
vam, cùm sit de Octava.
Ant. Dimíttas pópulo
o, quamvis peccatóri, &
ıres tuæ inténtæ sint ad
atiónem quæ fit in loco
o. 2. *Par.* 6. 39. 40.
Ant. 5. a. Tu exaúdies
cœlo, ut sciant omnes
puli nomen tuum, & co-
nóscant quia nomen tuum
vocátum est super domum
anc. 2. *Par.* 6. 33.
APITULUM. 3. *Reg.* 8.
28. 29.

RESpice ad oratiónem servi tui, & ad preces
jus, Dómine Deus meus:
udi hymnum & oratiónem
uam servus tuus orat co-
m te hódie; ut sint óculi
i apérti super domum
anc nocte ac die, super
omum de qua dixísti: Erit
omen meum ibi.

HYMNUS.

PATRIS ætérni Sóboles
coæva,
um tuæ sacros pia plebs
honóres
Edis instaúrat, Deus alme,
nostris
Annue votis.
Ic sacri fontis látices ab
ortu
nditi purgant máculam reá-
tûs:
Ic & infúsum nova mem-
bra Christo
Chrísma coáptat.
Ic suâ pascit pópulos fi-
déles
arne, qui mundi scelus
omne tollit
Agnus, & fusi prétium
cruóris
Ipse propínat.
HIC salus ægris ánimis pa-
rátur,
Hìc reos judex fácilis relá-
xat,
Atque lethálem redivíva
pellit
Grátia culpam.
CUJUS in cœlo thronus est
perénnis,
Incolit parvam Deus altus
ædem.
Hìc adorátor sibi quisque
sedem
Præparat astris.
NULLUS hanc turbo qua-
tit, irruéntis
Nulla vis nimbi, rapidíve
fluctûs;
Cedit hanc contra furor in-
ferórum
Irritus omnis.
LAUS Deo, virtus, honor,
& potéstas
Una sit Patri, parilíque
Proli;
Par sit ambórum tibi ne-
xus, omni,
Spíritus, ævo.
Amen.

℣. Domus tua in sancti-
ficatióne tua permáneat:
℟. Et omnes gentes agnós-
cant quia tu es Deus. *Judith*
9. 18. 19.
Ad Benedíctus, *Ant.* 4. d.
Voluísti templum habita-
tiónis tuæ fieri in nobis. Et
nunc, sancte sanctórũ ómniũ
Dómine, consérva in ætér-
num impollútam domum
istam. 2. *Mach.* 14. 35. 36.

Oratio. Orémus.

Deus, qui nobis per síngulos annos hujus sancti Templi tui consecratiónis réparas diem, & sacris semper mystériis repræséntas incólumes; exáudi preces pópuli tui, & præsta, ut quisquis hoc Templum à te beneficia petitúrus ingréditur, cuncta se impetrásse lætétur; Per Dóminum.

[*Ipso die Dedicationis & per Octavam, loco præcedentis Orationis, dicitur sequens*

Oratio. Orémus.

Deus, qui invisibíliter ómnia cóntines, & tamen pro salúte géneris humáni signa tuæ poténtiæ visibíliter osténdis, Templum hoc poténtiâ tuæ inhabitatiónis illústra; & concéde, ut omnes qui huc deprecatúri convéniunt, ex qua cúmque tribulatióne ad te clamáverint, consolatiónis tuæ consequántur auxílium; Per Dóminum.]

AD HORAS.

In fine Hymnorum dicitur Doxologia,

Qui nos adóptat, laus Patri:
Qui nos coherédes facit,
Laus Fílio; par Flámini,
Qui viva templa nos dicat.
Amen.

Psalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. Dómine Deus Israël.

Oratio, Deus, qui nobis, [*ipso die Dedicationis*, Deus, qui invisibíliter,] & Dómine Deus omnípotens, *sub una conclusione.*

Reliqua ut in Dominica.

CANON.

Ex Concílio Coloniénsi primo. *An.* 1536. *part.* 9. *cap.* 13.

Signat Templi Dedicátio tam fidélis ánimæ, quàm Ecclésiæ cum Christo desponsatiónem..... Quamóbrem nisi ómnia quæ in hujuscémodi consecratióne extériùs agúntur, in nobis spirituáliter impleántur, parùm hinc fructûs nobis accésserit.

AD TERTIAM.

Ant. Tu, Dómine.

Capitulum. *Deut.* 12. 5. 6.

Ad locum, quem elégerit Dóminus Deus vester de cunctis tríbubus vestris, ut ponat nomen suum ibi, & hábitet in eo, veniétis; & offerétis in loco illo holocáusta & víctimas vestras.

℟. *br.* In multitúdine misericórdiæ tuæ * Introíbo in domum tuam; * Allelúia, allelúia. ℟. In multitúdine.
℣. Adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo. * Allelúia, allelúia.

-lória. ℟. In multitúdine. Ps. 5. 8.

℣. Introíbo in domum uam in holocaústis; ℟. Reddam tibi vota mea. Ps. 65. 13.

AD SEXTAM.

Ant. Si deprecáti te fúerint.

CAPITULUM. 3. *Reg.* 8. 38. 39.

SI quis cognóverit plagam cordis sui, & expánderit manus suas in domo hac, tu exaúdies in cœlo, in loco habitatiónis tuæ, & repropitiáberis, & fácies ut des unicuíque secúndùm omnes vias suas, sicut víderis cor ejus.

℟. *br.* Altária tua, Dómine virtútum, * Rex meus, & Deus meus, * Allelúia, allelúia. ℟. Altária. ℣. Beáti qui hábitant in domo tua. * Allelúia, allelúia. Glória. ℟. Altária. *Ps.* 83. 4. 5.

℣. Replébimur in bonis domûs tuæ: ℟. Sanctum est templum tuum, mirábile in æquitáte. *Ps.* 64. 5.

AD NONAM.

Ant. Tu exaúdies de cœlo.

CAPITULUM 2. *Par.* 20. 9.

STábimus coram domo hac in conspéctu tuo, in qua invocátum est nomen tuum; & clamábimus ad te in tribulatiónibus nostris, & exaúdies, salvósque fácies.

℟. *br.* In conspéctu Angelórum * Psallam tibi; * Allelúia, allelúia. ℟. In conspéctu. ℣. Adorábo ad templum sanctum tuum; & confitébor nómini tuo. * Allelúia, allelúia. Glória Patri. ℟. In conspéctu. *Ps.* 137. 1. 2.

℣. Exaúdi, Dómine, vocem deprecatiónis meæ, dum oro ad te; ℟. Dum extóllo manus meas ad templum sanctū tuum. *Ps.* 27. 2.

AD VESPERAS.

Ant. 7. a. UNus de septem Angelis osténdit mihi civitátem sanctam Jerúsalem habéntem claritátem Dei. *Apoc.* 21. 9. 10. 11.

Ps. Crédidi. 49.

Ant. 8. G. Erat structúra muri ejus ex lápide jáspide; & fundaménta muri civitátis, omni lápide pretióso ornáta. *Apoc.* 21. 18. 19.

Ps. Lætátus sum. 67.

Ant. 1. D. Templum non vidi in ea; Dóminus enim Deus omnípotens templum illíus est, & Agnus. *Apoc.* 21. 22.

Ps. Meménto. 104.

Ant. 3. E. Cívitas non eget sole, neque lunâ, ut lúceant in ea; nam cláritas Dei illuminávit eam, & lucérna ejus est Agnus. *Apoc.* 21. 23.

Ps. Confitébor... quóniam audísti. 124.

Ant. 6. C. Non intrábit in eam áliquod coinquinátum, aut abominatiónem fáciens & mendácium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni. *Apoc.* 21. 27.

Ps. Lauda, Jerúsalem, Dóminum. 147.

CAPITULUM. *Apoc.* 21. 24. 25. 26.

REges terræ ásferent glóriam suam & honórem in illam; & portæ ejus non claudéntur per diem; nox enim non erit illìc: & ásferent glóriam & honórem géntium in illam.

℟. Quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei? * Hæc recordátus sum, & effúdi in me ánimam meam: quóniam † Transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei. *Ps.* 41. 3. 5. ℣. Oculus non vidit, nec auris audívit, nec in cor hóminis ascéndit, quæ præparávit Deus iis qui díligunt illum. 1. *Cor.* 2. 9. * Hæc recordátus sum. Glória. † Transíbo.

HYMNUS. *Besnault.*

URBS beáta, vera pacis
Vísio, Jerúsalem,
Quanta surgit! celsa saxis
Cónditur vivéntibus:
Quæ polívit, hæc coáptat
Sédibus suis Deus.

SINGULIS ex margarítis
Síngulæ portæ nitent:
Murus omnis fulget auro,
Fulget uniónibus:
Anguláris petra Christus
Fundat urbis mœnia.

EJUS est sol cæsus Agnus,
Ejus est templum Deus:
Æmulántes hic Beáti
Purióres Spíritus,
Laude jugi numen unum
Terque sanctum cóncinunt.

UNDEQUAQUE sunt apérta
Civitátis óstia:
Quisquis ambit huc veníre,
Inseríque mœnibus,
Antè duris hic probári
Débuit labóribus.

SIT perénnis laus Paréntì,
Sit perénnis Fílio;
Laus tibi, qui nectis ambos,
Sit perénnis, Spíritus,
Chrisma cujus nos inúngens,
Viva templa cónsecrat.
Amen.

℣. Dómine, diléxi decórem domûs tuæ, ℟. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ. *Ps.* 25. 8.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. F. Quàm diléćta tabernácula tua, Dómine virtútum! concupíscit, & déficit ánima mea in átria Dómini. *Ps.* 83. 2.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 8. G. Habitábo in médio Jerúsalem; & vocábitur cívitas veritátis, & mons Dómini exercítuum, mons sanćtificátus. *Zach.* 8. 3.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 5. a. Implébo domum istam glóriâ, & in loco isto dabo pacem. *Agg.* 2. 8. 10.

Orationes, Deus, qui nobis, *&* Véritas, *sub uno*

Per Dóminum ; *& sic per totam Octavam.*

De Dominica, si quæ occurrat intrà Octavam Dedicationis, fit Officium ut in Psalterio, cum commemoratione Octavæ in utrisque Vesperis & Laudibus.

DIEBUS

Intrà Octavam Dedicationis Ecclesiæ.

Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur.

Psalmi de Feria.

AD OFFICIUM NOCT.

Tres Antiphonæ, ℣. *&* ℟. ℟. ℟. *ex Nocturno Festi, juxta Feriam.*

Lectio j. *&* ij. *de Scriptura occurrente ;* iij. *ut habetur infrà pro qualibet die.*

AD LAUDES.

Ant. sola, Dómine Deus Israël, *prima de Laudibus diei.*

AD VESPERAS.

Ant. sola, Unus de septem Angelis, *prima Vesperarum diei. Non dicitur* ℟.

SECUNDA DIE.

Sermo sancti Augustíni epíscopi.

Serm. 336. *in Dedic. Eccl.* §. 1. *aliàs Serm.* 8.

Lectio iij.

CElébritas hujus congregatiónis, dedicátio est domûs oratiónis. Domus ergo nostrárum oratiónum, ista est; domus Dei, nos ipsi. Si domus Dei nos ipsi, nos in hoc século ædificámur, ut in fine séculi dedicémur. Ædificium, imò ædificátio habet labórem, dedicátio exultatiónem. Quod hìc fiébat, quando ista surgébant, hoc fit modò cùm congregántur credéntes in Christum. Credéndo enim quasi de silvis & móntibus ligna & lápides præcidúntur : cùm verò catechizántur, baptizántur, formántur ; tanquam inter manus fabrórum & opíficum doléntur, collineántur, complanántur. Verùmtamen domum Dómini non fáciunt, nisi quando caritáte compaginántur.

TERTIA DIE.

De sermóne sancti Augustíni epíscopi.

Serm. 336. *in Dedic. Eccl.* §. 6. *aliàs Serm.* 256.

Lectio iij.

DUm novam constructiónem sanctæ hujus Ecclésiæ libénter atténdimus, quam divíno nómini hódie dedicámus, invenímus à nobis debéri & Deo nostro máximam laudem, & sanctitáti vestræ cóngruum de divínæ domûs ædificatióne sermónem. Tunc autem sermo noster cóngruus erit, si in se áliquid ædificatiónis hábeat, quod utilitáti animárũ vestrárũ, Deo vos intériùs ædificánte, profíciat. Quod hìc factum corporá-

liter vidémus in pariétibus, spirituáliter fiat in méntibus; & quod hìc perféctum cérnimus in lapidibus & lignis, hoc ædificánte grátiâ Dei perficiátur in corpóribus vestris.

QUARTA DIE.

De sermóne sancti Augustini epíscopi.

Serm. 336. *in Dedic. Eccl.* §. 6. *aliàs Serm.* 256.

Lectio iij.

GRátias agámus Dómino Deo nostro, à quo est omne datum óptimum, & omne donum perféctum; & ejus bonitátem totâ cordis alacritáte laudémus, quóniam ad construéndam istam domum oratiónis fidélium suórum visitávit ánimum, excitávit afféctum, surrogávit auxílium; inspirávit necdum voléntibus ut vellent, adjúvit bonæ voluntátis conátus ut fácerent; ac per hoc Deus, [qui operátur] in suis [& velle & perficere pro bona voluntáte,] hæc ómnia ipse cœpit, ipse perfécit. Et quia ópera bona in conspéctu suo nunquam esse permíttit inánia, fidélibus suis, quibus operántibus præbuit virtútis suæ favórem, tribuet condígnam pro tanta operatióne mercédem. Adhuc ámpliùs agéndæ sunt grátiæ Deo nostro. Hanc enim Ecclésiam, quam fecit nómini suo cónstrui, fecit étiam sanctórum Mártyrum relíquiis ámpliùs honorári.

QUINTA DIE.

De sermóne sancti Augustini epíscopi.

Serm. 337. *in Dedic. Eccl.* §. 2. *aliàs Serm.* 16.

Lectio iij.

DUm cædúntur de móntibus lápides, & ligna de silvis; dum formántur, dolántur, coaptántur; labor & cura est: cùm autem perfécti ædificii dedicátio celebrátur, gaúdium & secúritas labóribus curísque succédunt. Sic étiam ædificátio spirituális, cujus habitátor Deus, non ad tempus, sed in ætérnum erit; dum ex infidéli vita hómines segregántur ad fidem, dum quidquid in eis non bonum atque pervérsum est, amputátur & cæditur, dum fiunt aptæ, pacíficæ piæque junctúræ; quantæ tentatiónes timéntur, quantæ tribulatiónes sustinéntur? Cùm verò advénerit dies dedicatiónis domûs ætérnæ, cùm dicétur nobis: [Veníte, benedícti Patris mei, percípite regnum, quod vobis parátum est ab inítio mundi:] quæ illa exultátio, quæ secúritas erit? Cantábit cláritas, nec compungétur infírmitas.

SEXTA DIE.

sermóne sancti Joánnis Chrysóstomi.

mil. 1. *in* Vidi Dóminum.

Lectio iij.

Um ánimi divítias considero in vobis augésce, gaúdeo semper, ut i non frustra seméntem erim, ut qui non incásn labóres pertúlerim, ut i in frugíferam pinguémc terram, & ad fructifiadum idóneam semen jérim. Unde ígitur hoc lum fore conjécto, unde rspício sermónes ad opus oficere? Nimírum ex hoc ncúrsu; ex eo quòd Ecéfiam ómnium matrem idióse occupátis; ex hac rnócte perpetuáque stane; ex eo quòd Angelirum órdinum statiónem itántes sine cessatióne, ades & hymnos offértis nditóri. O mira Christi na! In supérnis exérús Angelórum canunt glóam; in terris hómines Ecclésiis choros agéns, ad illórum exémplum mdem canunt glóriam. supérnis Séraphim ter nctum illum hymnum rénant; in terris eúmdem minum promit multitú; communitérque tum eléstium tum terréstrium stívus convéntus congreitur.

SEPTIMA DIE.

De sermóne sancti Joánnis Chrysóstomi.

Homil. 1. *in* Vidi Dóminum.

Lectio iij.

NUlla res tantùm affert gaúdii vitæ nostræ, quantùm hoc quod ex ánimo gaudétis in Ecclésia congregári. In Ecclésia, gaudéntium conservátur gaúdium. In Ecclésia, ánimo dejectórum est recreátio. In Ecclésia, doléntium est volúptas. In Ecclésia, defatigatórum respirátio. In Ecclésia, laborántium réquies. [Veníte enim, inquit, post me, qui laborátis & oneráti estis; & ego refíciam vos.] Quid hâc voce potest esse desiderabílius? Quid hâc invitatióne jucúndius? Ad épulum te vocat qui in Ecclésiam te vocat Dóminus. Ad revelatiónem pro labóribus adhortátur, ad relaxatiónem à moléstiis transfert, pondus peccatórum állevans; delíciis ánimi moléstiam, gaúdio mœrórem sanat. O miram ejus curam! ô vocatiónem cœléstem!

AD VESPERAS. *Omnia ut in primis Vesperis Festi.*

OCT. DEDICATIONIS ECCLESIÆ,

DUPLEX-MAJUS.

Officium ut in die, exceptis quæ sequuntur.

In I. Nocturno.

Lectiones de Script. occurr.

In II. Nocturno.

Ex enarratióne sancti Augustíni epíscopi, in Psalmum centésimum vigésimum primum.

Lectio iv. §. 4.

Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas.] Fratres, quando dicébat ista David, perfécta erat illa cívitas, non ædificabátur. Néscio quam ergo civitátem dicit, quæ modò ædificátur, ad quam currunt in fide lápides vivi, de quibus dicit Petrus: Et vos tanquam lápides vivi coædificámini in domum spiritálem, id est, templum sanctum Dei. Quid est, lápides vivi coædificámini? Vivis, si credis. Si autem credis, effíceris templũ Dei: quia dicit Apóstolus Paulus: [Templũ enim Dei sanctum est, quod estis vos.]

Lectio v.

Ipsa ergo modò cívitas ædificátur: præcidúntur de móntibus lápides per manus prædicántium veritátem, conquadrántur ut intrent in structúram sempitérnam. Adhuc multi lápides in mánibus artíficis sunt: non cadant de mánibus artíficis, ut possint perfécti coædificári in structúram templi. Est ergo ista [Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas:] fundaméntum ipsíus Christus est. Dicit Apóstolus Paulus: [Fundaméntum enim áliud nemo potest ponere, præter id quod pósitum est, quod est Christus Jesus.

Lectio vj.

Fundaméntum quando pónitur in terra, desuper ædificántur paríetes, & pondus paríetum ad ima tendit, quia in imo pósitum est fundaméntum. Si autem fundaméntum nostrum in cœlo est, ad cœlum ædificémur. Córpora ædificavérunt istam structúram, quam vidétis amplam surrexísse, hujus basílicæ; & quia córpora ædificavérunt, fundaméntum in imo posuérunt. Quia verò spiritáliter ædificámur, fundaméntum nostrum in summo pósitum est. Illuc ergo currámus, ubi ædificémur; quia de ipsa Jerúsalem dictum est: Stantes erant pedes nostri in átriis Jerúsalem.

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

c. 10. 22. *ad* 29.

Lectio vij.

In illo témpore; Facta sunt Encænia in Jerosólymis; & hiems erat. Et ambulábat Jesus in templo, in pórticu Salomónis. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ presbyteri.

Expos. in Evang. Joan. *c.* 10.

Encænia vocabátur solémnitas Dedicatiónis Templi, quam pópulus Dei

ntíqua patrum traditió-
ɔer annos síngulos cele-
:e consuéverat. Sed no-
lum est quòd hæc Encæ-
quæ hìc legúntur, non
primam templi dedica-
em, sed ad últimam pér-
nt: quod ex eo fácilè
ígitur, quia híeme facta
rúntur. Prima síquidem
dem templi dedicátio à
ɔmóne témpore autúm-
secúnda autem à Zoró-
el & Jesu sacerdóte tém-
e veris; tértia à Juda
chabæo témpore híemis
facta, quando speciáli-
constitútum esse légitur,
ǽdem dedicátio per om-
annos in memóriam so-
nibus renovarétur offi-
: quæ étiam ad tempus
ue Domínicæ Incarna-
iis obsérváta fuit, sicut
dò, cum legerétur Evan-
um, audívimus. Quæ
m Dedicátio salúbri con-
túdine in Ecclésiis Christi
ári modérno témpore
nóscitur.

ctio viij. *Post pauca.*

T ambulábat Jesus in templo in pórticu Salo-nis.] Si ergo Dei Fílius bulare vóluit in templo, quo caro & sanguis bru-um animálium offerebá-; multò magìs nostram oratiónis domum; ubi carnis ipsíus ac sánguinis sacraménta celebrántur, visitáre gaudébit. Si perambuláre non despéxit pórticum, in quo rex quondam mortális ac terrénus, quamvis potentíssimus ac sapientíssimus, ad orándum stare solébat; quantò magìs penetrália córdium nostrórum invísere atque illustráre desíderat, si tamen ea pórticum esse Salomónis, hoc est, si ea timórem suum, qui est inítium sapiéntiæ, habére perspéxerit.

[*Si sit Dominica, loco sequentis Lectionis, pro* ix. *Lectione legitur Evangelium & Homilia Dominicæ occurrentis.*]

Lectio . ix.

NEque enim putándum est, quia domus solúmmodo, in qua ad orándum, vel ad mystéria celebránda convenímus, templum sit Dómini; & non ipsi qui in nómine Dómini convenímus, multò ámpliùs templum ejus appellémur & simus; cùm maniféstè dicat Apóstolus: [Vos estis templum Dei vivi,] sicut dicit Deus: [Inhabitábo in eis, & inter illos ambulábo.]



OFFICIUM BEATÆ MARIÆ IN SABBATO.

Simplex.

IN VESPERIS *Feriæ sextæ præcedentis.*

CAPITULUM. *Isai.* 11. 1. 2.

EGrediétur virga de radíce Jesse, & flos de radíce ejus ascéndet, & requiéscet super eum Spíritus Dómini.

HYMNUS.

AVe, maris stella,
Dei mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cœli porta.

SUMENS illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Evæ nomen.

SOLVE vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

MONSTRA te esse matrem;
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

VIRGO singuláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solútos,
Mites fac & castos.

VITAM præsta puram,
Iter para tutum;
Ut vidéntes Jesum,
Semper collætémur.

SIT laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui sancto;
Tribus honor unus.
Amen.

℣. Anima mea exultá[bit] in Dómino, ℟. Et delect[a]bitur super salutári suo. P[s.] 34. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 4[...] Exultávit spíritus meus Deo salutári meo: quia [res]péxit humilitátem anc[illæ] suæ. *Luc.* 1. 47. 48.

Oratio infrà in Lau[di]bus.

Deinde fit Commem[ora]tio de Festo Simplici quod occurrat. Deinque [suf]fragia de omnibus San[ctis] ut in Psalterio, 149.

In Oratione, A Cun[ctis] *omittitur quod parent[hesi] includitur.*

COMPLETORIUM, *[ut in] Psalterio. In fine Hy[mni] Doxologia*, Qui natus [es de] Vírgine, &c. *infrà [ad] Laudes; etiamsi in Ve[spe]ris facta sit tantùm Com[me]moratio de B. Maria.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Jesum de María natum, * Veníte, adorémus. *Matt.* 1. 16.

Ps. 94. Veníte. 2.

HYMNUS. *Besnault.*

DAVIDIS sóboles, glória vírginum,
Christi Virgo parens, te pósuit Deus,
Partu virgíneo quæ malè súbdoli
Anguis contéreres caput.

REBUS princípium qui dedit ómnibus,
A te princípium sumpsit homo Deus;
Cunctis prospíciens qui tríbuit cibos,
Pastus lacte fuit tuo.

PER te, quod múlier perdíderat vetus,
Humáno géneri rédditur áuctius:
Tu clausas míseris, heu nímiùm diu!
Cœlórum réseras fores.

QUI lucis pater est, glória sit Patri;
Cujus Virgo parens, glória Fílio;
Quo fecúnda, tibi, nexus amábilis,
Sit par glória, Spíritus.
Amen.

Psalmi de Sabbato sub tribus Antiphonis infrà positis.

Ant. 4. f. Appáruit Móysi Dóminus in flamma ignis de médio rubi; & vidébat quòd rubus ardéret, & non comburerétur. *Exod.* 3. 2.

Ant. 8. G. Cùm virgas posuísset Móyses coram Dómino, invénit germinásse virgam Aáron. *Num.* 17. 7. 8.

Ant. 5. a. Abscíssus est lapis de monte sine mánibus; lapis autem factus est mons magnus, & implévit univérsam terram. *Dan.* 2. 34. 35.

℣. Fons parvus crevit in flúvium máximum, ℟. Et in aquas plúrimas redundávit. *Esther* 11. 10.

Pater noster.

Benedictio, Deus det nobis, &c. *post Psalterium.*

Lectio prima & secunda de Scriptura occurrente: ex tribus fiunt duæ.

Post 1. *Lect.* ℟. Benedícam ei, & ex illa dabo fílium cui benedictúrus sum; *Constítuam pactum meum illi in fœdus sempitérnum, & sémini ejus post eum. *Gen.* 17. 16. 19. ℣. Hic erit magnus, & Fílius Altíssimi vocábitur, & regnábit in domo Jacob in ætérnum. *Luc.* 1. 32. * Constítuam.

Benedictio, Dignos fáciat nos, &c.

Post 2. *Lect.* ℟. Páriet María fílium, & vocábis nomen ejus Jesum; * Ipse enim salvum fáciet pópulum suum à peccátis eórum. *Matt.* 1. 21. ℣. Partúriens páriet, & relíquiæ fratrum ejus converténtur ad fílios Israël. *Mich.* 5. 3. * Ipse enim.

Benedictio, Aperiántur, &c.

Pro tertia Lectione legitur una ex sequentibus, secundùm diversitatem mensium.

Post 3. Lect. ℟. Deus ex sémine David * Secúndùm promissiónem, † Edúxit Israël salvatórem Jesum. *Act.* 13. 23. ℣. Jurávit Dóminus David veritátem: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. *Ps.* 131. 11. * Secúndùm. Glória. † Edúxit.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Magnificáte Dóminum mecum, ℟. Et exaltémus nomen ejus in idípsum. *Ps.* 33. 4.

AD LAUDES.

Psalmi de Sabbato.

Ant. sola 1. 2. Sicut lux auróræ, oriénte sole, manè absque núbibus rútilat. 2. *Reg.* 23. 4.

CAPITULUM. *Cant.* 6. 9.

QUæ est ista, quæ progréditur quasi auróra consúrgens, pulcra ut luna, elécta ut sol, terríbilis ut castrórum ácies ordináta?

HYMNUS, *Santol. Vict.*

NUnc auróra, novæ núntia lucis,
Tristes orbe procul díssipat umbras:
O quàm lucídior, nocte sepúltis
Portans ipsa diem, Virgo refúlges!
O quæ nunc hábitas lúcida regna,
Mittas inde tuæ múnera lucis.
Te si terra dedit munus olympo,
Quæ non dona memor reddet olympus?
INTER perpétuos Núminis haustus,
O regína, tibi sánguine junctum
Ne dedísce genus; nostra fuísti,
Summi facta parens Virgo Tonántis.
DIVINÆ Sóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri;
Cujus Virgo parens, glória Nato;
Quo fecúnda, tibi glória, Flamen.
Amen.

℣. Elégit eam Dóminus ℟. In habitatiónem sibi. *Ps.* 131. 13.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. *f.* * Ubi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum factum ex mulíere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus. *Gal.* 4. 4. 5.

Oratio. Orémus.

COncéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétuâ mentis & córporis sanitáte gaudére; & gloriósâ beátæ Maríæ semper Vírginis in-

tercessióne, à præsénti liberári tristítia, & ætérnâ pérfrui lætítiâ; Per Dóminum.

Deinde fit Commemoratio de Festo Simplici, si quod occurrat. Denique Suffragia de omnibus Sanctis, ut in Psalterio, 148.

AD HORAS.

In fine Hymnorum Doxologia,

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu
In sempitérna sécula.
Amen.

Psalmi de Sabbato, ut in Psalterio.

AD PRIMAM.

Ant. 2. D. Multæ filiæ congregavérunt divítias; tu supergréssa es univérsas. *Prov.* 31. 29.

Capitulum, Regi seculórum, *ut in Psalterio.*

In ℟. *brevi*, ℣. Qui natus es de María Vírgine.

AD TERTIAM.

Ant. 4. *irreg.* c. Benedíctus Dóminus qui te diréxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum nostrórum. *Judith* 13. 24.

Capitulum. *Gen.* 3. 14. 15.

Ait Dóminus Deus ad serpéntem: Inimicítias ponam inter te & mulíerem, & semen tuum & semen illíus: ipsa cónteret caput tuum.

℟. *br.* Benedíxit te Dóminus * In virtúte sua; ℟. Benedíxit. ℣. Quia per te ad níhilum redégit inimícos nostros. *In virtúte. Glória. ℟. Benedíxit. *Judith* 13. 22.

℣. Nova bella elégit Dóminus, ℟. Et portas hóstium ipse subvértit. *Judic.* 5. 8.

AD SEXTAM.

Ant. 7. c. Per manum féminæ percússit illum Dóminus Deus noster. *Judith* 13. 19.

Capitulum. *Apoc.* 12. 9.

Projéctus est draco ille magnus, serpens antíquus, qui vocátur diábolus & sátanas, qui sedúcit univérsum orbem.

℟. *br.* Dóminus omnípotens * Nócuit eum, ℟. Dóminus. ℣. Et trádidit eum in manus féminæ. * Nócuit. Glória. ℟. Dóminus. *Judith* 6. 17.

℣. Salvátæ sunt relíquiæ pópuli; ℟. Dóminus in fórtibus dimicávit. *Judic.* 5. 13.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Deus osténdet splendórem suum in te, omni qui sub cœlo est. *Bar.* 5. 3.

Capitulum. *Judith* 13. 25.

Nomen tuum Dóminus ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore

hóminum, qui mémores fúerint virtútis Dómini in ætérnum.

℟. br. Vocábunt te * Civitátem Dómini, ℟. Vocábunt. ℣. Sion sancti Israël. * Civitátem. Glória. ℟. Vocábunt. *Isai.* 60. 14.

℣. Glorióſa dicta ſunt de te, ℟. Cívitas Dei. *Pſ.* 86. 3.

LECTIONES ſequentes dicuntur ſingulis menſibus in Officio B. Mariæ in Sabbato.

MENSE MAIO.

Ex tractátu ſancti Auguſtíni Epíſcopi de Symbolo ad Catechúmenos.

Tract. 3. §. 4. *aliàs Lib.* 3. *c.* 4. *Lectio* iij.

PEr féminam mors, per féminam vita; per Evam intéritus, per Maríam ſalus. Illa corrúpta ſecúta eſt ſeductórem, hæc íntegra péperit Salvatórem. Illa póculum à ſerpénte propinátum libénter accépit, & viro trádidit, ex quo ſimul mereréntur occídi: hæc grátiâ cœléſti déſuper infúſâ vitam prótulit, per quam caro mórtua poſſit reſuſcitári. Quis eſt qui hæc operátus eſt, niſi vírginis fílius, & vírginum ſponſus? Qui áttulit matri fecunditátem, ſed non ábſtulit integritátem.

MENSE JUNIO.

Ex tractátu ſancti Auguſtíni Epíſcopi in Joánnem.

Tract. 8. §. 9. *Lectio* iij.

CUr ait matri fílius: [Quid mihi & tibi eſt, múlier? nondum venit hora mea.] Dóminus noſter Jeſus Chriſtus, & Deus erat, & homo: ſecúndùm quod Deus erat, matrem non habébat; ſecúndùm quod homo erat, habébat. Mater ergo erat carnis, mater humanitátis, mater infirmitátis quam ſuſcépit propter nos. Miráculum autem quod factúrus erat, ſecúndùm divinitátem factúrus erat, non ſecúndùm infirmitátem; ſecúndùm quod Deus erat, non ſecúndùm quod infírmus natus erat: ſed infírmum Dei fórtius eſt homínibus. Miráculum ergo exigébat mater, at ille tanquam non agnóſcit víſcera humána, operatúrus facta divína, tanquam dicens: Quod de me facit miráculum, non tu genuíſti; ſed quia genuíſti infirmitátem meam, tunc te cognóſcam, cùm ipſa infírmitas pendébit in cruce; hoc eſt enim, [Nondum venit hora mea.]

MENSE JULIO.

Sermo S. Procli Epíſcopi.

In S. Deip. Orat. 6. *Lectio* iij.

QUibus encomiórum colóribus Virginálem depíngam imáginem? quibus


laudum præcóniis incontaminátum exornábo castimóniæ caractérem? Hæc, sacrum impeccántiæ ádytum: hæc, sanctificátum Dei templum: hæc, aúreum altáre holocautómatum: hæc, divínum compositiónis thymiáma: hæc, sacrum unctiónis óleum: hæc, pretiósum nardi pístici alabástrum... Hæc, arca intrínsecùs & extrínsecùs deauráta; córpore scílicet & spíritu sanctificáta.

MENSE AUGUSTO.

De epístola sancti Cyrílli Alexandríni ad Nestórium.

Conc. Ephes. part. 1. c. 8. in fine. *Lectio* iij.

QUòd Verbum caro factum perhibétur, id áliud nihil est, quàm quòd perínde ac nos, carni & sánguini communicávit. Suum ergo fecit nostrum corpus, prodiítque homo ex mulíere; deitáte ínterim, aut ex Patre nativitáte non abjéctâ; mansit enim in ipsa quoque carnis assumptióne quod erat. Hoc exáctæ fidei doctrína ubíque prædicat; hoc sanctos Patres sensísse reperímus: ita non dubitárunt sacram Vírginem, Deíparam appelláre; non quòd Verbi natúra, ipsiúsve divínitas ortûs sui princípium ex sancta Vírgine súmpserit; sed quòd sacrum illud corpus ánimâ intelligénte perféctum ex ea tráxerit; cui & Dei Verbum secúndùm hypóstasim unítum, secúndùm carnem natum dícitur.



TONATIONES,

MEDIATIONES,

ET

'ERMINATIONES

ıorum & Canticorum, ſecundùm cujuſque Modi ſeu Toni differentias, cum Neumatibus.

onatio adhibetur tantùm ad primum Pſalmi ver- n; reliqui verſus à Nota Dominante in directum ſumuntur: in Canticis verò Benedictus *&* Magnificat, *ſinguli verſus inchoantur ut primus vel ſecundus.*

Mediatio fit in omnibus verſibus ut in primo, niſi ſit dictio monoſyllaba, vel Hebræa non declinata.

Terminatio in omnibus verſibus ſemper eadem eſt ac in primo verſu.

Notandum eſt Pſalmodiam ſolemnem infrà notatam pro Canticis Evangelicis, nunquam abhiberi in Officio Feriali niſi expreſsè notetur, neque in Officio Defunctorum.

Terminationes per litteras alphabeticas a, b, c, d, e, f, g, *deſignantur: quæ litteræ Notis cantûs reſpondent hoc modo:*

a	b	c	d	e	f	g
la	ſi	ut	re	mi	fa	ſol

Cùm autem plures ſint Terminationes; ut clarè diſtinguantur, diverſos adhibemus characteres; majuſculos ſcilicet pro deſignandis Terminationibus completis, minuſculos pro incompletis. Completæ dicuntur quæ in chorda finali deſinunt; ſecus incompletæ.

Cùm etiam plures Terminationes completæ & incompletæ diverſimodè in eadem chorda deſinant; ut diſtin-

guantur, characteribus Romano & Italico utimur: quibus etiam non sufficientibus, Asteriscos, vel alios aliquos characteres addimus, ut patet in Tabula sequenti.

In Festis Annualibus, Solemnibus & Semiannualibus, in fine cujusque Antiphonæ fit Neuma sive Jubilum, ut notatur infrà, pro Modorum diversitate.

Excipitur tamen Dominica Palmarum, in qua non fit Neuma nisi ut in Duplicibus.

In Festis Duplicibus, Semiduplicibus, Simplicibus & diebus Ferialibus, Neuma fit tantùm in fine ultimæ Antiphonæ Vesperarum, cujusque Nocturni, & Laudum; post Antiphonas Canticorum Evangelicorum; & in fine Antiphonæ Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ & Completorii.

Fit etiam Neuma in fine Te Deum.

In quacumque Commemoratione non fit Neuma in fine Antiphonæ.

Die Nativitatis Domini, Te Deum *& Antiphonæ Laudum terminantur sine Neumate.*


A Feria quinta in Cœna Domini ad Octavam Paschæ inclusivè nullum fit Neuma. Quod & observatur in Officio parvo B. Mariæ Virginis, ac in Officio Defunctorum.

Jubilum, sonus quidam est significans cor parturire quod dicere non potest. Et quem decet ista jubilatio, nisi ineffabilem Deum? Ineffabilis enim est, quem fari non potes: & si eum fari non potes, & tacere non debes, quid restat, nisi ut jubiles; ut gaudeat cor sine verbis, & immensa latitudo gaudiorum metas non habeat syllabarum? *Bene cantate ei in jubilatione.*


S. Aug. Enarr. 2. 5. 8. in Psal. 32.




I. MODUS seu TONUS.




Di-xit Dominus Domino meo. * Cre-di-di...



lo-cu-tus sum. * Lau-da, Je-ru-sa-lem, Domi-



num, * lauda De-um tu-um, Si- on. Ju-di-ca




me, De-us. a.



a. â.




f. *f.*



D. *D.*

In Canticis Evangelicis, nisi sint in a, *vel in a, vel in* â.



Be-ne-dictus Dominus De-us Is-ra-ël. *



Magni- ficat.* Et ex-ultavit ſpiritus me-us.*




f. *f.**




D*. *D.*


Pſalmodia primi toni per D⁑ deſignati, etiam pro Canticis Evangelicis.




In ex-i-tu Iſ-ra-ël de Ægypto,* domus



Jacob de popu-lo barba- ro. Benedictus...




Iſ- ra- ël.* Ma-gni- fi-cat * a-nima me-a



Domi-num. D⁑

Neuma ſeu Jubilum.



II. MODUS.




Qua-re fremu-e-runt gentes.* Cre-di-di....



locutus ſum.* D. *D.*

In Canticis Evangelicis.




Be-ne-dictus Dominus De-us Iſ-ra-ël.*



Ma-gni-fi-cat * a-nima me-a Dominum.




Et ex-ul-ta-vit. Glo-ri-a Pa-tri.




D*.


Neuma.




III. MODUS.



Lauda-te... omnes gentes.* Domi-nus... in-



dutus eſt.* c. *a.*




g. *g.*




a. E.


In Canticis Evangelicis, niſi ſint in c, *vel in a, vel in g.*



Be-ne-dictus Domi-nus De-us Iſ-ra-ël.*



Et e-re-xit... ſa-lu tis no-bis.* Magni-fi-cat.*



Glo-ri-a Pa-tri & Fi-li-o.*




g. a.




E. *E.*


Neuma.



IV. MODUS.



Di-xit Dominus Domino me-o.* Cre-di-di...



lo-cu-tus ſum.* a. E.



E. f.




d.

In Canticis Evangelicis, niſi ſint in a.




Ma-gni- fi-cat.* Be- ne-dictus... De-us Iſ-



ra-ël.* Et e - re-xit... ſa - lu - tis no-bis. *




E. *E.*




f. d.

Neuma.




IV. Modi *ſpecies altera, vulgò dicta*


IV. IRREGULARIS.



Di-xit Dominus Domino me- o. * ſalvum




me fac. * d. c.




A.

In hac ſecunda ſpecie Cantica Evangelica non habent Pſalmodiam propriam, ſed cantantur ut alii Pſalmi.


Neuma.




V. MODUS.



De-us De-us meus.* Domine...cogno-viſti




me.* ſe-cundum verbum tu-um in pa-ce.



a. *F.*

Cantica Evangelica ſi ſint in F.




Be-ne-dictus... Iſ-ra-ël.* Magni-fi cat.* Et




ex ultavit ſpiri-tus me-us.* F.

Neuma.




VI. MODUS.

In utraque ſpecie.




Lau-da-te Dominum, omnes gentes. *




Cre-di-di... locutus ſum.* F. *vel* C.


In Canticis Evangelicis.



Be-ne-dictus Dominus De-us Iſ-ra-ël. *




Ma-gni-fi-cat.* Et ex-ul-tavit ſpi-ri-tus




me- us. * *F. vel C.*


Neuma.




VII. MODUS.




Lauda-te... omnes gentes. * locu-tus sum.*



Memento, Domine, Da vid. * d.




d. b.




c. a.


In Canticis Evangelicis, nisi sint in d. *vel in* b.



Be- ne- dictus Dominus De- us Is- ra-ël.*




Et e- re-xit... sa-lu-tis no- bis. *



Ma-gni-fi-cat.* Glori-a Patri & Fi-li- o.*




d. c.




a. G.


Neuma.




VIII. MODUS.




Di-xit Dominus Domino me- o.* Da-vid.*



lo-cu-tus ſum.* nomen De- i Ja-cob.




c. a.



G. *G.*


In Canticis Evangelicis, niſi ſint in c.




Be-ne- dic-tus Dominus De- us Iſ- ra- ël.




Ma- gni- fi-cat * a-nima me- a Dominum.



Et ex- ul-ta-vit ſpi- ri-tus me- us.*




Glo- ri- a Pa-tri. G. *



*G.** a.*.

Neuma.



F I N I S.

PRIVILEGE DU ROI.

LOUIS, PAR LA GRACE DE DIEU, ROI DE FRANCE ET DE NAVARRE, à nos amés & féaux Conſeillers, les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de notre Hôtel, Grand-Conſeil, Prévôt de Paris, Baillifs, Sénéchaux, leurs Lieutenans Civils, & autres nos Juſticiers qu'il appartiendra, SALUT. Notre amé & féal Couſin le Cardinal DE LUYNES, Archevêque de Sens, Nous a fait expoſer qu'il deſireroit faire réimprimer & donner au Public les Uſages de ſon Diocèſe de Sens, s'il nous plaiſoit lui accorder nos Lettres de Priviléges ſur ce néceſſaires, A CES CAUSES, voulant favorablement traiter l'Expoſant, nous lui avons permis & permettons par ces Préſentes, de faire imprimer, par tel Imprimeur qu'il voudra choiſir : *Tous les Bréviaires, Diurnaux, Miſſels, Rituels, Antiphoniers, Me-*

nuels, Graduels, Processionnaux, Epistoliers, Pseautiers, demi-Pseautiers, Directoires, Heures, Catéchismes, Ordonnances, Mandemens, Statuts-Synodaux, Lettres-Pastorales, & Instructions à l'usage de son Diocèse, en tels volumes, formes, marges & caracteres, conjointement ou séparément, & autant de fois que bon lui semblera, & de les faire vendre & débiter par tout notre Royaume, pendant le tems de dix années consécutives, à compter du jour de la date des Présentes; FAISONS défenses à tous Imprimeurs, Libraires & autres personnes, de quelque qualité & condition qu'elles soient, d'en introduire d'impression étrangere dans aucun lieu de notre obéissance: comme aussi d'imprimer, ou faire imprimer, vendre, débiter ni contrefaire lesdits Livres en tout ou en partie, & d'en faire aucunes Traductions ou Extraits, sous quelque prétexte que ce puisse être, sans la permission expresse & par écrit dudit Exposant, ou de ceux qui auront droit de lui, à peine de confiscation des Exemplaires contrefaits, & de trois mille liv. d'amende contre chacun des Contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, & l'autre tiers audit Exposant, ou à celui qui aura droit de lui, & de tous dépens, dommages & intérêts; à la charge que ces Présentes seront enregistrées tout au long sur le Registre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris, dans trois mois de la date d'icelles; que l'impression de ces Livres sera faite dans notre Royaume & non ailleurs, en beau papier & beaux caracteres, conformément aux Réglemens de la Librairie, notamment à celui du dix Avril mil sept cent vingt-cinq, à peine de déchéance du présent Privilége; qu'avant de les exposer en vente, le Manuscrit qui aura servi de copie à l'impression desdits Livres, sera remis ès mains de notre très-cher & féal Chevalier, Garde des Sceaux de France, le Sieur HUE DE MIROMÉNIL, qu'il en sera ensuite remis deux exemplaires de chacun dans notre Bibliothèque publique, un dans celle de notre Château du Louvre, un dans celle de notre très-cher & féal Chevalier Chancelier de France, le Sieur DE MAUPEOU, & un dans celle dudit Sieur HUE DE MIROMÉNIL, le tout à peine de nullité des Présentes: du contenu desquelles vous mandons & enjoignons de faire jouir ledit Exposant & ses ayans causes, pleinement & paisiblement, sans souffrir qu'il leur soit fait aucun trouble ou empêchement. Voulons que la copie des Présentes, qui sera imprimée tout au long au commencement ou à la fin desdits Ouvrages, soit tenue pour duement signifiée, & qu'aux copies collationnées par l'un de nos amés & féaux Conseillers, Secrétaires, foi soit ajoutée comme à l'original. Commandons au premier notre Huissier ou Sergent sur ce requis, de faire, pour l'exécution d'icelles, tous Actes requis & nécessaires, sans demander autre permission, & nonobstant clameur de haro, charte normande & lettres à ce contraires: Car tel est notre plaisir. DONNÉ à Paris le vingt-cinquieme jour du mois de Janvier, l'an de grace mil sept cent soixante-quinze, & de notre regne le premier: Par le Roi en son Conseil.

Signé, LE BEGUE.

Registré sur le Registre XIX de la Chambre Royale & Syndicale des Libraires & Imprimeurs de Paris, N°. 65, fol. 3 conformément au Réglement de 1723, qui fait défenses, art. 4, à toutes personnes de quelque qualité & condition qu'elles soient, autres que les Libraires & Imprimeurs, de vendre, débiter, faire afficher aucuns Livres pour les vendre en leurs noms, soit qu'ils s'en disent les Auteurs ou autrement, & à la charge de fournir à la susdite Chambre huit Exemplaires prescrits par l'article du même Réglement. A Paris, ce 30 Janvier 1775.

Signé, HUMBLOT, Adjoint.

CESSION DU PRIVILÉGE.

PAUL D'ALBERT DE LUYNES, par la Miséricorde Divine, Cardinal-Prêtre de la Sainte Eglise Romaine, du Titre de Saint-Thomas *in Parione*, Archevêque-Vicomte de Sens, Primat des Gaules & de Germanie, Abbé-Comte de Corbie, Commandeur de l'Ordre du S. Esprit, &c. Nous avons cédé & transporté, cédons & transportons par ces Présentes, au Sieur PIERRE-HARDOUIN TARBÉ, notre seul Imprimeur & Libraire à Sens, le droit de Privilége qui nous appartient, en conséquence des Lettres-Patentes de SA MAJESTÉ, à nous accordées le 25 Janvier 1775, pour, en vertu d'icelles, faire par ledit Sieur TARBÉ, imprimer, vendre & distribuer les Livres qui paroîtront sous notre Nom, & à l'usage de notre Diocèse, tant en Latin qu'en François, & en Latin-François, en telle marge, forme & caractères que bon lui semblera, & ce jusqu'à l'expiration de notredit Privilége, & eu égard aux dépenses qu'il est & sera obligé de faire pour les impressions desdits Livres, nous consentons qu'à l'expiration de notredit Privilége, il obtienne à ses frais une continuation pour dix autres années, ou tel autre temps qu'il conviendra. DONNÉ à Rome, sous notre seing, le sceau de nos armes, & le contre-seing de notre Secrétaire ordinaire, le premier jour de Mars mil sept cent soixante-quinze.

PAUL, CARDINAL DE LUYNES, Archevêque de Sens.

PAR SON EMINENCE,

ROY, Secrét. de S. E.

Registré la présente Cession sur le Registre de la Chambre Royale & Syndicale des Libraires & Imprimeurs de Paris, N° 569, conformément aux anciens Réglemens, confirmés par celui du 28 Février 1723. A Paris, ce 5 Avril 1775.

Signé, HUMBLOT, Adjoint.

Typis CL. SIMON, Serenissimorum Principum CONDÆI, Ducis BORBONII, necnon Illustrissimi DD. Archiepiscopi Parisiensis Typographi, viâ Maturinorum. 1780.

